ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

Ἐθνικὰ κατ' Ἐπιτομὴν,

STEPHANI BYZANTINI

Gentilia per epitomen,

ANTEHAC

ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΩΝ DE URBIBUS

INSCRIPTA,

Quæ ex MSS. Codicibus Palatinis ab CL. SALMASIO quondam collatis & MS. VOSSIANO restituit, supplevit, ac Latina versione & integro commentario illustravit

ABRAHAMUS BERKELIUS.

Accedunt collectæ ab IACOBO GRONOVIO *variæ lectiones ex codice MS. Perusino, intermixtis ejusdem notis cum excusatione de excerptis Bocharti & Palmerii ab se non publicatis.*



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud FREDERICUM [illegible]

cIↃ IↃC XCII.

SPLENDIDISSIMIS AC PRIMARIIS REIPVBLICÆ DELPHENSIS TVENDÆ QVATVORVIRIS,

D. ARNOLDO VANDER BURCH,
ANTEHAC AD POTENTISSIMORUM FOEDERATÆ BELGICÆ ORDINUM CONSESSUM DELEGATO, CONSULUM PRÆSIDI.

D. ADRIANO BOOGAERT JC.
TOPARCHÆ IN BELOIS ET NATTAIRS, OLIM ILL. DEPUTATORUM HOLLANDIÆ ORDINUM COLLEGÆ, CONSULI, REBUS ORIENTALIS INDIÆ CURANDIS PRÆFECTO, IN SUPREMA DELPHENSIS AGRI AGGERUM CURIA ADSESSORI, SCHOLÆQUE ET COLLEGII LITERARII IN EA URBE CURATORI.

D. ARNOLDO SLACHTOE,
CONSULI.

D. ADRIANO VANDER HOEFF,
CONSULI.

ET CONSVLTISSIMIS ERVDITISSIMISQVE VIRIS,

D. NICOLAO VAN ASSENDELFT
JC. IBIDEMQUE SENATORI, NUPER SCABINORUM PRÆSIDI.

D. ANTONIO HEINSIO JC.
NUPER AD SERENISSIMUM GALLIÆ REGEM LUDOVICUM XIV FOEDERATÆ BELGICÆ LEGATO, SYNDICO.

D. DAVIDI CLINQUANTIO
ECCLESIÆ DOCTORI.

GYMNASII ET COLLEGII LITERARII IN EA VRBE CVRATORIBVS GRAVISSIMIS ET SAPIENTISSIMIS, DOMINIS MEIS HONORANDIS.

Dum undiquaque circumſpicio, ut non modo quantum vidua poſſum, ſingulas imperfectæ domus partes fulciam & conſoler; ſed etiam in omnibus obſequar poſtremo deſiderio ac judicio ejus,

quem habui dilectiſſimum; iſta quoque triſtiſſimi fulminis ac damni mei nota ſe nunc patefacit, ut STEPHANI ΕΘΝΙΚΑ. gratiſſimum defuncti mariti ludicrum, adjuvem. In quo quum moriens ſupra voluntatem ac deſtinationem ſuam declaraverit quoque conſilium, non potuit in me ulla eſſe mora, quin fidei & ſedulitati conjugali ſatisfacerem; nec ullas habui cauſas, cur ab prudentia ejus vel minimum deflecterem. Unde eſt, ut ad expertam toties non viventi tantum ſed & mortuo jam marito pietatem prolixitatemque nunc quoque confugiam, & hunc STEPHANUM Veſtræ, Ampliſſimi Viri, tutelæ ac fidei exponere ſuſtineam. Vos enim eſtis, apud quos tum manus, quę ſcripſit iſta omnia, tum reliquę exuviæ, quæ mentis ejus, cujus receptaculo & partu concepta ſunt ſingula, domicilium per ſuos annos fuere, jam vita caſſæ requiem exceperunt; ut ſane per me non ſtet, quin, quam cadaver ejus ex terræ veſtræ gremio ſentit benignitatem, ad eandem in Poſſeſſoribus iſtius ac Dominis ſuſpiciendam & adorandam concedat hęc non minima reliquiarum mariti pars, atque adeo

STE-

STEPHANUM quoque, ut debitam fatigato coronam, Secum habeat ſervetque ſepulchro.

Sed quæ propius hunc auctorem tangunt, Vos eſtis, in quorum urbe vel maximo cum ſtudio ac ſucceſſu labor hic promotus fuit; quum diu jactato marito & tantum non deſeſſo portum aperuiſtis, & in ſolido ſpem non domus modo ſed muſarum ejus quoque locantes, renovaviſtis eum ad profligandam rem ut inceptu maximam, ſic factu moleſtam & ſane prægravem. Sed neque contigiſſet ut defetiſceret ullo modo, antequam tota fuiſſet exhauſta, & penitus effectam fide bona dediſſet, niſi placuiſſet Sapientiſſimo Numini, harum etiam lucubrationum conſcio, miſereri humanarum ſollicitudinum; & dum medio adhuc in curſu eſt, receptui ſignum dare. Hinc, quod reverentiæ erga Vos ſuæ indicium edere propoſuerat, in aliorum ſuperſtitum curas transſcribere compulſus, eam tamen in Vobis gratiſſime expertus eſt lenitatem, ut ſatisfactum Vobis eſſe putaveritis ea tenui teſtatione, quam ex ferali & funeſto cubili in morte jam natans enunciare potuit. Nihilominus ut ſciatis hoc unum in ſumma, qua deceſſit,

ſit, tranquillitate dolori illi fuiſſe, quod pleniùs ampliuſque explanare cultum ſuum nequierit; ſimul etiam beneficiorum Veſtrorum, quæ enumeravi, parte pro ſocietate conjugali me exhilaratam obſtrictamque & nunc quoque eorum ſentientem intelligatis; juſſa mariti mei cum animo meo convenientia exſequens, hunc tanta ejus adſiduitate tractatum STEPHANUM Veſtris, Illuſtriſſimi Viri, nominibus exorno inſcriboque, & in eo ſimul me & quos ex eodem peperi liberos, benevolentiæ Veſtræ commendo, Deum orans, ut tum univerſam Veſtram rempublicam, tum iſtam hujus partem, quæ marito nuper meo a Vobis commiſſa fuit, ſub Veſtra providentia vigere ac florere diu concedat,

Ill. Virtutibus ac Dignitatibus Veſtris

Addictiſſima

Ex caſtro Offenberg calendis Majis anni cIↃ IↃc LXXXIIX.

JOHANNA VAN BAERSENBURGH.

ABRAH.

ABRAH. BERKELIVS

LECTORI MEO

S. D.



Tandem hoc opus exit, quod quanto mihi labore steterit, nec lingua exprimi nec calamo delineari posset. Academicis medicinæ studiis emensis, quum animum ad praxin applicare nunquam possem; imo sæpissime subterfugerem, humaniores quas vocant literas de integro impensius colere atque iisdem incumbere incipiens, in hunc miserum, mutilum & depravatum scriptorem incidi, quem restituere, emendare, pristino habitu induere tentabam. Sed postquam multum ei operis & olei insumpseram, aliquot elapsis annis sando audivi Stephanum sub prælo sudare, & Romæ ab Holstenio esse restitutum. Quare ab amicis admonebar, ut huic labori parcerem, non immemor veteris adagii, non oportere *μάζαν μάττειν τὴν ἐπ' ἄλλων μεμαγμένην*. Cumque jam omnem curam aliquamdiu & cogitationem de restituendo edendoque Stephano abjecissem, docebat eventus mihi ficta pro veris ab amicis esse tradita. Quare pensum in manus resumpsi, & latercula observationum inspexi; & quod jam a Casaubono, Salmasio aliisque præstantissimis rei literariæ luminibus tentatum & deploratum, animo fortiter obfirmato aggressus sum. In quo quidem ita egi, ut maluissem

Cum Leone, cum Excetra, cum Corvo, cum Apro Ætolico,
Cum Avibus Stymphalibus, cum Antæo deluctari,

quam cum monstris Geographicis, &, ut quondam dixi, portentis Mythologicis aliisque ad Grammatica spectantibus perquam intricatis. Erat etiam mihi ante oculos labes & macula hujus sæculi, quæ virtuti invidens videtur velle ipsum florem omnis elegantiæ infringere; plena talibus, qui vix unquam promenda sua, (si modo præstare aliqua sua possunt) sed usque cavillando aliena, sibi laudem quærunt, & quoscunque conatus ingrate traducunt. Tanto autem amariorem operam hanc prævidebam, quod præter multa manca, corrupta, quæ in omni & nulla excepta pagina occurrunt, quæ emendatu erant difficillima, multa quoque levia erant corrigenda, adeo ut aliquando me ipsum pigeret istas *λεπτολογίας* persequi. Sed tamen & hoc fuit mihi exsolvendum, quia, pace omnium, ita sum animatus, ut opiner nihil tam tenue esse & sordidum & in hisce literis exiguum, quod meo labore & cura indignum existimarem, dummodo bonum auctorem reddat nitidiorem & a mendis vindicet. Præterea quum ex Plinio didicissem esse rem arduam dare quibuscunque vetustis novitatem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem; tum experientia me docuerat negotium esse inprimis arduum atque difficile veterum scripta injuriâ temporum aut hominum imperitiâ deturpata in aliquam dignitatem restituere, præsertim ei, qui veteribus libris destitutus est. His autem ut hoc tempore & in hoc auctore uterer, vix videbam fieri posse, etsi ab aliis adjumentis plane inopes non essemus aut imparati. Sed ante omnia quum blandâ mentis atque animi inclinatione studia gignantur,

& otio

& otio inter lætæ fortunæ bona nutriantur; me injuriarum & iniquitatis moles & infortuniorum calamitas oppreſſit. Et quis ego eram homo obſcuro loco natus, cui nulla ex atavorum majorumve nobilitate & eruditione gloria, qui poſt tantorum virorum lucubrationes prodeam, iiſque meas conjecturas & cogitationes commiſceam & publici juris faciam?

Quid enim contendit hirundo
Cygnis? aut quidnam tremulis facere artubus hædi
Conſimile in curſu poſſint, ut fortis equi vis?

Verum enimvero liceat mihi, benigne lector, quod res eſt, ingenue profiteri. Multa ſummi viri in reip. literariæ bonum præſtitere, ſed plura adhuc intacta & medicâ manu indigentia reliquerunt. Itaque tantum ſcias; hic Stephanus fuit delicium noſtrum merum; & quicquid ſit, quantum inter hanc atque alias editiones interſit, facile apparebit ei, qui priores cum poſtrema hac contulerit, & quid diſtent æra lupinis, noverit. Præfationis igitur vice aliquid loquamur tam de auctore hujus operis, quam de opere ipſo; quod æquum utrumque obſcurum ſit, tum vel maxime prius; aliis vitam ejus ad ſeculum citeriora deprimentibus, aliis ad nimis altiora elevantibus, ac præcipue Triſtano Sanctamantio, qui ad nummum Perinthiorum ſub Severo ſignatum pag. 81 tom. II ab priore ſententia ſe alienum oſtendit, & ſaltem ante Heraclæ cognomen Perintho datum, quod etſi apud Ptolemæum, tamen in nummis non niſi poſt Gallienum cuſis exſtare obſervat, vixiſſe credit. Nec poſſum hic præterire Cluverii *ἀνεμπαθίαν* exiſtimantem ætatem Stephani Euſtathio inferiorem fuiſſe. Ita enim ſcribit ad vocem *Τάρας* pag. 123, Ital. Antiq. Itaque ut quam certiſſime agam, ſequar exemplum Cl. Jonſii in ſcrutatione vitæ Diogenis Laërtii, ut & quantum fieri poteſt, ſciamus, ante quos vixerit Stephanus, nec minore diligentia inquiramus, poſt quos vixerit, ſic arctiſſimis cancellis ætatem ejus incluſuri, argumentis ex hac epitome petitis. Præmitto igitur me putare hunc Stephanum inter Conſtantini & Juſtiniani tempora vixiſſe: nam refert *Βυζάντιον* Conſtantinopolin & Novam Romam translata eò imperii ſede denominatam eſſe. Vixit & poſt Euſebium, cujus hiſtoria Eccleſiaſtica citatur in voce *Σίνωπ*. Vixit poſt Decentium & Magnentium Imperatores; recenſet enim Decentios gentem ab altero ſic denominatam. Tum præterea conjici poteſt vixiſſe poſt Julianum. Nam hiſtoricus ille Capito, cujus Iſaurica citat in *Αλίμαλα*, & Lycius fuit hiſtoricus, & Eutropii rerum Romanarum compendium ex Livio aliiſque concinnatum in Græcam linguam tranſtulit, tum poſt Juliani imperatoris tempora demum innotuit, cujus mentio fit in hujus editionis pagina 74 com. 57. Quin etiam de ejus ætate conjectura poteſt fieri ex voce *Σάλωνα*, ubi meminit Priſci cujuſdam, qui vixit tempore Theodoſii junioris. Quin etiam Stephanum Juſtiniani tempora non vidiſſe, ſed ante illa vixiſſe præclare mihi videretur confirmari ex eo, quod Xylander ex vocabulo *Λυκαβήτια* produxit. Ibi enim Epitomator hunc in modum ſcripſit. *Καὶ Ευσήβιος ὁ ἐκ μέσου ἡμῶν εἰς τὸ τῷ Βασιλίδῃ χρόνῳ ἀφικόμενος, ἐν συλλογῇ λέξεων ἀπὸ διαφόρων φησίν· ἴσως ὁ ἀγνοῶν ἱστορικὴν βιβλίον. ἡμεῖς γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐκείνου.* Sed hæc verba non eſſe ipſius Stephani luce meridiana clarius apparet ex recta temporum ſerie. Hermolaus Epitomator de ſuo hæc adjecit. Ergo aliud argumentum nobis ſuppeditaretur in voce *Λυδία*; ſed ibi rurſum non Stephani, verum Epitomatoris verba occurrunt. *Οὕτω γάρ τις τῶν Πατρικίων μὲν τῷ πανσόφῳ Πανσεκίῳ ἐν τῷ πάνυ σοφιστῇ Μαγίστρῳ πέμπει, κρίνων ὁ κατωνίκητο ὁ εὐδαίμων πόλεως Χαλκηδόνος.* Petrus hic Patricius & Magiſter, cujus legationum Eclogas reipublicæ literariæ bono divulgavit Hoeſchelius Auguſtæ Vindelicor. anno 1603, etiam Juſtiniani temporibus vixit, cujus profecto Stephanus nequa-

quaquam potuit meminiſſe, ſi ante Juſtinianum ſupremum vitæ diem obierit. Sed non eſt minimæ notæ conjectura, quam ex Tzetza de ætate Stephani colligimus. Hic enim Stephanum citat Chiliade III Hiſt. centeſima. Eſt autem illud Tzetzæ opus, quod ipſe nonnunquam epiſtolam, nonnunquam πίνακας, ſæpe hiſtoriam appellat, ab eo ſcriptum anno a C. N. MCLXXVI, uti docet Nicolaus Gerbelius in præfatione Tzetzæ præfixa.

Etiam Chriſtianum fuiſſe indicat luculentiſſimus locus deſumptus ex octavo capite Geneſeos de Ammanitis, in voce Ἀμανον. Similiter in Βέθρια, Ἐβραῖος, Ἔθνος. Sed evidenti argumento id ipſum demonſtrari poteſt, quum optime de D. Chriſto confeſſionem exhibet in voce Βηθλεεμ, in qua urbe non tantum natum D. Chriſtum profitetur, ſed ſecundum carnem ibi genitum, attamen etiam Servatorem & Deum noſtrum eſſe. Non eſt igitur audiendus Septimius Florens Chriſtianus, quem non puduit Stephanum Auctorem Ethnicum appellare in commentariis ſuis ad Ariſtoph. Irenam pag. 77, ipſique tamen ſacras literas veteris teſtamenti non incognitas fuiſſe liquet ex voce Ἔθνος de primogenitura ejus.

Hic Stephanus ſcripſit librum, quo ego non fuiſſe unquam limatius ſcriptum in tota ſequioris ævi ſcriptorum turba ullum puto, tam egregiis diverſiſque exemplis & tanta geographiæ peritia conflatum. Ad cujus materiam quod attinet; in ea ob oculos ponit Stephanus in tribus habitabilis orbis partibus præcipuas regiones, provincias, gentes, urbes, oppida, caſtella, colonias, demos, montes, colles, valles, ſaltus, ſilvas, lucos, fana, maria, ſinus, promontoria, inſulas, peninſulas, portus, freta, litora, ſcopulos, flumina, fontes, lacus & paludes. Hiſce præterea ex antiquiſſimis Hiſtoricis, Mythologis & Geographis adjiciuntur hiſtoriæ, fabulæ, locorum ſitus, mores aliquando gentium, regnorum conditores, regionum & urbium nomenclaturæ, multarum coloniarum origines, antiquitates, etymologiæ, & plurima ad Grammaticam ſpectantia. Itaque tam neceſſaria & utilis opera hæc eſt venerandæ antiquitatis ſcrinia perſcrutanti, ut ille prorſus numerus ſit & in literatorum centum vix veniat, qui ſe hac in Criticæ parte non ſedulo exercuerit. Miratus ſum profecto ſæpiſſime, atque etiam nunc miror commentatores & doctiſſimos interpretes toties in verſione gentilium & tam turpiter fuiſſe hallucinatos, nihil omnino nitori & elegantiæ relinquentes. Utinam interea Stephanus manſiſſet ille, qualem ſe in publicum emiſerat. Sed ut nunc denuo, ſic ipſius etiam & ſequenti tempore ſtulti & bonarum artium profani ſe oblectarunt breviariis & compendiis colligandis, ita ut quidam ipſos auctores in epitomen redegerint ipſis auctorum verbis ſervatis aut paulum immutatis; alii breviaria proprio ſtylo confecerint ex variis ſcriptoribus excerpendo, quod in rem videretur; ut Salmaſii verbis utar in præfatione ad Lucium Ampelium; eo ſucceſſu, ut poſtea ipſi veri auctores fuerint aut ignorati, aut neglecti, ac tandem merſi & æternis tenebris damnati. Quod quum queramur in multis, etiam Stephanus hanc deplorationem meretur. Non enim vere Stephanum hodie tractari, ſed hactenus tantum Stephani epitomen exſtitiſſe, licet argumenta infallibilia & minime in dubium revocanda ex v. Ἀγρίνιον, Φείξ &c. & aliis poſſem producere, ſatis clare nunc liquet conſtatque ex genuino fragmento edito. Unde etiam dilucide apparet, qualem ſcopum in hoc auctore ad eam redigendo tenuitatem habuerit Hermolaus ille. Nam ſic vocabatur, qui gangræna iſtam Stephano attulit. Multis in locis vanum & nugax fecit hoc opus, niſi interpretationem ſubleves. Loca ex antiquorum ſcriptorum ſcriniis deprompta a Stephano, omnia vel negligit prorſus, vel de auctoris nomine duntaxat mentionem facit ipſiſſima verba prætermittens. Et hæc ratio eſt, quare exiſtimem

mem noſtrum ſcriptorem in literis Φ Χ Ψ & Ω tantam injuriam non fuiſſe paſſum, quam in præcedentibus: nam iſtis in ſectionibus quæcunque ex veterum ſcriptis citantur, omnia fermè invenies. Præterea alterutrum horum, quæ modo ex Salmaſio dicebamus, in Stephani luxatione etiam contigiſſe, & Hermolaum non tantum Stephani verbis hanc epitomen confeciſſe, non immerito quis ſuſpicetur. Sed quis tanto acumine præditus, qui additamenta illa probe a Stephani verbis dignoſceret? Non quemadmodum haud ità facile eſt, ſpuria ſcripta a genuinis diſtinguere, quam ſint nativas gemmas dignoſcere ab adulterinis; eodem modo tam facili negotio dignoſcuntur verba, quibus auctor uſus eſt, & quæ epitomator de ſuo addidit. Immo quam mutaverit Stephani verba, ex genuino fragmento id manifeſte diſcere poſſumus. Quo autem tempore hoc Stephani opus in compendium ſit redactum, nequeo dicere, neque fortaſſis quiſpiam alius: ſi diſcedat ab Suida, qui Hermolai epitomen Juſtiniano Imperatori dedicatam teſtatur. Porro quo tempore propter ſubjectam epitomen in tenebras abierit, non facile commemorari, multo minus argumentis probabilibus evinci poſſet. Tempore tamen Conſtantini Imperatoris Porphyrogeneti integer fuit, uti liquet ex libellis de adminiſtrando imperio & thematibus ad Romanum filium, ubi totos ex noſtro deſumpſit locos, uti annotavimus in voce Γ῾Ηρία, Καπνᾳδοκία, Πελοπόννησος, Βυζάντιον, Βόσπορον & innumeris aliis locis. Immo ipſum Stephanum alibi nominat Grammaticum, ut in Siciliæ Themate. Diu certi dubitavi, an Euſtathius ex omnibus locis, quibus hujus libri meminit, ſive in Homeri ſive in Dionyſii commentariis, appareret aliud quam ipſum tantum hanc epitomen & nihil ex ipſo Stephani opere uſum fuiſſe aut tranſcripſiſſe. Nam certe & auctorem epitomatoris titulo inſigniit. Donec tandem diligentiſſime a capite ad calcem immenſa illa in Homerum volumina perlegendo, atque etiam in Dionyſium commentaria, invenire potui, ex quo mihi liceret hanc conjecturam facere, Euſtathium aliud quid in uſu habuiſſe, quam quod videtis & legitis.

Omnino enim reperiuntur apud illum, quæ hodie non conſpiciuntur in nobis familiari Stephano: unde dubitandum non eſt ipſum integriores habuiſſe ſua ætate codices, quam nunc circumferuntur. Hujus rei inſigne argumentum depromam ex comment. ad Iliados β', ubi ſic ſcribit. Γ῾Ιστέον δὲ ὅτι Λίνδος, ἡ μόνην Γ῾ρόδιος πόλις, ἀλλὰ καὶ τῆ ἀρχαιολογίᾳ εἴδος, ὡς δῆλον ἐκ τῆς ἐσμῆ λιβάνου σμύρνης καλάμου φύσεως Λίνδος, ὥς φησιν Ἀβλώνιος. Τῶν δὲ Γ῾ρόδιον ἢ πόλιν ὑφηγεῖται φησὶ καλλίστην καὶ τὰ Πελοποννησιακὰ ὑπὸ λεγατίκιον, ὑφ' ἓν δὲ ὁ Ἀπίων λαμβάνει ὁ Περιηγητής. Οἱ δὲ τὰ ἐθνικὰ συλλέξας, καὶ Σικελικῶν πόλιν Λίνδον ἱστορεῖ. ὃς δὲ ἡ παρ' Ὁμήρῳ Γ῾ηλυὸν Γ῾αλυὸν γράφει· λέγων εἶναι δὲ ἐν Σκυθίᾳ, καὶ ἐν τῷ Ἀσβίᾳ δὲ πάλιν Γ῾αλυόν. Τῶν δὲ Κάμιρον Λίνδον ἓν ὁ αὐτὸς γράφει τοὺς Λίνδιους ἓν κυρίᾳ. Τὸ δὲ πύθιον ὁ Κάμιρος Λίνδ' ἀποφθέγγεται γράφει). Verum ſi cui hæc Lindi deſcriptio levis & minimi ponderis videatur, addam majoris efficaciæ argumentum ex eodem Archiepiſcopo ad Iliad. β, ubi ex Stephano Ornearum deſcriptionem abſolvit, de quibus hodie in Ethnicographo nihil circumfertur. Ὀρνειαὶ δὲ ἡ δίχα ἓν ε Ὀρνιαί, τῶν δὲ μάλιστα ἐν πονηῇ χρήσει κεῖται, καὶμη ἐστιν Ἀργείας καὶ ἡ γεωγράφων. ἔστι δὲ ἐπίσης μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. ταύτην δὲ ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας πόλιν λέγει, ἐν καὶμῃ. Sed de his Orneis ne gry quidem apud noſtrum: unde non temere conjicitur Euſtathium integriori ſua ætate epitome uſum fuiſſe. Quin etiam ubi loquitur περὶ Λυκάονος, in notis ad Iliad. β pag. 237 inſigne & præſtantiſſimum ibi incrementum legitur: Λύκαος. ὃ δὲ Λυκάονα φασὶν ἀνεψιὸν ὁ παιδὸς Ἕκτορος. ἔστι δὲ καὶ Λύκαος καὶ ἡ γραφέα τῶν ἐθνικῶν. ὃς λέγει καὶ ἐπὶ τοῦ Κρητικοῦ Λύκαστον ἐξωνύμιον τι ἐγχωρίαν. οὐκ ἀπιθανεῖται δὲ φησὶν ἡ ἐθνικὴ ἀποβάλλεις. τοῦτο παρὰ πᾶσι ἄλλοις οὐκ ἐξωνύμιον. Η' δὲ φασὶς ἐξωνύμιον

πρὸς

τὸν Ἀριστυλλὸν ἢ Βαρσίνην φασὶν ἢ κυρίως ἑνιαυ]ὸν, ὃς ἐ ἔνιοι αὐτὸν ὡς ὁ Ῥο-
δίλλε ὡς Ἡγεμονέ]ν, ὡς ὁ ἐθνικοδέφ]ν λέγει, ὃς ἐ Πελοποννησίων φασὶν ἱστρ.
Propterea credimus Euſtathio ſane ad manum fuiſſe ipſum integrum Stephanum, quum poſtera ſæcula, certe noſtra, his minutiis contenta eſſe debuerint; utique quantum nos ex aliorum ſcriptis animadvertere poſſumus. Etenim epitome jam confecta potuiſſe adhuc alibi latere & latuiſſe, nec minus ipſum, quàm hanc epitomen, facile perſuadeor vel ex particula voluminis Seguieriani, vel legens verba illa, quæ Illuſtris Scaliger ſcripſit epiſtol. lib. IV. 431 ad Iſaacum Gruterum. *Jam video illum codicem eundem eſſe, quem Nicolaus Sophianus habebat. nam præter alios codices inerat & integer Stephanus ἐθνικοδέφ]ν cum toto κ & λ, quæ hodie imperfecta circumferri haud ignorat.*

Hæc igitur epitome, quum in avorum noſtrorum veniſſet manus, ter prodire juſſa, etſi valde mutilata & manca, per Aldum & Juntam, tandem & ab Xylandro in lucem venit multis in locis mediocriter emendata & reſtaurata. Ab omnibus quidem ea grate ſalutata eſt & uſurpata, & interdum nimis. Nam Ferrarius in dictionario Geograph. & pag. 59 in Ἄρβηλα Suidæ verba adſcribit Stephano; & pag. 447 in Mangreſia ait Hic Antiochus "Rex a Scipione victus, magna clade affectus eſt, unde Scipio Aſiaticus cog- "nominatus Stephano libro de urbibus; quæ ſi inquiras, vix invenias. Sed "primus omnium videtur uſum ejus optime noviſſe Carol. Sigonius in ſcholiis ad Livium, quem illic paſſim eximit ab dubitatione, nonniſi una hujus breviarii ope. Poſt Xylandrum, qui præſtitit multa, quoque alii viri docti miſerati fuerunt ejus conditionem, ut eam mollire ſedulo conarentur; hinc Petro Lambecio libro I comment. de Bibliotheca Cæſarea vidiſſe teſtante præter Strabonem & poëmatia vetera Latina Stephanum de Urbibus a Xylandro Gr. editum A. 1568 manu Scaligeri notatum ab Seb. Tegnagelio emptum & in bibliothecam Cæſaream tranſlatum; hinc Caſaubono ſcribente nunc in Theocriticis pag. 15 *Docebimus illud cum illum auctorem* (Stephanum dicit) *ſexcentis mendis quibus ſcatet liberatum olim Deo volente edemus*: nunc in epiſtola ſecunda ad Theodorum Canterum teſtante ſe habere *in Stephanum paratas notas, quæ miſerum illum ſcriptorem ab infinitis mendis aliquando, ſi Deo viſum fuerit, vindicabunt*; quæ in cujuſcunque manus inciderunt. Poſt hunc Cluverius de antiqua Geographia optime meritus ejuſque ſcientiſſimus, in operibus de Italia, Sicilia & Germania antiqua feliciſſime aliquando noſtrum auctorem reſtituit & emendavit. Poſt eum Salmaſius ope & auxilio MSS. Palatinorum aliorumque, (nam uti ex codice ejus liquet, antiquos & recentiores conſuluit) innumeris locis Epitomatorem ſupplevit, auxit, reſtituit, & genuinum nitorem reddidit, uti omnibus patet Plinianas exercitationes evolventibus; ipſo etiam in notis ad Florum progreſſum anno 1609 ſcribente pag. 93. *Stephanum ante annum recenſuimus & caſtigavimus*; & pag. 197 ubi titulum Stephani formare videtur; & pag. 209 appellante Stephanum meum. Vide etiam ad Trebell. Pollionem pag. 197. Sed quid plura de notis, quas Salmaſius ad oram ſui codicis annotavit? tantopere hoc doctis viris fuit notum, ut omnino & in publicis dedicationibus dixerint & exiſtimaverint Salmaſium edidiſſe Stephanum. Colligimus hoc præſertim ex appendice notarum ad Harpocrationem, quem Mauſſacus poſt obſervationes ſuas in Plutarchum de fluminibus Salmaſio dicabat, ubi ita ſcripſit: *Tibi vero hæc dedicare libuit, Salmazi, quia & me amas, & neminem melius te Harpocrationem noviſſe ſciunt omnes eruditi, qui a te jam diu ſpectant tot præclara & illuſtria opera, ut Stephanum de Urbibus, Epigrammata Græca veterum, Geoponica, Solinum, Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, & alia innume-*

τὰ, quorum dominus ac poſſeſſor es. Salmaſius ſane pluribus codicibus uſus fuit, ut ex margine ejus Stephani colligere fuit facillimum, vetuſtioribus & recentioribus: ſed non eodem modo erant diviſi. Nam recentior ille in libros erat diſtributus: poſt finem literæ Δ teſtatur ibi incipere librum decimum tertium: & ad initium literæ Z dicit incipere librum decimum quintum in MS. recentiore Palatino. Non ubique tamen invenit hanc diſtributionem in libros; vel tanquam rem non neceſſariam ubique addidit. In fine ad fragmenta hæc leguntur, βιβλίον ια. ἀγδηκοντα-κεφάλαια, πέρας τοῦτο, ſed non convenit cum Palatini codicis numero. Nam Salmaſius teſtatur ibi incipere librum decimum tertium. Quid dicam de noſtri ævi miraculo If. Voſſio, qui exquiſitiſſimis annotationibus in Pomponium Melam publicatis, præterea nobiſcum communicavit ipſum Salmaſii codicem, longo eum uſu tantopere detritum & deturpatum, ut multis in locis ſenſum elicere non potuerim, ſed interim collatum cum Palatinis aliiſque codicibus. Immo ex bibliotheca ſua rariſſimorum codicum MSS. refertiſſima uſum nobis conceſſit alterius cujuſdam manu exarati codicis, ex quo totos locos, qui in aliis non reperiuntur, Stephano noſtro addidimus. Repente enim, mi Lector, dico tibi, quid acciderit. Quum ſic eſſet laboratum in Stephano, fata voluerunt, ut is incideret poſt Xylandrum in curam noſtram, & id quod modo dixi, in optimo hoc auctore præſtiti. Quantum enim inter hanc atque alias editiones interſit, facile tibi apparebit, ſi priores cum hac poſtrema contuleris, & reſpexeris vocabula Ἀγγῆς, Ἀκυλήϊα, Ἀμφίλοχοι, Ἀνδανδρ-, Ἄρκ- πόλ-, Ἀρκαδία, Ἐδεσσαῖς, Ἀφροδιτόπολις, Βαρίφανα, Βέρε, Γάζα, & paſſim, ubi ex MSS. hanc epitomen auximus. Multi enim in hac epitome erant hiatus. Sed nullibi major, quam in litera κ: nam vocabula ultima literarum κε & ſequentium, & prima literarum κο deſiderantur. Et in Palatinis codicibus nihil ad has pertinens obſervavit Salmaſius, earumque nullum veſtigium nobis ſuppeditavit cod. Voſſianus: ſed neque ex ſeria Euſtathii lectione in his aliquid apud eum deprehendi, nec quod ſciam ullum locum ἐκ τῶν ἐθνικῶν ſcriptore allegat, qui ad hoc fragmentum referri poſſit. Putat tamen vir doctus Nicolaus Lloydius Parrhaſium integro Stephani codice uſum fuiſſe, qui nos monet ab ipſo fabulam de Arginno recitari in voce Κέφισσ-, de qua voce in hodiernis editionibus & ſcriptis codd. quos videre licuit, ne gry quidem occurrit, cum omnes iſthac parte mutili circumferantur. Verum vix puto Parrhaſium vera loqui: nam pars hujus fabulæ apud Stephanum in voce Ἄρ-ησσ- exſtat, & quia hic puer frequentius in fluvio Cephiſſo nataverit, ibique perierit & ſepultus ſit, fortaſſis locum non diligenter inquirens, exiſtimavit Stephanum hac de re in Κέφισσ- loqui, cum tamen tota hiſtoria ab eo loco ſupra nominato commemoraretur. Solebant enim primi rei literariæ reſtauratores aliquando partem ex Artemidoro, ex Hellanico, ex Eratoſthene, a Strabone, Athenæo aliiſque antiquis ſcriptoribus allegata, ita in medium producere, quaſi ex ipſis ſcriptoribus hauſiſſent, & ipſi in eorum bibliothecis laterent, uti vana hac eruditionis oſtentatione in ſedula antiquitatis inveſtigatione tanto doctiores viderentur, & admirationem apud imperitos excitarent. Sed ſæpiſſime fruſtra ex MSS. codd. opem emendicavimus, qui vulgato contextu interdum corruptiores erant. Quare aliquando ſolis conjecturis nobis ſtandum & res peragenda fuit; quæ ſi non ſemper certæ ſint & veræ, quid mirum? Homines ſumus; & humanitatis ſuæ indicia in rebus maxima ſagacitate, cura & indefeſſa diligentia elaboratis relinquere humano generi eſt innatum. Neque tamen omnibus in locis, quibus licitum fuit conjectare, nobis Suſſeni fuimus: φιλαυλίαν enim ac αὐθάδειαν cane pejus & angue odimus, nec nimis noſtri juris ac noſtræ ſen-

tentiæ

tentiæ esse amamus, sed in his solum, ubi veritas se exserit tam coruscis radiis, ut non alio lumine indigeat. Inter alia adminicula, quæ nobis laborantibus profuere, jure meritoque Eustathii Archiepiscopi in Homerum & Dionysium Alexandrinum de situ orbis commentaria recensenda existimo. Hujus enim doctissimi Viri opera si ad nostram ætatem non pervenissent, sæpenumero in luto hæsitassemus, & nulla nobis cognita fuisset via, qua nos commode extricare potuissemus: nihil ipsi in Homero occurrit ad Geographiam spectans, quod nostri Epitomatoris testimonio non confirmat, tantum ipsius quantum Strabonis atque aliorum Geographorum auctoritati attribuens. Præter usum horum, quos dixi, operum librorumque nihil magis nostrum opus promovit, quam diligens nummorum antiquorum perscrutatio, ex quibus tanquam incorruptis testibus vera aliquando nomina urbium & ab iis deducta gentilia non frustra petivimus. Qua in re Lucas Holstenius vir doctissimus & Germaniæ decus, cum multa utilitate versatus primo fuit. Quanto nummorum prodierit major copia, tanto major etiam τῶν ἐθνικῶν evidentia & claritudo enituit. Neque interim frustrandus est sua laude Amicus noster Lusitanus, vir eruditissimus, cujus nomen, quanquam dignum nostra commemoratione, hic reticeo, ut nimis modestæ ejus petitioni satisfacerem. Totum epitomatoris opus in Latinum transtulit, magnoque commentariorum volumine auxit atque illustravit, quæ omnia post inceptum nostrum opus videnda nobis exhibuit.

Quod ad inscriptionem attinet, de ea dixi principio notarum, & quanquam ea recenseantur in hoc Stephani opere, non tamen ab Heinsio in notis ad Hesiodum pag. 98 appellandus erat *urbium auctor*; & recte Delrio in Claudianum non credit hunc librum esse Stephani περὶ πόλεων, sed potius epitomen τῶν ἐθνικῶν Στεφάνου ab Hermolao Grammatico Constantinopoli concinnatam: ut solebant veteres librorum indices una tantum voce insignire, ut Κρητικὰ, Λυκιακὰ, Ἀττικὰ, quæ indicabant res & origines Cretæ, Lyciæ, Atticæ aliarumque: ut de chirurgia dixerunt χειρουργικὰ, de medicina ἰατρικὰ, de harmonia ἁρμονικὰ, & sic de aliis artibus ac scientiis. Ita Stephano ἐθνικὰ, nihil aliud denotant, quam libros de gentilibus nominibus consignatos, materiam non Stephano primum, sed ante eum pluribus tractatam. Sic enim legitur Ζηνόδοτος ἐν τῶν ἐθνικαῖς λέξεσι apud Vossium de Hist. Græc. pag. 72 ex Galeno citatus; Sic Ori liber secundus de gentilibus citatur ab ipso Stephano in v. Ταύα, quod fuit opus Grammaticum, non Historicum, ut Stephani quoque nostri opus fuit, quemadmodum etiam ex Suida probari posset. Hellanicus Athenæo in ὀνομασίαις ἐθνῶν καὶ πόλεων. Ὠρίων περὶ ἐθνικῶν apud Etymologici M. auctorem in Ἄστυ. Hippias Delius idem argumentum tractavit teste Scholiasta doctissimo in Apollon. Rhod. Argon. pag. 365. Etiam, si id huc facit, Demetrius Magnes scripsit de urbibus synonymis, de quo constat ex Harpocratione pag. 240 & Suida in Μεθώνη. Etiam Auctores Arabici hanc materiam tractarunt, & in bibliotheca Lugduno-Batava inter Werneriana duo auctores reperiuntur. Scilicet quum vox ἔθνος non duntaxat simpliciter gentem denotet, sed omnes urbes, omnes vicos, omnes insulas totius orbis terræ, quo significatu occurrit apud Pollucem pag. 425, sed & aliquando non nationem, sed cœtum vel genus quoddam hominum, ut docet Valesius ad Harpocrationem, ut etiam gentes aliquando non pro integris populorum nationibus, sed singularum provinciarum incolis seu provincialibus eodem jure utentibus sumi notaverat Seldenus ad Marmora Arundel. pag. 123. Hinc Stephanus operis sui titulum finxit ἐθνικὰ, id est, gentilia, non ab unica gente, sed omnibus terrarum orbem passim incolentibus. De quibus gentilibus Stephanus agere non poterat, nisi habita urbium,

 regio-

regionum & locorum mentione, de quibus illa erant formanda & deducenda. Nam quanquam Etymologici auctor ſtatuat quadrifariam gentilia formari, nos tamen ſcimus & ab pagis, ab aliis item locis gentilia formari. Verba Etymologici ſunt in voce Ἀχαιός. Ποιητικῶς λαμβάνεται τὰ ἐθνικά· παρὰ τοῖς δὲ πόλεως, ἐξ ἔθνους, ἐκ χώρας, ἐκ βασιλέως. Fateor unam vocem ſæpiſſime pro gentili, pro heroë, pro urbe & fluvio ſumi, ſed gentilia etiam deducuntur ab aliis nominibus, ſcilicet fluminibus, maribus, paludibus. In fluviis enim occurrunt Ῥῆνοι accolæ Rheni, Λυκορμαῖος eſt ab Λυκόρμας, & Μελανιππεύς vel Μελανίππιος ab loco Μελανίππιον, etſi πόρμις male hic perhibeatur. Sic etiam gentilitia nomina deducuntur a familiis, ut Julius, Æmilius, quæ ſunt gentilia nomina, de quo conſule auctores linguæ Latin. pag. 1398 & 1402. Ita per iſta ἐθνικὰ vehementer innotuit Stephanus, ut per hanc deſcriptionem eum præcipue indigetarent, Euſtathius præſertim, apud quem Scholiis in Dionyſium pag. 9 & 15 & 77 & 93, in Homerum vero ad Bœotiam pag. 265 & Odyſſ. A initium invenies ὁ ἢ vel μὲν τὰ ἐθνικὰ γράψας. Item ad Dionyſium pag. 73 οἳ τὰ γράψαντα τὰ ἐθνικά. 55 ἐν τῇ καθ' ὅλης τῶν ἐθνικῶν. 88 οἱ δὲ τὰ ἐθνικὰ γραψάμενοι numero plurativo circumſcribens nomen. 122 ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἀναγραφεύς. Sed præcipue luxuriat hujus citationibus ad Iliad β vel Bœotiam, ut pag. 229 ἐθνικῶν γραφεύς. 313 ἐθνικὴ ἐπιδρομή. 335 ἀναγραφὴ τῶν ἐθνικῶν. ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ καθ' ὅλης γραψάμενος. ὁ δὲ καθ' ὅλης γράψας τὰ ἐθνικά. 266 ὁ τῶν ἐθνικῶν συγγραφεύς. ὁ τὰ ἐθνικὰ ἐπιλεξάμενος. ἐπιλέκτης τῶν ἐθνικῶν. 305 ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐκθείς. 304 ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐκθέμενος. ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἐκθέτης. 335 ὁ τῶν ἐθνικῶν καθ' ὅλης γραφεύς. ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ συλλέξας. 333 οἳ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἀναλεξάμενοι. ὁ τῶν ἐθνικῶν συναγωγεύς. 233 ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐπιλθών. 338 & 368 ὁ ἐθνογράφος. 320 ὁ ἐνδιαιτήσας τοῖς ἐθνικοῖς. 329 ὁ τῶν ἐθνικῶν συλλέκτης. 368 ἐθνολόγος. Interdum ſimpliciter ſine ullo auctoris nomine libri titulum ἐθνικὰ fecit, ut pag. 201, ἐν τοῖς ἐθνικοῖς φέρει. Qua in re prorſus Græcorum Magiſtrorum exemplum imitatur, citantium incertos & innominatos auctores, eorum operibus duntaxat indicatis, ut patet apud Mauſſacum in appendice notarum ad Harpocrationem poſt Plutarchum de fluviis. Suidas, quum in v. Ναχώνη eum appellaſſet ἐθνικογράφον, in v. Νάξης ait ὁ γράψας τὰ ἐθνικά. Sic enim ibi ſupplendus, ut facile cuivis patebit. Imo & epitomes meminit Euſtathius pag. 332. τῷ δὲ γράψαντι τὴν τῶν ἐθνικῶν ἐπιτομὴν δυσχερὴς ἀφήκεν. & ὁ τὰ ἐθνικὰ ἐπιτέμνων. Quin & ipſum Stephani nomen illic coruſcat pag. 15. Γρέον ὅτι διαφόρως γεγραφὰς ἐποφέρεται τὸ ῥηθὲν Ἀβραυίτιον, καθὰ ὁ Στέφανος ἐμφαίνεται ἐν τοῖς ἐθνικοῖς. Quod quanquam exiſtimabam a me primo in Euſtathio fuiſſe inventum, poſtea tamen aliter didici: nam iſtius loci meminit Caſaubonus in notis ad Diogenem Laërtium pag. 10 & 11. Etiam Stephani meminit Scholiaſtes ad Epigrammata Græca pag. 302 Brod. edit. & 239. Etiam ejus meminit nominatim Scholiaſtes Lycophronis pag. 10. αἱ αἱ. Ἐπίρρημα θρηνητικόν, ὁ παῖδες εἰ νεῦ βαρύνεται. Στέφανος δὲ ὁ Μελάμπους φεύγειν αἰτιᾶται, λέγοντες τελεῖν τὴν κανόνα &c. Sic quoque Etymologici Magni auctor. Σφήκια, ἡ Κύπρος, φεύγειν δὲ Σφήκια ἐκάλεῖτο, ὡς φησι Στέφανος ἐν τῷ περὶ Κύπρου. Sic illi. Qua igitur occaſione & quo fato noſter nomen illud περὶ πόλεων fuerit indeptus, dixerim difficulter; utrum ex MSS (in quorum nonnullis id exſtare novimus) primi editores hauſerint, an vero ei magis congruum cenſuerint, non duntaxat de gentilibus ſed etiam de urbibus gentilium primitivis agenti. Hoc interim evidentiſſimum, plures ex nuperis eum cognoſcere indice περὶ πόλεων, quam περὶ ἐθνικῶν; & ſic eum citaverunt, ut Biſetus ad Ariſtophanis Lyſiſtratam pag. 901 & 908.

Hæc ipſa expolire magis vellem, & his prolegomenis inſerere omnes canones, quos Stephanus ſparſim per totum opus diſperſit. Sic poſſem oſtendere,

dere, quot modis Siculi sua formarint gentilia, quibus terminationibus utantur Itali, quibus Orientales populi, quibus Libyes, quibus Cares, quibus Lydi, quibus Ægyptii &c. Nam & in v. Αβαι Cares solitos ait gentilia in εὺς formare, Asiæ incolas alio modo quam Europæos in v. Αβασηνοὶ, Italos per ανος in v. Βέλιτρα, alios aliquando periphrasi uti in v. Βάτη, Ακόναι, Ερύθεια, Μετάχοιον. Præter quæ omnia agnoscit κοινὸν χαρακτῆρα, cujus duas facit terminationes; alteram in ις, ut in voce Βῆγις, & in ος, ut in voce Τελχίς. In v. Αβρότονον duo vel tres canones inveniuntur. Gentilia alia difficilia inventu & secundum artem formanda habet in v. Αγαθοῦ δαίμονος. Aliquando etiam formatur gentile ex similitudine aliarum urbium, ut necesse habeat respondere terminationi gentilium a vicinis oppidis deductorum, in v. Αβυδος, Χωχή. Aliquando recedit plane a solita regioni forma, ut in v. Μαρχάνη, unde non debebat formari Μαρχανεὺς, sed juxta τύπον τῆς χώρας Μαρχανηνός. In qua parte non satis accurate de Stephano ejusque gentilibus judicant, qui censent eum plurima sæpe fingere suo captu & arbitrio, cum ego contrarium statuendum arbitrer, Stephanum nunquam ea formare nisi observatis in hanc rem canonibus, nempe solita regioni forma; imo si ab ea recedat, hoc non facit nisi auctoritate aliorum scriptorum, qui iis gentilibus fuere usi. Hoc manifeste liquet ex fragmentis integris, in quibus nullum gentile producitur, quod non veterum auctoritate stabiliat. Si igitur alibi gentile occurrat in hoc opere, cujus usus nobis non satis arridet, non ilico istud obelo confodiendum expungendumque, sed judicandum potius Stephanum in genuino opere auctores habuisse, quos neglexit Epitomator, quique cum ipso Stephano hodie desiderantur. Hæc inquam & alia similia Stephanum tangentia polire & exornare cupiebam, quum intelligo me a fatis vocari ad illud munus, a quo nec tu, mi Lector, nec quisquam viventium hominum erunt immunes. Quod momentum sicut in majore potestate est; ita tibi dico, nec credentibus me persuasurum, quam fœdissimis mendis conspurcatum susceperim, & vere ex subverbusto, ut antiqui loquebantur, non dediticium, sed in fraudem legis Æliæ Sentiæ civem Romanum fecerim, hoc est, ope ingenii omni squallore liberarim. Quod fortassis non ita manifesto legentium oculis sese offeret; nam de singulis cum illis deliberare supervacuum arbitrabar, quod rectius facient, qui otii sui ephemeridem a se non exigunt. Non nego tamen multa residua & latentia & aperta errata, quæ oculos meos effugerunt. Istiusmodi aliorum acumini reliqui, ut ille olim, qui Veneris effigiem inchoatam aliis perficiendam exposuerat. Exstabunt spicilegi, qui hujus messis reliquias persequentur. Non ut apud Philostratum queritur Agation, fortunam se magno præmio privasse, quod Acarnania non amplius nutriret leones, ita docti viri habent deplorare, nihil superesse in rep. literaria, in quo ingenium exercere liceat. Quod si aliquando non tetigi, quod destinabam; cogita neminem esse mortalium, qui non aliquo ignorantiæ calore infucatur. Hanc contagionem a rerum primordio mortalitas ex ipsa natura contraxit, & homo cum errat, humanitus errat; quod in me ne calumnieris: alioquin toti mortalitati convitium facies. At tu si quid humanitatem colis, æquus & benevolus ades; neque tum in commentariis, tum in hac etiam Stephani versione Latina (de qua agit Scaliger, & eam sibi non placere scribit in epist. pag. 528 & seq.) quam multa peccaverim, aut quid non sim adsequutus, sed quantum tua causa & voluerim & tentarim, & immenso labore, quod potui, ad umbilicum perduxerim, dispice. Hoc sperans, finem facio cum divinioris ingenii vate, qui fulgore carminum suorum solus appellari poëta meruit, sermone Ulyssis utens ad regem Alcinoum;

Θεὸς δ' ἀρετὴν ὀπάσειε
Παντοίην, καὶ μή τι κακὸν ἐπιδήμιον εἴη.

 GUI-

GUILIELMI XYLANDRI AUGUSTANI, IN STEPHANI DE VRBIBVS *editionem ſuam, ad candidum Lectorem Præfatio.*

IAmpridem hunc Geographicorum propriorum nominum Indicem in Latinam linguam convertere ita ſum aggreſſus, ut urbium, regionum, montium, fluviorum, aliaque id genus nomina vel ab autore omiſſa adiicerem ex aliis Geographis, Strabone puta, Plinio, Mela, Ptolemæo, nec non Hiſtoricis Poëtiſque, Græcis juxta Latiniſque: vel quæ hic brevius aut confuſius proponuntur, ex iiſdem ſcriptoribus plenius atque diſtinctius exponerem. Quod noſtrum opus aliquandiu intermiſſum, hoc tempore perſequimur: & ſpes eſt confore, ut Græci hujus libri editionem confeſtim ſubſequatur ipſius quoque in publicum emiſſio. Nunc explicandum mihi eſt paucis, & cur Græcum hoc opus ſeorſum, & quale id edam, ac quid in eo à nobis ſit elaboratum. Simul de autore ipſo, Indice libri, & utilitate, aliquid afferemus.

De iis quæ Latinè non reddebantur.

Qui librum hunc perlegerit, niſi valde ſit ineruditus, nullo negocio intelliget permulta eſſe, quæ cùm propriè pertineant ad Grammaticam Græcam, & vocabulorum Græcorum etymologiam, neque poſſint Latinè verti aut exprimi: neque ſi poſſent, à me debuerint, qui Geographicis duntaxat operam deſtinaverim. Illa ipſa autem quæ Grammatica diximus, præclara ſunt, multiſque modis cognitu digna, atque etiam ad multa menda de bonis libris tollenda plurimum conducunt: ut ſupprimere ea velle, aut prorſus omittere, hominis ſit ingrati, ac faſtidioſi. Itaque hæc quidem græcè ſunt & edenda, & legenda: quod video à doctiſſimis & rectiſſimè & diligentiſſimè factitatum. Præterea in meo Commentario, utpote quem Latinè (mirum enim ni debebam Græcè?) ſcriberem, ſecutus ſum Latinarum litterarum ſeriem atque ordinem: ne malè mererer de iis qui Græca non didicerunt, quod minimè interpretem ac collectorem decuit: quomodo autem huic ordini cum Græco alphabetico conveniat, obſcurum non eſt. Proinde totum potius opus Græcum ſeorſum edendum duxi, quàm diſcerptum hinc inde Latinis non ubique reſponſuris conjungendum, & quaſi intercalandum. Legent ergo Stephanum Græcè, qui ſunt gnari ſermonis Græci: & ſi volent, ſuo tempore cum noſtris comparabunt. Interim autem invenient, niſi me omnia fallunt, quorum nomine gratias nobis agant:

Editio hæc quid aliis præſtet.

modò comparare noſtram cum prioribus editionibus non gravabuntur. Primò enim, multas mendorum centurias ſublatas, locaque permulta fœdè corrupta prius, à nobis ſuæ integritati reſtituta deprehendes: quæ res quanto nobis labore, quibuſque moleſtiis ſteterit, nemo rectius judicabit iis, qui in ſimili ipſi quoque aliquando re laborarunt. Emendationum rationes in Commentariis, quò maximè pertinent, conjecimus, ubi etiam de aliis admonuimus, quæ, ne nimium juris nobis ſumere viderèmur, loco movere non ſumus auſi, quanquam vitioſa certis de cauſis ſuſpicaremur.

Scriptores, & eorum ratio.

Deinde quia & multi boni ſcriptores, eorumque etiam nominatim libri adducuntur, partim ſuperſtites, plerique jampridem aboliti: quia hæc ipſa commemoratio non jucunda duntaxat eſt, ſed & ad aliorum autorum ſcripta vel intelligenda, vel etiam corrigenda facit: indicem accuratum ſecundum ſeriem Latinarum (in rudiorum gratiam) litterarum compoſui, in quo ſcriptor, ac (ubi requirebatur, & res ferebat) liber ejus ponuntur: tum ubi allegetur, non numeris hoc, ſed (ut & errandi minus occaſionem relinqueretur, neque huic ſoli editioni index conduceret) ipſis vocabulis adſcriptis, in quorum expoſitione Stephanus eorum meminit. Verbi gratia. Æſchyli tragœdi Prometheus ſolutus, Λυόμενος, citatur in Αἴτναις: Sophoclis captivæ, αἰχμαλωτίδες, in Βαμοὶ, & in Ξένοις, &c. Denique cùm paſſim multa verba explicentur, multæ res commemorentur, adeoque in tam exiguo libro permulta ſint erudita, rara, memorabilia: ea itidem in Indicem eodem modo conjeci. In quo id obſervandum tibi eſt, ea, ad quæ ipſa litterarum ſeries

te

re ducit, me non posuisse. quorsum enim profuisset scribere (verbi gratia) Abydus in ἄβυδος? Litteram quoque Ha aliquando omisi: & quæ in ea quæres, ubi non extabunt, in vocali aspirationem sequente investiga. ut, Halicarna, ἅλι. &c. Ejus generis sunt etiam, quòd, cum litera e, eodem ordine Latinitatem secutus, posui: & ω cum ο. ου incipientia, in ch collocavi. & pro β, u consonantem interdum sumsi. ει, in œ: ῃ, in æ alicubi mutavi: & si qua sunt alia, quæ elementorum Græcorum cum Latinis comparatio non difficulter explicabit. Ita ergo & correctius multo hoc Opusculum, & ad usum accommodatius, in præsentia emittimus: cujus illustratio in nostro Commentario brevi (Deo volente) subsequetur. De utilitate dicerem, nisi res hoc non postularet. Qui enim inutilem eum putabit esse librum studiis liberalibus, cujus autoritate doctissimos quosque scriptores manifestum est vel sua confirmare, vel aliena explicare; is quid utile censeat, non facilè dixerim. Omnino autem, qui historiarum lectionem nesciunt esse maximè & utilem, & eruditionis veræ cupido necessariam, à nobis hoc loco doceri non debent: qui sciunt, & sine Geographiæ cognitione eam expediri posse sibi persuadent, fatui sunt. Et cùm in aliis generibus Onomastica tanti fiant, cur in hac parte, quæ vocabulorum multitudine nulli cedit, ordinata nominum consignatio, eaque fidelis & certa, non in summo habeatur precio?

Utilitas libri.

Titulum hujus Onomastici, Στέφανος περὶ πόλεων, nolui immutare, quanquam genuinum esse minimè credam. Quis fuerit Stephanus, nondum comperi, quoue tempore vixerit. Eustathio quidem prior fuerit, & magni nominis grammaticus, oportet. ab eo enim passim ad testimonium, atque etiam sententiam ferendam adducitur: præsertim in Commentariis in Bœotiam Homeri, & in Dionysii periegesin. Appellatur autem non Stephanus, sed ὁ τὰ ἐθνικὰ συγγράψας, ὁ τῶν ἐθνικῶν συλλέκτης, ἐθνικά. Zezes in capite sui Alpha centesimo, Stephanum Byzantium vocat. Cæterùm ἐθνικὰ citari hoc ipsum opus, cujus nos Epitomen nunc edimus, in promptu est videre, conferenti Eustathii loca cum nostris. Exemplo sit pro plurimis unum Θέσπεια: de qua planissimè ea hic reperies, quæ initio Bœotiæ ex Ethnicis, hoc est gentilibus, citat Eustathius. Apparet autem, Indicem operi à Stephano factum ἐθνικὰ: quia non tam propria locorum nomina è Geographis interpretaretur, quàm de nominibus gentiliciis, aliisque id genus inde derivandis disputaret, re inter grammaticos sic satis controversa: cujus extant etiam in nostro hoc Opere illustria documenta. Atque hoc nomen ἐθνικῶν extat etiam, ut mox dicemus, apud Suidam. Byzantinam quoque historiam à Stephano fuisse scriptam, apparet ex Γότθοι, in nostra editione. Fieri potest ut verba ista non Stephani sint, sed Hermolai: ut & quæ de Eugenio in ἀνακτόρεια. atque huc magis inclinat animus, motus eorum quæ subjiciemus comparatione. Utrum sua ἐθνικὰ scripserit secundum elementorum ordinem Stephanus, nihilo magis possum pronunciare, quàm de ipsius autoris vita. nisi si quis putat ex Epitomæ ordine, quicquam de ipso etiam opere certò posse statui. Apud Suidam (quod ante nos Aldus monuit) legitur, Hermolaum quendam qui Constantinopoli fuerit grammaticus, scripsisse Epitomen ἐθνικῶν Stephani, & eam Iustiniano imperatori inscripsisse. Id ego non ad Rhinotmetum illum, sed magnum Iustinianum, qui ante annos circiter CIↃ decessit, cur referam, paulo pòst intelligetur. Dicet contentiosus aliquis, inde non consequi, ipso Stephani opere amisso, nos nunc Epitomen habere (nam nihil obstare, quin amissa Epitoma, ipsum ad nos perlatum sit Opus) & ut sit Epitome, alterius potuisse esse autoris quàm Hermolai. Ego meam conjecturam dissimulare nolo. Opus Stephani nos non habere, sed compendium, quod vocant, magno bonarum rerum dispendio nobis substitutum, res ipsa vociferatur. Non instituam aliorum cum hoc libro comparationem: ipsum si secum conferas, illicò de pleno aliquo negligenter in breviarium fuisse contractum animadvertes. Paucissimis exemplis de plurimis utar. Neque nunc persequar, quòd multis in vocibus explicandis aliquando verbosus: nonnunquam, cum res maximè poscebat verba, concisus est & aridus: magno argumento, esse optimi scripti hoc non optimam Epitomen, qua de re alicubi in Commentario meo monui. Id unum sufficiat, quòd compluribus locis aliò lectorem rejiciens, ubi sit ejus de quo agitur inventurus explicationem, planè frustratur, inanemque dimittit. Verbi gratia, in Ἀκκαβικὸν τεῖχος, ad

De titulo, & autore.

De ipso Opere.

Σαλμώνιλλω (sic enim correxi) te amandat: in ἀκμονία, ad ὕσπ]ον πτόλον: in πτολίλιον, ad ἐπωΐαν. quò si te convertas, nihil protsum eorum quæ promittuntur, ac ne umbram quidem rei invenies: fitque hoc, quàm expediat, crebrius. Quid quòd mendosa occurrunt permulta, quæ Stephano attribuere perinde verear: ut, cum Timolo, præterito quo debuit eum indicare loco, τίμωλον deinde figura poetica pro eo ponit. cum τίμωλον & Eustathius in Iliad. p. 866 agnoscat: & Latinus poeta,

Deseruêre sui Nymphæ vinctæ Timoli.

Quod genus est etiam Τάβιοι pro Gabiis, ubi Remus fuerit educatus, Τ pro Γ supposito: & alia, de quibus suo loco disputatur. Jam cum κατὰ στοιχεῖον instituerit vocum explicationem, ita sæpe is confunditur, ut magnam conditoris aut conscriptoris Epitomæ hujus oscitantiam nemo non sentiat. Mihi quidem ex ea subiit aliquando suspicari, librum, quem is in compendium redigeret, non fuisse alphabetico ordine descriptum: sed vel Hermolaum, vel librarium, ex eo excerpta voluisse eum in ordinem digerere, atque ob incuriam alicubi propositum non tenuisse. Vide ἀλίμαλα, ἀμολθ&, ἀνδρόνικα, ἀρλινδηλα, βαιτέρης, Βερενικίδαι, γάδαρα, νισώπη, & multa alia. Sed de ipsius Stephani opere, & ejus ordine, sum, ut dixi, incertus. Hujus autem, quod edimus, Onomastici autorem esse Hermolaum, non Aldo jam assentior: sed rationi temporum, & iis quæ in Ἀναστάσια nostro, Suidas in Εὐγένι& habent. Nostri sic: Vocem hanc per diphthongum Eugenius scribit in Collectione vocabulorum, seu Dictionario, is qui ante nos Constantinopoli scholam rexit, & cætera. Hæc verba non Stephani esse, sed Hermolai, liquet ex ratione temporum. Iustiniano enim hic suam ἐθνικῶν Stephani decurtationem (absit invidia à vero) dedicavit, & fuit grammaticus Byzantii: id est, id gessit muneris, quod alio tempore Eugenius. Successisse autem huic eum, docet Suidas, cùm Eugenium senem sub Anastasio maximè clarum fuisse discrè scribit, litteras Constantinopoli docentem. additque, eum scripsisse παμμιγῆ λέξιν κατὰ στοιχεῖον: id est, omnis generis vocabula promiscuè ordine alphabeti conscripsisse. quod quid sit, nisi ea quam noster vocat πολυγλῶ λέξεων, non video. præsertim cum Suidas in principio Operis sui, unde id collegerit exprimens, Eugenium quoque referat, qui περὶ λέξεων κατὰ στοιχεῖον scripserit. Quanquam in libro περὶ πρωτικῶν, etiam hæc ab eo potuit vox declarari, assimilis exemplis quæ Suidas refert, ἀνυπόδητον, ἀσκληπίειον. Atqui inter mortem Anastasii, & Iustiniani imperium initum, non nisi septem interveniisse annos, perhibitum est monimentis historiarum. ut negare qui velit, Hermolaum Eugenio successisse, & Stephani ἐθνικὰ in compendium redegisse, omnem fidem bonis conjecturis derogare videri queat. Atque hinc etiam liquet, ΙΟCL minimùm annis Stephanum Eustathio fuisse priorem: fortasse etiam multo pluribus, cum à Iustiniano magno (de quo cur hæc accipiam, Anastasii mentio satis indicat) ad Andronicum, sub quo Eustathius claruit, anni sint circiter totidem. Atque, ut præfandi finem faciam, nisi metuissem ne cui hoc videretur audacius quàm fidelius abs me factum: si mihi Index hujus libri meo fuisset arbitratu adsignandus, ita haberet: Ἑρμολάου Γραμματικοῦ Κωνσταντινουπόλεως, Ἐπιτομὴ τῶν ἐθνικῶν Στεφάνου Γραμματικοῦ. Neque repugnabo tamen, imò lubens adsentiar, si quis censebit, ea de quib. dictum est graviora hujus Opusculi vitia, non tam Hermolao, quàm posteritatis inertiæ, & librariorum detestandæ incuriæ (cui magnæ litterariæ calamitates debentur) imputanda esse: cum etiam Præfationem ad Iustinianum imperatorem extriverint ea. Iustinianas quidem vocatas, in ἄνκῃ extat, tempore autoris eam urbem, quæ e regione sita fuit novæ Romæ: haud dubiè, à Iustiniano imperatore. quod ipsum quoque ad temporum rationem pertinet. Sed jam ad ipsam Epitomen hanc Onomastici Geographici ut accedas, per me licet.

Autor libri demonstratur.

Ratio temporum.

ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΠΕΡΙ

ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΔΗΜΩΝ.

STEPHANUS BYZANTINUS

DE

VRBIBVS ET POPVLIS.

ΑΒΑΙ[1], πόλις Φωκικὴ, ἀπὸ εὐθείας ἐνικῆς τῆς Ἄβης. Κέκληται δὲ ἀπὸ ἥρωος Ἄβα. Ἡρωδιανὸς δέ φησιν, ὅλως τὸ Ἄβας, ὅτε ἔθνους σημαίνει, περισσοσυλλάβως κλίνεται ἀεί, ὅτε δὲ ἐπ' ἰδίου, καὶ ἰσοσυλλάβως, καὶ

A

ABÆ, urbs Phocenſis, à nominativo ſingulari Abe. Ita autem dicta eſt ab heroe Aba. Verum Abas, quandò gentem ſignificat, auctore Herodiano, ſemper imparisyllabicè declinatur; cum verò nomen eſt proprium, parisyllabice

B

&

[1] Στεφάνου Βυζαντίου περὶ πόλεων καὶ δήμων.] Eodem prorſus modo hæc Inſcriptio in tribus editionibus legitur; verum an hunc Aldus & Xylander invenerint in MSS. vehementer dubito; ſi invenerint, eam non Epitomator, ſed recentiores quidam librarii. Stephani Epitomen tranſcribentes, ita conceperunt: nam minimè reſpondet Inſcriptionibus codicum manu exaratorum: neque tali titulo hæc epitome Euſtathio & ejus ævi ſcriptoribus fuit cognita & commemorata. Incomparabilis Salmaſius, procul dubio vulgatam Inſcriptionem non inveniens, ex Palatinæ Bibliothecæ MSS, multis in locis ſui codicis, eam ad hunc modum formare ſtuduit: Στεφάνου Βυζαντίου περὶ ἐθνικῶν καὶ πόλεων. Elegantiſſimi MS. codicis Voſſiani ἐπιγραφὴ ita ſe habet: Ἐκ τῆς ἐθνικῶν Στεφάνου ἐπιτομῆς ἑρμολάου ἀρχῆς Β Α. Nuper Amſtelodami ex Bibliotheca Seguieriana fragmentum genuini operis à Stephano compoſiti prodiit, in quo hæc inſcriptio ad calcem reperitur: Στεφάνου Γραμματικοῦ Καισαρείου πόλεων καὶ πόλεων, νήσων τε καὶ ἠπείρων, δήμων τε καὶ τόπων, καὶ ἱστοριῶν αὐτῶν καὶ μυθικῆς ἱστορίας, καὶ ἃ ἐπιτέθηκε παρ' ἑαυτοῦ ἑρμόλαος ὁ γραμματικὸς τὰ ἐθνικὰ καὶ κτητικὰ τὰ ἀνωμάλως. Hæc profectò prima fronte valdè placebat, imo eam genuinam & accuratiſſimam habui; quia non tantum de *urbibus & populis*, ſed etiam de *inſulis & regionibus*, item de *hominymis & tranſlationibus ipſarum, & produtiis inde nominibus gentilitiis, loralibus & poſſeſſivis* tractat: ſed plurima, ne deinde bene penſitata, in eo deſiderari animadvertimus; nam nulla in hoc titulo ſit mentio de *Fluviis*, de *Montibus*, de *Deuis*, & de rebus aliis hæc epitome contentis: adeoque eum, ad calcem membranarum repertum, & forte ab imperito librario confectum, minimè genuinum exiſtimo. Nam nullus Græcus auctor tot vocibus indicem ſui ſcripti concepit. Hiſtorici plerumque una voce libri inſcriptionem faciebant: Ita Sinius & Uranius ſcripſerunt Ἀχαϊκῶν: Rhianus, Ἀραβικῶν: Eratoſthenes Γαλατικῶν: Demoſthenes & Arrianus, Βοιωτιακῶν: Theopompus, Ἑλληνικῶν: Apollonius, Κυπριακῶν: Xenion, Κρητικῶν: Alexander, Λυκιακῶν: Hellanicus, Περσικῶν: Philiſtus, Σικελικῶν, & alii alia. Cum itaque Hiſtoricis id unum ſufficerit, licet non tantum urbes Arabiæ vel Achaiæ, vel Galatiæ &c. ſed & populos, & ſi ad ſingularem gentem venirent, ejus mores, oppida, tribus, loca pagoſque deſcriberent; quid ni Stephano fatis fuerit ſuum opus inſcribere Ἐθνικῶν, cum præcipuus ejus ſcopus eſſet tradere appellationes ab urbibus, & aliis gentium per orbem diſſipatarum locis procedentes? Quare recipiendum puto titulum præcedentium ſæculorum ſcriptoribus allegatum, quique paſſim ab Euſtathio in Homeri Bœotiam, & alios ejuſdem pœtæ libros, atque etiam ſæpiſſimè in Dionyſium de ſitu orbis, ſub tali plerumque periphraſi citatur, ὁ τοῦ Ἐθνικοῦ χαράξας ἢ χαράξασι τοῦ τῶν Ἐθνικῶν ἐπιτομέως. Et ὁ τοῦ Ἐθνικοῦ ἐπιτομεύσας. Verum hoc mihi puto palmarium, quod apud Euſtathium nomen Stephani memoratum, & negatum Xylandro, cum adjuncto libri titulo reperi: ita enim ille ad Iliad. Z. Ὑγίνου ἐν Ἀλφαβήτου χαράξει λέγοντος, ὅτι μετὰ Ἀθηναίους Ἀθηναῖοι, καὶ μετὰ Στέφανον Στέφανοι ἐν τῷ Ἐθνικῷ. Verum cum certum ſit, uti multis probat Xylander ex Suida, Hermolaum quendam Stephani Ἐθνικὰ in compendium redegiſſe, cum ipſo huic epitomæ ejuſmodi titulum adſignarem: Ἐπιτομὴ Γραμματικοῦ Καισαρείου πόλεων Ἐπιτομὴ τῶν Ἐθνικῶν Στεφάνου Γραμματικοῦ. Sed enim cum animo revolvo, magis ad ignominiam quam ad decus vergere, præſtantiſſimi alicujus ſcriptoris opus in compendium redigere, valde dubito an nomen ſuum huic epitomæ Hermolaus, egregius alioquin Grammaticus, præfixerit & ex alienis plumis gloriam quæſiverit. Quapropter ego conjecturam meam diſſimulare nolem, hanc genuinam hujus Onomaſtici Geographici breviarii inſcriptionem eſſe exiſtimo, nempe, Ἐκ τῆς Ἐθνικῶν Στεφάνου ἐπιτομῆς ἑρμολάου ἀρχῆς Β Α, quam nobis Voſſianus codex ſuppeditavit.

[1] Ἄβαι, πόλις Φωκικὴ.] Promiſcuè ab auctoribus vox Ἄβη ſignatur, nunc oxytonè, nunc paroxytonè. Ipſe Stephanus ſibi non conſtat; nam in voce Τίγρις ex Callifthene ſcripto-

καὶ Ἀβιτηνὸς Μάξιμος. [1] Ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἴσαυρίας. Ὡς ἐκ τοῦ Ἄμυκλα Ἀμυκλαῖος, οὕτως Ἄβα Ἄβαι. Λυκόφρων,

Πεφυσωπῆς Ἀμφισσαίων π, καὶ κλεινὰς Ἄβας.

[2] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαῖος, καὶ τὸ κλητικόν. [3] Μηδεὶς γὰρ περιεργίαν ἡγείσθω πρὸς τὰς προσηγορίας τῶν ἐθνικῶν, διὰ τὸ ἀνόμοιον. Δέρβη γὰρ Φρυγίας Ἰσαυρίας, [4] τὸ δὲ ἐθνικὸν, Δερβίτης καὶ Δερβαῖος, ὡς Σιδήτης, καὶ Πυλήτης, ὡς δεύτερον, ἀπὸ τῆς Σιδῆ καὶ Πύλης. [5] Ὡς δὲ Ἄλβα, τὸ ἐθνικὸν Ἀλβανός. Καὶ Ἄλυβη, τὸ μὲν ἐθνικὸν Ἀλυβαῖος, καὶ Ἀλυβάς, [6] ὃ θηλυκὸν, Ἀλυβηνὴ, καὶ Ἀλυβεῖς τὸ κλητικὸν, ὡς βασιλεῖς, [7] ἀλλὰ καὶ Ἀλυβεῖς. [8] Καὶ Ἀρτάκη, Ἀρτακηνὸς, οὐκ Ἀρτακαῖος. [9] αἱ δὲ Ἄβαι, πόλις Φωκεύσιν, [10] ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλ-

& imparisyllabicè flectitur. Sunt item Abæ Italiæ civitas. Porrò, veluti Amycla in plurali numero facit Amyclæ, ita ex Aba venit Abæ. Lycophron:

Deſiderantes Amphiſſamque, & celebres Abas.

Hujus gentile pariter & poſſeſſivum eſt Abæus. Nec eſt cur quis exiſtimet, nominum gentilium appoſitionem, ob illorum diſſimilitudinem, in tractatu hoc eſſe ſupervacaneam. Eſt enim Derbe, Iſauriæ caſtellum; gentile verò Derbeta & Derbæus, non aliter quam Sideta & Pyleta, à Side & Pyle deductum, quemadmodum demonſtrabitur. Sic quoque Alba gentile, Albanus: Et Alybe, gentile verò Alybæus & Alybenſis; cujus femininum eſt Alybeïs, & poſſeſſivum Alybeïus, uti βασιλεῖος regius; verum quoque Alybes dicitur. Et Artace habet Artacius, non Artacæus. Abis Phocenſibus fanum eſt Apol-

ſcriptore antiquiſſimo citat, ἐκ Ἀβαίδος; & ita quoque apud Pauſaniam circa finem libri quarti τοῦ ἐκ Ἀβαίδος reperitur; cum tamen ab eadem conſtanter lib. x. & aliis locis accentu in penultima notetur, & ita quoque ab Heſychio, Lycophrone aliiſque cæterum Strabo l. ix. & Sophocles in Oedipo Tyran. accentum in ultima collocarunt. Enimverò, quemadmodum in accentu, ita etiam in voce ipſa inconſtans declinationis forma invenitur: nam à Pauſania & Strabone alibi ſingulari numero Ἄβαι & alibi plurali numero Ἄβαις exprimitur. Sed pluralis in eo nomine flexio uſitatior eſt: nam apud Pauſaniam ſemel tantum lib. x. circa initium ſingulariter flectitur: Τῶν δὲ κρητηρίσκων οἱ μεγαλυγέστατοι, ἐς ἐκ κύρους πόλιν Ἄβαι ἐπιθέντες οἱ ἄλλοι. Hoc eſt: *Omnes quas penes ſumus deleta, & ad formam cæterorum redacta, præter Abæas.* Ita quoque Strabo lib. x, ἐξ Ἄβας τῆς Φωκικῆς, *ex Aba Phocidis*, dixit; cum præcedenti libro eandem vocem pluraliter formaverit. Oppidi ſitum, conditorem, & in eo maximè memorabilia refert idem Pauſanias libro eodem: atque antiquiſſima etiam ejus memoria exſtat apud Diodorum Siculum lib. xvii.

[3] Ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἴσαυρίας.] Nemo quod ſciam Geographorum, aut alius quiſquam, qui nobis Italiæ Chorographiam exhibuit, oppidi Abæ meminit. A Ptolemæo Hῶα pro mediterraneo Tuſcorum oppido habetur, collocaturque inter *Volſcos* & *Saturnianam Coloniam*: Verum differunt hæ voces Ἄβα & Hῶα, niſi quis dicat à longum Jonicè dialectò in ω verſum eſſe. Sed quia Stephanus accuratiſſimam ſitus deſcriptionem non tradidit, dubitandi occaſionem reliquit, an *Aba* idem ſit illud oppidum, quod à Ptolemæo Ἔβα appellatur.

[4] Τὸ ἐθνικὸν, Δερβίτης.] Ita ex Voſſiano cod. repoſuimus, pro Τὸ κλητικὸν, Δερβαῖος, καὶ τὸ ἐθνικὸν, quemadmodum Aldus & Xylander ediderant. Sed vulgatam lectionem probare non poſſumus, quia Stephanus aut ejus breviarii conditor derivationem Gentilium, ante derivationem Poſſeſſivorum paſſim inſtituere ſolet.

[5] Μηδεὶς γάρ.] MSS. μηδεὶς δέ.

[6] Τὸ δὲ ἐθνικὸν, Δερβῖνος.] Ita perperam habent MSS. & Vulgatæ editiones. Lege, τὸ δὲ ἐθνικὸν, Δερβίτης; uti erit manifeſtum ſequentia cum hac voce conferenti: ὡς Σιδήτης καὶ Πυλήτης. Sed vide etiam in Δέρβη.

[7] Ὡς δὲ Ἄλβα.] In codice Voſſiano, ὡς δὲ Ἀλβῆ. Aſt eadem res redit, ut ipſe Stephanus teſtatur in voce Ἄλβα, cum inquit: κλίνεται δὲ Ἄλβα. Apud Auctores tamen Græcos Ἄλβα uſitatior eſt.

[8] Οἱ δὲ θηλυκὸν Ἀλυβηνὴ, καὶ Ἀλυβεῖς τὸ κητικόν.] Malè in Voſſiano legimus: ὃ θηλυκὸν Ἀλυβῆς καὶ Ἀλυβεῖς. τὸ κητικὸν δὲ ἐστὶν Ἀλυβῶν. Nam unde ſecundum illud femininum eruditur, mihi non conſtat. Aſt hanc conjecturam facio, exſtipatem hæc ultimas literas, ἐστὶν, in τὸ mutaſſe, quæ in cum præcedentibus, nempe Ἀλυβῆς, conjungas, poſſeſſivum Ἀλυβῶν formabis, quod in prædicto codice non exſtat.

[9] Ἀβαὶ δὲ Ἀλυβίας. Ἐ Ἀρτάκη, Ἀρτακηνὸς, οὐκ Ἀρτακαῖος.] Ita optimè habet præſtantiſſimus codex Voſſianus. Peſſimè verò legitur in omnibus vulgatis: Ἀβαὶ δὲ Ἀλυβίας, καὶ Ἀρτάκη. ἐξ Ἀρτάκης, Ἀρτακηνὸς &c. Nam hæc oratio omni prorſus ſenſu eſt deſtituta, & cujus imperitiâ hæ voces, ἐξ Ἀρτάκης, in vulgatum textum irrepſerint, non facile divinare poſſum. Illas tanquam otioſas ac inutiles prorſus expunxi. Primò quidem, quia in MSS. non reperiuntur. Deindè, quia Ἀρτάκη non ſignificat urbem aut gentem aliquam, unde aliquod gentile derivari poſſit. Apud Herodotum lib. i. ſumitur pro menſura quadam Perſica: & apud Ægyptios *Artaba* facit modios viginti, uti teſtatur Divus Hieronymus in cap. γ. Eſiæ: Sed apud Polyænum lib. iv. legimus: *Artabam* Atticum modium apud Medos contecille: ὁ δὲ Ἀρτάβης ὁ Μηδικὸς μεδίμνου ἐστὶν Ἀττικοῦ. Vide etiam Etymol. magnum, Heſychium, Phavorinum atque alios. Verum pro vulgata lectione hæc dici poſſunt. Locum eſſe manifeſtum & hodè corruptum, legi debere: Ἀβαὶ δὲ Ἀλυβίας. Καὶ Ἀρτάκη, τὸ ἐθνικὸν Ἀρτακηνὸς. Ἀρτάκης δὲ Ἀρτακῆ, οὐκ Ἀρτακαῖος. Nempe ut probet Stephanus nominum gentilium appoſitionem ob illorum diſſimilitudinem, in tractatu hoc valdè neceſſariam eſſe.

[10] Καὶ Ἀρτάκη, Ἀρτακῆ.] Ita MSS. codices & vulgati. Stephanus tamen in voce Ἀρτάκη, tria oppidi gentilia enumerans, non habet Ἀρτακῆ, ſed Ἀρτακηνὸς, quod Demoſthenis auctoritate confirmat, cujus verſiculus ibidem legi poteſt.

[11] Πόλις Φωκεύσιν.] Malè in Florentina editione: πόλις Φωκεῶν. MSS. πρὸς Φωκεῶν. Sed centèo legendum: αἱ δὲ Ἄβαι πόλις Φωκίδος.

[12] Ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος.] Celeberrimi hujus Apollinis templi atque oraculi meminit Herodotus lib. primo & viii. Strabo lib. ix. Pauſanias in Phocicis. Euſtathius ad Iliad. β. Et Sophocles in Oedipo Tyranno hiſce verbis.

Οὐκέτι γὰρ ἐς τὸ μέλαθρον ἥξει
Γᾶς ἐπ' ἐσχατιὰν στείχων,
Οὐδ' εἰς τὰ Λοξίου σήκου. Hoc eſt:
Non eſt ut ad Cameram poſthac eam
Terræ ſumbilicum religionis cauſa,
Neque ad delubrum quod eſt Abis.

Ad hæc verba Scholia antiqua: Ἄβαι πόλις Λυκίας, ἔνθεν ἐστὶν ὁ Ἀπόλλων. Et Demetrius Triclinius ſediſſimo huic errori patrocinans, templum illud in Lycia fuiſſe inquit: φησὶ εἰς τὸν Ἀπόλλωνα ναὸν, τὸν ἐν Ἀλαδοῖς καὶ τῇ Λυκίᾳ. Ἄβαι γὰρ πόλις Λυκίας. Sed hunc errorem Heſychius refutavit, qui eundem Sophoclis locum citat in voce Ἄβαι. Ἄβαι πόλις Φωκίδος τῆς. ἢ μαντεῖον Ἀπόλλωνος Σοφοκλῆς. Hoc eſt: *Abæ locus circa Phocidem: ubi oraculum Apollinis Abæi, quemadmodum Sophocles perhibet.* Alii ante me dixerunt pro Σοφοκλῆς hoc loco Ἀπόλλων legen-

Ἀπόλλωνος. ἦν δὲ τοῦτο μαντεῖον πρὸ Γ ὧν ἐν Δελφοῖς. [17] ἔστι δὲ ἄλλη Ἄβα πόλις Καρίας, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν εἰκοστῷ βιβλίῳ. δυνατὸν δ' Ἄβεὺς τὸ ἐθνικὸν, ἀφὼ τὴν εἰθισμένην τοῖς Καρικοῖς τύπον, ὡς δείξομεν.

Apollinis, oraculo quam Delphis vetuſtiore. Eſt autem & alia Aba Cariæ civitas, uti Herodianus lib. xx. perhibet; à cujus nomine gentile Abenſis formari poteſt, juxta loquendi modum quem Caribus uſitatum fuiſſe oſtendemus.

ΑΒΑΚΑΙΝΟΝ [18], πόλις Σικελίας ὑποδεεστέρως, καὶ παροξυτόνως, καὶ ἡ διάλεκτος ἀφὼ διφθόγγου, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τρισκαιδεκάτῳ περὶ ἀδεσπότων. λέγα δ' εἶναι πόλιν Καρικὴν, ἣν εὑρεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν. Σικελῶν δέ μοιρά τις ἐστί. τὸ ἐθνικὸν Ἀβακαινῖνος, ὡς Ἀκραγαντῖνος, [19] ὁ οὐκ ἀπὸ τῆς Σικελῶν, [20] Μεταποντῖνος, Λεοντῖνος, Βρεντεσῖνος, [21] Τερεντῖνος, Ἀρρητῖνος, Ἀσωρεῖνος, Ἐρυκῖνος.

ABACÆNUM, oppidum Siciliæ. Hæc vox neutrius eſt generis, in penultima habet accentum, & ibidem cum diphthongo ſcribitur, teſte Herodiano lib. XIII. de Neutris. Verum inquit urbem eſſe Caricam, quam invenire non potuimus. Eſt igitur Siculorum quædam pars, quæ gentile habet Abacæninus, uti Agrigentinus: Quam terminationem Siculis non inſolitam fuiſſe ex multis patet; puta, Metapontinus, Leontinus, Brenteſinus, Terbetinus, Arretinus, Aſſorinus, Erycinus.

ΑΒΑΝΤΙΣ [22], ἡ Εὔβοια. [23] ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγιμιῷ δευτέρῳ περὶ Ἰοῦς,

ABANTIS, ita Euboea dicitur; uti eſt apud Heſiodum in Ægimio ſecundo de Iô:

----- νήσῳ ----- *Inſu-*

legendum eſſe. Itaque contra omnium hiſtoricorum & Geographorum fidem, oraculum illud Abis, in Lyciæ oppido fuiſſe, perhibent Scholia & Triclinius. Non tamen negamus Apollinem in Lycia religioſiſſimè cultum fuiſſe: nam conſtat, eum apud Pataram civitatem, unde Patareus Apollo dicebatur, ſex menſibus hiemalibus quotannis reſponſa dediſſe. Virgilius hoc IV Æneid. innuere videtur:

Qualis ubi hybernam Lyciam Xanthique fluenta
Deſeruit, ac Delum maternam invaſit Apollo.

[17] Ἔστι δὲ ἄλλη Ἄβα πόλις Καρίας.] Illam Cariæ civitatem, ingenuè profiteri cogor, quærendo invenire non potui. Si quis mihi Hiſtoricum aut Geographum, qui de illa mentionem facit, indicaverit, ei maximas gratias habebo. A Ptolemæo in ſinu Meſſenaico Ἄβα collocatur; & Plinius lib. v. cap. XXIV. montis *Abæ* meminit, ex quo ſecundum Dionyſium Corbulonem Euphrates oritur.

[18] Ἀβακαινόν.] Plerumque Græci oppidorum & regionum etymologias à Deorum Heroumque nominibus deducunt, ſed de hac urbe nullum apud ipſos veſtigium reperies. Eruditiſſimus Bochartus illud, quia in eo ſitio & undiquaque præcipiti monte ſitum eſt Pœnorum lingua אבכיר *Abacirio* dictum putavit, apud quos אבר *Abar extollere* ſignificat. Exſtat Eſ. IX: 18, in conjugatione Hithphael. Apud omnes auctores Græcos Ἀβακαίνιον, & ſolum Ptolemæum Ἀβακαινα legitur. De ſitu hujus oppidi habes in lib. XIX. Diodori Siculi, qui illud Mylis, Meſſinenſium caſtella conterminum facit. Apud eundem ramen lib. XIV. legitur: Καὶ χωρίον τι παρὰ τὴν Ἡράκλειαν δίς ἐστι Ἀβακαινὸν ῥάχις ἀπότομος. Hoc eſt: *Alium quendam Abacænæ regionis locum juxta mare illis attribuit.* Sed Cluverius hunc locum corruptum cenſet probatque. Quare igitur pari jure non liceret nobis Ptolemæi vocem Ἀβάκαινα mendoſam ſuſpicari? Niſi quis dicat apud ipſum plurali numero expreſſam eſſe. Sed videant illi, an tunc ratione accentus etium benè ſit conſtituta?

[19] Ὁ οὐκ ἀπὸ τῆς Σικελῶν.] Gentilia ſua Siculi, quantum ex Stephano conjicere potui, quatuor modis ipſis propriis, formare ſolebant: in ινος, uti hîc loci Ἀκραγαντῖνος: in ανος, uti probatur ex voce Ἀζηγηρα, Siciliæ oppidum, cujus gentile eſt Ἀζηγηρανός, & addit inſuper Stephanus: ἡ χρῆσις ἡ παρὰ τοῖς τῶν Σικελῶν εἰκῆ: *Quæ loquendi modus Siculorum colonibus non eſt muſicus.* Præterea in ινος, quod apparet ex vocabulo Ὀμφάκη, à quo quidem derivatur gentile Ὀμφακηνός, ſed debet eſſe Ὀμφακῖνος propter formationem regioni uſitatam, quemadmodum habemus à Stephano perhibetur. Et per hanc regulam Ἐρέτης non tantum gentile Ἐρετηνός, ſed & Ἐρετῖνος habet, uti in voce Παλίκη liquet. Denique à Τερεία deducitur Τερεῖνος & Τερεντῖνος formâ regioni ſolitâ. Si aliæ gentilium formæ à Siculorum urbibus derivatæ apud auctores reperiantur & occurrant, ibi non Siciliæ, ſed aliarum regionum incolis propriæ & genuinæ ſunt cenſendæ. Sic à voce Τανάγρη, Siciliæ oppidum, oppidanus Τανάγριος dicitur κοινῇ χρήσει (id eſt communi dicendi modo uti videre eſt in voce Τελμίς) & Τανάγρηθεν; tali autem formâ apud Athenæum lib. II. & IV. reperitur, Τανάγριος ὁ Τανάγρηθεν, *Tanagrius Tanagrenſis*: Sed hæc non Siculis, verum Ægyptiis & Libyæ populis propria videtur: imo tam raro ejuſmodi formationes occurrunt, ut multò plures de Siculorum oppidis legiſſe non meminerim.

[20] Μεταποντῖνος, Λεοντῖνος &c.] Stephanus, vel breviarii conditor omnibus iſtis nominibus gentilitiis præcedentem canonem, nempe, ὁ οὐκ ἀπὸ τῆς Σικελῶν, probare conatur: ſed miror ipſum ad ejus probationem gentilia pura puta Sicula non adduxiſſe: nam Μεταποντῖνος à voce Μεταπόντιον, Βρεντεσῖνος (ita legendum, ſi Stephanum noſtrum ſequamur) à Βρεντέσιον, & Ἀβρητῖνος ab Ἄβρητον, quæ Italiæ civitates ſunt, quarum gentilia etiam in ινος deſinunt. Verum quod Stephanus Italicarum urbium nomina ponit, cum de πόλει Siculorum præfatus fuiſſet, videtur eſſe ratio, quod Siculi ante Aborigines ipſum Latium tenuerunt; deinde ab Aboriginibus & Pelaſgis debellati ad fretum, deinde in Siciliam habitatum conceſſerunt: uti multis tradit Dionyſ. Halicarnaſſeus lib. primo Antiq. cap. 9. 16. 18. 20. & 21.

[21] Τερεντῖνος.] Hæc vox mendoſa videtur; vel ſcribendum eſt Τερεῖνος, quod gentile eſt à voce Τέρεια, Italiæ oppidum: vel Τερεντῖνος à Τερεντία, Siciliæ civitas, quod verisimilius videtur, quia de Siculorum Gentilibus loquitur: nam Terentini nec in Italia nec in Sicilia inveniuntur.

[22] Ἄβαντις, ἡ Εὔβοια.] Vox Ἄβαντις hic in penultima acuitur: apud Pauſaniam, Strabonem & alios accentu in ultima notatur. Qua occaſione Euboea Abantis dicta ſit, habes apud Strabonem circa principium libri decimi. Miram vocis etymologiam refert Bochartus in Geographiæ ſacræ pag. 435. parte ſecund. De aliis hujus inſulæ nominibus in voce Εὔβοια agemus.

[23] Ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγιμιῷ δευτέρῳ.] Ita ex codice Voſſiano repoſuimus, pro ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγ[illegible] δευτέρῳ, uti conſtanter habent vulgatæ editiones omnes. Hen. Stephanus Αἰγιόδῳ voluiſſe videtur, ſcribens ſequentes Heſiodi verſus ab auctore noſtro ex Ægide aſſerri. Ignotus Salmaſius non tantum hîc ad oram, ſed etiam alio loco ſui codicis contendit eſſe legendum, ἐκ Ἡσιόδου ἐν τῷ δευτέρῳ Αἰγίμιος: quam in rem & alia ex Stephano & Apollonii Rhodii Scholiaſte loca producit, quæ, vix video, quod ad rem faciant. Nec prætereunda non minus illuſtris Dan. Heinſii etiam ſpeciatim conjectura ἐν Αἰγίνῃ δευτέρῳ: quæque nuper & doctiſſimum virum in editione Heſiodea ſubſcripturem invenit. Mihi tamen & ſic hærebat aqua, donec amiciſſimus noſter Jacobus Gronovius, juvenis eruditione & judicio præſtantiſſimus in familiari ſermone ſcriptam hujus loci lectionem cum eo communicaſſem, brevi poſt ſignificavit corrigendum: ἐκ Ἡσιόδου ἐν Αἰγιμιῷ δευτέρῳ

----- νῆσος ἐν Ἀβαντίδι εἰρ. A
Τὴν πρὶν Ἀβαντιάδα [17] κικλήσκουσιν θεοὶ αἰεὶ ἐόντες·
Τὴν νῦν ἐπώνυμον Εὐβοίαν θῆκε μέγιστος Ζεύς.

----- *Insula in Abantide nobili.*
Quam prius Abantidem vocarunt Dii semper existentes:
Hanc nunc cognominem Euboeam bovis nominavit Jupiter.

ἐκλήθη ἡ ἀπὸ Ἄβαντος τοῦ Ἀργείου, καὶ Ποσειδῶνος καὶ Ἀρεθούσης, [18] ὡς Ἀριστοκράτης. τὸ ἐθνικὸν ὁμωνυμεῖ τῷ ἥρωϊ, ὡς, Ἴων, Θεσσαλὸς, Ἀχαιὸς, Τρωὸς, Δαναὸς, Λοκρός. [19] τὸ δὲ Τεῦκρος διπλάζει· ἐξωώτιστον γάρ. τὸ κτητικὸν, Ἀβάντιος, ἢ τοῦ κυρίου, ἢ τῶν Ἀβάντων, [20] ἢ τόπου τινὸς Ἀβαντίου, ὡς τὸ Βυζαντίου, ἀλλ' ὡς Θόας Θοάντιος. [21] τὸ δὲ Ὑάντιος ἐθνικὸν, [22] ἀφεῖλεν Ἀπολλώνιος ἐν τῷ,

B Ita autem dicta est ab Abante Argivo, seu Neptuni & Arethusæ, secundum Aristocratem filio. Hujus gentile perinde sonat, ac ipsum proprium nomen heroïs, sicuti in vocibus Iôn, Thessalus, Achæus, Tros, Danaus, Locrus contingit; Teucer autem variat, utpote quod acuitur. Possessivum ejus est Abantius, sive illud à proprio, sive ab Abantibus deducas: non à loco aliquo, qui vocatur Abantium, ut fit in Byzantium; sed sicut à Thoas Thoantius. Gentile vero Hyantius corripuit Apollonius in versu;

----- Ὑάντιος Ὀγχηστῖνος.

D ----- *Hyantii Onchestii.*

[23] ἢ παρὰ λόγον, ὡς

----- [24] Παιάνιον ἀγλαὸν υἱόν.

Aut præter rationem ut in illo;

----- *Pæantium splendidum filium.*

Δοκεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀβάντιος εἶναι τὸ Ἀβαντιάς, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἑλικῶνος Ἑλικωνιάς, Ὀλύμπιος Ὀλυμπιάς, Δήλιος, Δηλιάς. τὸ δὲ Ἀβαντὶς, ἀπὸ τῆς Ἀβαντος γενικῆς, ὡς Ἑλικωνὶς τῆς Ἑλικῶνος, Βίσων Βισωνὶς, Αὔσων Αὐσονίς. ἴσως δὲ καὶ τὸ Ἀβαντιάς,

E Videtur autem à voce Abantius derivari Abantias, sicuti ab Heliconius Heliconias, Olympius Olympias, Delius Delias. Abantis verò [quod fœmininum est] deducitur à genitivo casu Ἀβαντος, veluti Heliconis ab Ἑλικῶνος, Bistonis à Βίσωνος, Ausonis ab Αὔσωνος. Verum, fortasse etiam vox Aban-

Versatum enim olim in antiquorum manibus poëma inscriptum Ἀγρίῳ, incerti auctoris, quem tamen Hesiodum esse nonnulli existimaverunt. Athenæus lib. xi, p. 503. Καὶ ὁ τὴν Αἰγίμιον ποιήσας, εἴτ' Ἡσίοδός ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος *Author Ægimii, sive est Hesiodus, sive Cercops Milesius.* Ubi Casaubonus alium insuper locum dat ex Apollonii Scholiasta. Cui sententiæ cæteri capitis altipulari præ omnibus aliis necesse habeo, præsertim quum animadverterim ex Diogene Laertio Cercopem hunc Hesiodo æqualem & obtrectatorem fuisse. Ita enim ille in Sacerd. Τέτταρα μὲν οὖν φησιν Ἀριστοκλῆς ὁ τοῦ Ἀρίστωνος ἀθροῖσαι Ἀπόλλωνος Δήλιον, καὶ Ἀπόλλωνος Πυθίου κτίσιν καὶ Ὁμήρου, καὶ Σαλαμῖνος Ὁμήρου ἔξοδα, διαφωνῆσαι δὲ Ἡσίοδον καὶ Κέρκωπα Ἡσιόδου ἔριδα, καὶ Ἡσιόδου ἔριδα καὶ Ἡρακλείτου. Hoc est: *Hinc, ut Aristoteles in tertio de Poetis tradit, Antilochum quidam Lemnium, & Actipeum prodigiorum interpretes, obtrectatores fuerunt, quemadmodum Pythagoræ Cydeu & Onatas, & Sagaris Homero invenit, mortuo Xenophanis Colophonius, & Hesiodo invenit Cercops, mortuo verò Hesiodo Xenophanes.*

[17] Κικλήσκουσι.] Variis modis verbum illud à Poëtis formatur: hinc aliquando vulgatæ editt. cum MSS. non consentiunt. Aldina habet male κίκλησκον: MSS. κίκλησκον: & in Florentina, uti etiam Basil. κίκλησκον, quam imitati sumus.

[18] Ὡς Ἀριστοκράτης.] Operis nomen non additur: fortasis idem auctor est, cujus quartus Laconicorum ab Athenæo lib. iii. adducitur. Eustathius ad Iliad. B eadem hæc ex Artiano quodam refert.

[19] Τὸ δὲ Τεῦκρος διπλάζει.] Cum vox Τεῦκρος accentum acutum habet in ultima pro gentili habetur: cum verò in penultima circumflectitur, pro nomine proprio heroïs fuerit. Lege Stephanum in voce Αἰγιαλὸς, ubi inquit: τὸ Τεῦκρος ἀπὸ περισπωμένης λέγεται.

[20] Ὃ οὖν τοῦ κυρίου Ἀβάντιος.] Salmasius in recentiore MS. invenit: ὃ οὖν τοῦ κυρίου Ἀβάντιος: & in alio, ὃ οὖν τοῦ Ἀβαντίου, quod vulgatis respondet.

[21] Τὸ δὲ Ὑάντιος ἐθνικὸν.] Optime vir famosus Gronovius nobis indicavit huic loco aliquid deesse, & forte posse restitui, si ita legatur: Τὸ δὲ Ἀβάντιος, ἢ Ὑάντιος ἐθνικὸν ἀφεῖλεν Ἀπολλώνιος. *Sed vox Abantius corripitur, uti aliquando gentile Hyantius corripuit.* Et ita hunc locum emendatum habere operæ fuit innuit Eustathius ad Dionysium pag. 106. Γέγραπται δὲ ὑπ' αὐτοῦ τὸ Βυζάντιος δηλονότι παραλόγως διὰ τοῦ ι, ὡς καὶ τὸ Ὑάντιος Ὀγχηστῖνος. ἔστι δὲ παρὰ λόγον καὶ τὸ Ἄβας Ἄβαντος, Ἀβάντιος, ἐξ οὗ κατὰ τὸ Ἀβαντιάδης Μάκρις. *Sed sciendum est, quemadmodum Byzantium videtur præter rationem cum I scribi, simili modo etiam apud Apollonium scribi Hyantius Onchestius, quæ Hyantes est oppidum: verum neque aliter fit cum voce Abas Abantis, Abantium, unde factum est Abantias, quæ Macris dicitur.*

[22] Ἀπολλώνιος.] Intelligitur Apollonius Rhodius, & verba quæ Stephanus ex ipso citat exstant lib. iii, versu 1241. Ut autem à lectore percipiantur, verba Scholiastæ adscribam. Γέγραπται Ὀγχηστῖνος. Ἢ Εὐβοϊκὸν. Γέγραπται δὲ καὶ παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς. Ὀγχηστὸς ἦν, πόλις ἐν Βοιωτίᾳ, ἱερὰ Ποσειδῶνος. Γέγραπται δὲ, ὡσπερ ἐν Βοιωτίᾳ. Γέγραπται δὲ καὶ Βοιώτιος Ὑὰς Βοιώτιον. *Hyantii Onchestii: Id est Euboici. Hyantes enim alii Boeotiam incolebant. Onchestus verò, oppidum est Boeotiæ, Neptuno sacrum. Per Hyantium autem Boeotium intelligitur. Hyantes enim barbari Boeotiæ populi sunt.*

[23] Ἢ παρὰ λόγον, *aut præter rationem.*] Id est præter solitum derivandi morem, ut *Pæantius.* Stephanus simili modo loquitur in voce Γαζαῖος ὁ πολίτης, Γαζαῖος. λέγεται καὶ Γαζαῖοι παραλόγως. *Oppidanus dicitur Gazæus. Et vocantur etiam Gazæi præter rationem*, id est præter solitum derivandi morem: nam Arabum gentilia plerumque in αῖος exeunt, de quibus vide in Ἀσσαρηνοὶ & aliis locis. Sed ut tanto accuratius Stephani locus intelligatur, non pigebit hic adscribere Eustathii verba, quæ leguntur ad versum Dionysii 804. pag. 106. Ἀλλοῖαι δὲ παράγουσι, Λίστροπος ὄρος πρῶτον, καὶ τὸ, Παιήονι ἄγχιστα ἔῃσι, πόντε δὲ, κτήσιος ἔστι κυρίου ἐπώνυμα ἔθνικα ἐξ Αἰγαίου καὶ τοῦ Πελασγὸς, καὶ ἐφείλκυσε δὲ ὀξύτονον ἐξ ἐθνικοῦ τοῦ παραλόγως, οἷον Δῆλος μόνος ἀναλόγως γραφόμενος παραλόγως. Hoc est: *Recentiores, nempe Æprotium juxta tumultum, & Pæantium splendidum filium, præter solitum derivandi formam derivantur: hæc enim cum sint possessiva à nominibus propriis, scilicet Æproto & Pæante, deducta, necessario in penultima deberent habere diphthongum, sed nihilominus tamen eorum penultima necessitate metri in vocalem simplicem desinunt.*

[24] Παιάνιος ἀγλαὸς υἱός.] In MSS. & insuper in Florentina & Aldina editione legitur Παιήονος. Sed malè. Sunt verba Homeri quæ exstant Odyss. Γ. Versu 188.

πως, ἀπὸ δὲ Ἀβαντὶς παρήχθη, ὡς [28] ἀπὸ τοῦ Λέσβος Λέσβις Λεσβιάς, Ἀχαιὸς Ἀχαιὶς Ἀχαιάς.

----- [29] Ἀχαιὶς ἀδὼν εὐπέπλων.

[30] Μαρτυρεῖ τῷ πατρίῳ λόγῳ ἀπὸ δὲ Ἀβάντου Ἀβαντὶς, τὸ ἀβαντὶς θηλυκὸν ὅπερ [31] κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν δὲ β εἰς μ, Ἀμαντία [32] καλεῖται [33] παρὰ Ἀντιγόνῳ ἐν Μακεδονικῇ περιηγήσει. [34] Καλλίμαχος δὲ Ἀμαντῖνον, ὡς Λεοντῖνον, οὕτω φησί.

[35] Καὶ Ἀμαντῖνοι ᾤκησαν Ὀρικίην.

ΑΒΑΡΝΟΣ [36], πόλις καὶ χώρα ἄκρα τῆς Παριανῆς. [37] Ἡρόδοτος δὲ ἐν πέμπτῃ φησὶν, ἐπ' Ἄβαρνίδος λέγεσθαι· ἀλλὰ διὰ τοῦ ος. Ἀβαρνεῖς, τοὺς κατοικοῦντας. Ὡς ἀπὸ τοῦ Ἄβυρτος Ἀβυρτεῖς, Κάμιρος Καμιρεῖς, [37] Ἄλος Ἀλεῖς, Τέλμισσος Τελμισσεῖς, περὶ ὧν εἰρήσεται. τὸ δὲ Ἀβαρνὶς, ὃ δύναται ἔχειν [38] πιθανῶς ἐθνικόν. [39] τὰ γὰρ εἰς η, φιλοῦσι τῷ ιτης τίπτω· οἷον Μέμφη

A Abantias, à voce Abantis deducta est; veluti à Lesbus Lesbis, & inde Lesbias, Achaïus Achaïdas, quod est in versu.

----- *Græcarum bene-vestitarum.*

Consentit priori rationi, nempe ab Abantius venire Abantias, fœmininum Abantia; quæ eadem, juxta barbaricam variationem literæ B in M, apud Antigonum in Macedoniæ descriptione Amantia vocatur. Callimachus verò, sicuti Leontinen, ita & hanc Amantinen appellavit;

C ----- *& Amantinen habitarunt Oriciam.*

ABARNUS, oppidum est & extrema regio Parianæ. Herodotus autem lib. IV. ait, Abarnis nominari; sed tamen rectè in os terminatur. Incolæ vocantur Abarnenses, quemadmodum ab Absyrtus Absyrtenses, Camirus Camirenses, Alus Alenses, Telmissus Telmissenses, de quibus suo loco dicetur. Abarnis verò non potest ejusmodi gentile habere; nam quæ in η desinunt, gaudent in ιτης terminari, ut Memphis

[28] Ὡς ἀπὸ τοῦ Λέσβος Λέσβις Λεσβιάς.] Stephanus hoc exemplo, & aliis præcedentibus probare constur, patronymica fœminina duobus modis formari. Et ita formari posse etiam Apollonii Rhodii Scholiastes testatur ad hunc versum: qui exstat lib. I.

---- Ἥ τ' ἐκ Θεσπιάδης Ὑψιπύλοιο
Ac inter eas Hypsipyles Thoantis filia.

Δύο πάσας ἔχει τὰ θηλυκὰ πατρωνυμικά. ἡ μὲν εἰς αδ, οἷον Πηλείδης· ἡ δὲ εἰς ις, οἷον Πηλιάς. Hoc est: *Patronymica fœminina duas habent formas; altera quidem in αδ, uti Peliades; altera verò in ις desinit, uti Peliadis.*

[29] Ἀχαιὶς ἀδὼν εὐπέπλων.] Hæc Homeri verba exstant Iliad. Ε, versu 420, & Odyss. Φ, versu 160.

[30] Καὶ βαρβαρικὴν τροπὴν τοῦ β εἰς μ.] Βαρβαρικὴν τροπὴν vocat *Latinum*. Latini enim B in M mutabant, ut *probolais promiscis* vel *promiscis*, *turba turma*, *globus glomus* & similia: ita Salmasius ad oram sui codicis annotaverat, qui hanc etiam materiam tractat in Plinianis exercitationibus pag. 400. & 1308. Hinc apud Hesychium, qui hanc τροπὴν sequitur in hac voce, legimus: Ἀμμοῦς, ἤτοι Ψαμμούς. Insigne etiam hujus rei testimonium exstat apud Etymologici mag. auctorem. Ἄβροτος, οἱ μετὰ Ἐλεφήνορα τὸν Τρῳὸν εἰς τὴν ἄνω χώραν, τὴν ὑπερκειμένην τοῦ Κεστρινοῦ ὄρους. Εὐβοεῖς δὲ Ἐπίκλυστοι, ὅτου Ἀμαντες ἐκλήθησαν, ἐν ὑπομνήμασι Λυκόφρονος, τὸ κυρίως μεταβολῇ τοῦ β, Ἄμαντες. Hoc est. *Amantes circa Elephenorem post captam Trojam in Epirum transiverunt, atque circa montes Cestrinos habitarunt. Euboeenses verò Epicnemidii de causa Abantes in Commentariis Lycophronis, & mutatâ literâ, Amantes dicti sunt.*

[31] Ἐκλήθη.] In Vossiano Codice, ἐκλίθη.

[32] Παρὰ Ἀντιγόνῳ ἐν Μακ. &c. Vide Vossium de Historicis Græcis lib. primo.

[33] Καλλίμαχος δὲ Ἀμαντῖνον.] Licet Salmasius in duobus MSS. *Manilius* invenerit, & nos eodem modo in Vossiano, & Florentina Aldinaque editione, non tamen Xylandri lectio est emendanda, nam præterquam quod Callimachi versus Ἀμαντῖνον habeat, etiam omnes vulgatæ & MSS. in voce Ἀμαντῖνοι constanter hæc exhibent: Καὶ Ἀμαντῖνοι Ὀρικίην οἰκέσαν φῦλον. Itaque nihil ad rem facit Salmasiana ad marginem sui libri hunc Hesychii locum scripsisse: Μανίλιος, πόλις Ἀμφιπόλεως.

[34] Καὶ Ἀμαντῖνον ᾤκησαν.] Ut versus constet, lege, Καὶ Ἀμαντῖνοι ᾤκησαν Ὀρικίην: Uti optimè monuit Incomparabilis J. F. Gronovius. In hodiernis Callimachi hymnis & epigrammatibus hic locus non exstat; neque etiam inter fragmenta reperitur.

[35] Ἀλεῖς.] Tali etiam formâ reperitur apud Hesychium, Ἀλεῖς, πόλις Θετταλίας.

[36] Ἡρόδοτος δὲ ἐν πέμπτῃ.] Hic Herodoti locus lib. IV. non exstat, & aliis libris nulla hujus oppidi memoria reperitur. Credo Stephanum in mendosum Herodoti codicem incidisse, atque hæc verba lib. IV. hoc modo legisse. Τὸν δὲ περὶ Ἀβαρνίδος λέγουσι, ἔχοντα ἐπὶ τοῦ Ὑπερβορέου, οὐδὲν λέγω. Cum legendum sit & hodie legatur: ἔστι δὲ περὶ Ἀβάριος λέγουσι, τὸν &c. Hoc est: *Nam de tabula Abaris, qui fertur esse Hyperboreus, nihil dico.*

[37] Ἄλος Ἀλεῖς.] Ita ex codicibus Palatinis Salmasius, & nos ex Vossiano pro Ἀλεῖς repositimus, quod perperam vulgatæ editiones exhibent. Vide Stephanum in voce Ἄλος (ibi accentu in penultima signatur) qui gentile fecit Ἀλεύς, inde plurale Ἀλεῖς, quod hic habes.

[38] Τοιῶδε ἐθνικῷ.] Ita optimè MSS, & Xylander quem sequimur: sed corruptissimè in Aldina & Florentina legitur. Τοιῶδε ἐθνικῷ.

[39] Τὰ δὲ εἰς η, φιλοῦσι τῷ ιτης τίπτω, ὡς Μέμφη Μεμφίτης.] Corruptissimè ita vulgatæ editiones, & malè etiam MSS. Vossianus codex habet: Τὰ δὲ φιλοῦσι τῷ εἰς ιτης τίπτω, ὡς Μέμφος Μεμφίτης; sed hinc sensus commodus non potest elici. Quantum igitur valeo conjecturâ assequi, videtur Stephanum velle probare thesin antecedentem, scilicet: Τὸ δὲ Ἀβαρνὶς ἐθνικὸν ἔχειν πιθανῶς ἐθνικῷ: Nam si sequentia ista verba, τὰ δὲ εἰς η, φιλοῦσι τῷ ιτης τίπτω &c. prioribus applicentur, ac ita fumantur quemadmodum impressa sunt, nihil ad rem pertinere à quoquam judicabuntur; siquidem inter nomina quæ in η, & quæ in ε desinunt, nulla omninò convenientia existit. Procul omni dubio itaque hic locus non Stephani ignorantii, sed transcriptorum vecordiâ insigni mendo laborat, quod tamen modica mana auferri potest. Scripserat enim Stephanus: Τὰ δὲ εἰς η, φιλοῦσι τῷ εἰς ιτης τίπτω, ὡς Μέμφις Μεμφίτης. Vestigia hujus rectæ lectionis etiamnum hodie in Vossiano MS. remanserunt. Sed quis unquam vel ex Latino vel Græco auctore legit, *Memphon* Ægypti olim metropolin, in nominativo Μέμφος vel Μέμφως habuisse? Longè aliter ipse Stephanus Μέμφις, inquit, ἐκ διαφερόντων Αἰγύπτου μεταφοραῖς. Verumenimverò, ut nostra conjectura minimè dubiis argumentis confirmetur, lectorem hinc ableganus ad vocem Ἄβαρις, ubi ex mutilis Stephani verbis, quæ emendata hic adscripturi sumus, colligi potest, gentilia Libyca & Ægyptia, à primitivis in ις exeuntibus derivata, Libycâ & Ægyptiâ loquendi modo in ιτης terminari. Ita autem ibi Stephani locus est legendus. Ὅτε τὰ παρὰ τοῖς εἰς ις, τὰ παραγόμενα τῆς Λιβύης χαρακτῆρα καὶ Αἰγύπτου εἰς ιτης λήγει, ὡς Κυρηναῖος, Κυρηναῖτης. Hoc est: *Quando primitivorum exit in ις, derivativum Libyce & Ægyptie idiomate in ιτης desinit; uti Cyrenæus Cyrenaïtes.* Hanc canonem etiam in voce Ὀφιοῦς exhibet.

Μέμφις Μεμφίτης. τὸ δὲ Μακρείς, καὶ Χαλκιδείς, καὶ Χαλκιδεύς, ἀπὸ γενικῆς πεποίηται. [42] Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, [43] λαμψάκου ἀκρωτήριον εἶναί φησιν. [44] Ἔφορος δὲ ἐν τῇ πεμπτῇ, λέγει κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ἐν Φωκίδι Ἀβαρνίδος, [45] ὑπὸ Φωκέων τῶν Λαμψάκον κτιζόντων. Ἀπολλώνιος,

[46] Περικώτην δ' ὅτι τῇ, καὶ Ἀβαρνίδος ἠμαθόεσσαν

Ἦϊόνα. - - - - -

[46] Τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων ἱστορεῖ, [47] τὴν Ἀφροδίτην ἄμετρον ἐν Λαμψάκῳ πεποιῆσθαι τὸ Πρίαπον ἀποφηνάσθαι, καὶ τὴν χώραν Ἀπαρνίδα καλεῖσθαι, ἣ νῦν διαφθορᾷ ἡ Ἀβαρνὶς καλεῖται. [48] Ἔστι δὲ καὶ πόλις, καὶ χώρα,

Memphis Memphites: at Macriensis, & Chalcidensis, & Chalcidensis à genitivis procedunt. Sed Hecataeus Milesius in Asiæ descriptione perhibet, Abarnum Lampsaci promontorium esse. Ephorus autem lib. v. nominis illi originem tribuit ab Abarnide Phocidis, occasione Phocensium, qui Lampsacum condiderunt. Apollonius,

Perreten verò postea, & Abarnidis arenosum
Litus. - - - - -

Sophocles verò, super hoc nomine commentatus, ita refert: Venerem, quando Lampsaci Priapum deformem pepererat, se illius matrem pernegasse, & regionem hinc Aparnidem nominasse, quæ corruptè Abarnis appellatur. Interim tamen apud Artemidorum Geographum

[42] Καὶ Χαλκιδείς.] Salmasius in Palarinis, & nos in Vossiano Χαλκηδεῖς invenimus: sed mendosè. Depravatam hanc lectionem etiam Aldina & Florentina exhibent. Vide in voce Ἀσσύρια: ibi enim à genitivo Χαλκεῖς Χαλκιδεύς deducitur: & à genitivo Χαλκιδέως Χαλκιδεῖς formatur, ut manifestè liqueat in voce Χαλκίς, πόλις Εὐβοίας.

[43] Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος.] Scriptor satis notus, quique passim à Stephano citatur. Vide Vossium de Historicis Græcis lib. primo, pag. 52.

[44] Λαμψάκου ἀκρωτήριον εἶναι.] In hac opinione etiam fuit Xenophon, qui libro secundo Hellenicor. ita scribit. ἐπὶ τὸν Ἀβαρνίδα τοῦ Λαμψάκου ἄκρου. *Juxta Abarnidem Lampsaci promontorium.*

[45] Ἔφορος δὲ ἐν τῇ πέμπτῃ.] Hujus Scriptoris Stephanus multis in locis meminit. Vide Vossium de Historicis Græc. lib. primo, cap. VII.

[46] Ὑπὸ Φωκέων τῶν Λαμψάκον κτιζόντων.] Ita habent MSS. & omnes vulgati codices: sed lege, ὑπὸ Φωκαέων τῶν Λαμψάκον κτιζόντων. Vide in voce Λαμψακηνός. Mela lib. primo cap. XIX: *Lampsacum Phocæis appellantibus nomen ex eo traxit, quod consulentibus in quasnam terras potissimum ascenderent, responsum erat, ubi primum fulsisset, ibi sedem capesserent.*

[47] Περικώτην δ' ὅτι τῇ &c.] Optimè ita restituit Xylander pro Περικώτην, nam aliter versus non constaret, MSS. & vulgati codices etiam perperam Περικώτου exhibent. Hæc Stephanus desumsit ex lib. primo Apollonii Rhodii.

[47] Τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων.] Sophocles hic fuit unus ex commentatoribus in Apollonium Rhodium. L. Gyraldus de Poetarum historia Dialogo tertio ita refert: *Legimus in ipsum Apollonii Argonautica commentaria Græca: illa quidem, sed exstitêre, & alibi copiosa & varia, quæ nunc nostris Grammaticis usui esse possunt, quæ collecta & continuata esse eruditorum ex Lucillo Tarrhæo, Sophocle & Tzetza, clarissimis Græcis scriptoribus.*

[48] Τὸν Ἀφροδίτην ἄμετρον ἐν Λαμψάκῳ πεποιῆσθαι τὸ Πρίαπον &c.] Quia Apollonii Scholiastes hanc fabulam omnibus suis circumstantiis refert, integram eandem hic adscribere libet. Ἡ Ἀβαρνὶς, πόλις ἐν Λαμψάκῳ. ἀπωκίσθη δὲ ὑπὸ τινῶν αὐτῶν. Διονύσου ἐμβεβλῆσθαι Ἀφροδίτην ἐμμανῆ αὐτῷ. ἣ ἐπιχειρήσασα αὐτῷ εἰς τὰ Ἰνδικὰ, ἐμμανὴς ἦν Ἀθηνᾶ. ἐπεὶ δὲ κρατεῖ ὁ Διόνυσος, σέβουσι πάντα, πλὴν τοῦτο μόνον. ἦσαν γὰρ αὐτοὶ ἀπολειφθέντες ὑπὸ τῶν ἄλλων. Δεῖσαι τὸ ἔθνος μὴ ἐπιχειρήσωσι, τὸ δὲ αὐτὸς [Lege, αὐτῆς] ἐπιχειρήσει ἐκβαλεῖν πάντα [Lege, ἀπολεῖ]. ὡς ἐπιβουλεύουσιν ἐκείνοις τοῦτο [Lege, αὐτοῖς] ἐπιβουλεύουσιν. ἐκ τούτου ἐκβάλλουσιν αὐτὴν ἐκ τῆς πόλεως. Ἀφροδίτη δὲ ἐκπλεύσασα ἐκ τῆς πόλεως, Ἀβαρνὶς ἐκλήθη. ὅθεν ὁ Λαμψακηνὸς ἐκβάλλει τοῦτο [Lege, ἀπολεῖ]. ὡς ἐπιβουλεύουσιν ἐκείνοις τοῦτο [Lege, αὐτοῖς] ἐπιβουλεύουσιν

χώρα, καὶ ἄκρα. Εὑρηται καὶ Ἀβὲ τῷ π, Ἀβαρπὶς, A
ὡς φησὶ Ἀρτεμιδώρῳ τῷ γεωγράφῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαρνεὺς καὶ θηλυκὸν, Ἀβαρναία.

phum etiam cum p, Abarpis reperitur. Est igitur Abarnus & urbs, & regio & promontorium, cujus gentilia sunt masculinum Ἀβαρνεύς, & fœmininum Ἀβαρναία.

ΑΒΑΣΗΝΟΙ [10], ἔθνος Ἀραβίας [11] Οὐρανίος ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ. Μετὰ τοὺς Σα- B
βαίους, Χατραμωῖται δ' Ἀβασηνοί· καὶ πάλιν. [12] ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν σμύρναν φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ [13] θυμίαμα, καὶ κέρπεθον. [14] γαυσγᾶται δὲ καὶ πορφύραν πόαν εἰκέλην αἵματι [15] πεζῇ κοχλίου· ὁ τύπος ὀξὺς δὲ ὅτι χρῆται τοῖς Ἄραψιν, ὡς Μηδαβηνοὶ, Ὀαδηνοὶ, [16] Ἀδραμοῖται. ἀλλὰ δὲ τοῖς Ἀσιανοῖς ἅπασιν, [17] ὡς Ἀπολλώνιος ὁ τεχνικὸς ἐν τῷ περὶ προσηγορίων φησὶ, διὸ ἔθος εἶναι παῦσαι τοῖς ὅτι τοῖς Ἀσίοις καταικῆσαι. ἀλλότριον δὲ τῶν Εὐρω- D
παίων.

ABASENI, populi Arabiæ, de quibus Uranius Arabicorum tertio. Post Sabæos Chatramotæ habentur, & Abasæni. Et rursus inquit: & regio Abasenorum profert myrrham, & ossum, & suffimenta, & cerpathum. Colunt etiam in agris herbam purpuram sanguini similem Tyriæ conchæ. Figura vocis acuta est, & ex vernacula Arabum consuetudine formata; sicut Medabeni, Adareni. Quin & Apollonius dictus Artifex, in libro quem de Denominativis conscripsit, omnibus Asiaticis idem esse moris perhibet, ut aliter sua Denominativa forment, ac Europæi;

[10] Ὡς παρὰ Ἀρτεμιδώρῳ τῷ γεωγράφῳ.] Salmasius in recentiori MS. invenit: ὡς παρὰ Ἀρτεμιδώρῳ τῷ χρονογράφῳ. Passim hic scriptor à Stephano allegatur; de eo vide Vossium de Historicis Græcis lib. pr. cap. XXII.

[11] Ἀβασηνοὶ, ἔθνος Ἀραβίας.] Optimè hunc locum Xylander procul dubio codicum MSS. ope restituit. Nam in Aldina ac Florentina editione hic de Abasenis locus præcedenti hoc modo, nullaque facta distinctione annectitur: καὶ βασηνοὶ, Ἀβασηνοὶ Ἀραβίας. Ὀυράνιος δὲ ὁ Ἀραβικῶν γράφει. μετὰ τοὺς Ἀσαβαίους, Χατραμῶται) Ἀβασηνοὶ. καὶ πάλιν· ἡ χώρα τῶν Βασηνῶν Σμύρνην φέρει &c. Eadem fermè modo in Vaticano legitur, neque aliter Salmasius in Palatinis invenit. Abasenorum regio à Pausania lib. VI. circa finem *Abasia* appellatur: Καὶ ἔστι πᾶς ἀσφαλῶς αὐτῇ νῆσος) πέντε, Ἄβασσος καὶ Σαυγίων. *Et quotquot insulas huic præcinunt Abassum & Saugiam incolunt.* Vide Sylburgium ad hunc locum, cui, dum dubitat, facile permiserim Σαβάσιον pro Σαυγίων hic restituere.

[12] Ὀυράνιος ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ.] Scripsit Uranius Arabica, & Stephano primus, secundus, tertius, & quartus liber citatur. Ejusdem operis tertium citat Joh. Tzetzes Chil. VII. Hist. CXLIV. Uranii quoque meminit Eustathius ad versum Dionysii de situ orbis XXXVIII.

[13] Ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν σμύρναν φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα, καὶ κέρπεθον.] Inter mortales quondam doctissimi, Salmasius in suis ad Solinum commentariis pag. 453; & Bochartus lib. II. Geog. Sac. cap. XVIII. hunc Stephani locum sollicitarunt, sed ambo fatentur ὄσσον & κέρπεθον ignota esse aromata aliisque innominata: addens insuper Salmasius: fuit cum legerem, *Σμύρναν φέρει καὶ κάσσιαν θυμίαμα*, quasi κάσσιαν θυμίαμα pro Ladano eixisset Stephanus. Sed aliter Bochartus: ὄσσον forte est הצם vel הצם, aroma quod in certi unguenti confectione cum musco & ben, id est balano myrepsicâ misceri ajunt Arabum Lexicographi: & κέρπεθον est קרפת *Karphath* ξυλαλοεπίκαρπον. Ita appellat Avicenna lib. II. voce à Græcis mutuatâ, qui κάσσιαν vocant fulcus Cinnamomi. Et adfert locum ex Herod. lib. III. ubi dicit: τὸ δὲ κάσσιον τοῦτον ὃ ἐμεῖς λέγομεν Φοίνικες κασσίην παρὰ τῶν μητέρων κικλήσκομεν, *fistulas illas quas nos à Phœnicibus edoctî cinnamomum appellamus.* Sed licent mihi à tantis viris, nunquam à me fine honore nominandis, dissentire: semper enim de hâc hujus loci dubitavi, atque suspicatus sum textum vitio exscriptorum fuisse vitiatum, ac proinde legi debere, ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν Σμύρνην φέρει καὶ κασσίην, καὶ θυμίαμα καὶ λίβανον. Apud Hesychium legitur: κασσίη, *Σύριοι*; quod profectò non ita se habet: nam nemo antiquorum illud nominavit, & incertum est qualis inter aromata species fuerit; cum contra κασσία ab Hesychio speciebus odoriferis annumeretur. Quod ad λιβανωτὸν attinet, de eo legimus apud Paul. Æginetam lib. VII. cap. 22. (alio loco illud κασσιβανωτὸν appellans) esse genus quoddam odoramenti, corticolum naturâ, & Pistacinibus arboris nucleis simile, quod ex Arabia deportatur & suffimentis admiscetur. Vide quoque Dioscoridem lib. primo, cap. 22, qui illud κάρφος appellat. Certiora si quis attulerit, ea libentissimè amplectar.

[14] Καὶ θυμίαμα.] Quia nemo melius aut doctius dixit quid sit θυμίαμα, quam Salmasius, ejus verba quæ exstant in Plinianis exercitationibus, exscribere non pigebit. Θύος Græcè idem quod Θυμίαμα. Inde Latinum *Thus*, ut πῦρ pus: γλοὺς vel γλοὺς *glus*. Veteres Græci θύειν non pro sacrificare, sed simpliciter θυμιᾶν ponebant. Æolicum φύειν, unde Latinum *fuo* & *fio*, & compositum *suffio* & *suffimen*. A θύειν θυμὸς, Æolicè φυμὸς, unde *fumus* Latinum, & *fumigare*, ut à Græco θυμιᾶν. Hesychius: θυμὸς, καὶ, ἀέρ. Sic θύος & θυμίαμα idem. Sed καὶ ἰδιαζόντως Græci *thus* dixerunt θυμίαμα. Uranius in Arabicis apud Stephanum: ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν Σμύρνην φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα: ubi θυμίαμα pro *thure* posuit. Recentiores Latinitatis auctores *incensum* appellavêre, hoc est θυμίαμα. Glossæ θυμίαμα *incensum*. Inde vox nostra quâ *thus* hodie appellamus.

[15] Γαυσγᾶται δὲ καὶ πορφύραν πόαν εἰκέλην αἵματι Τυρίᾳ κοχλίου.] Infigniter fanè erraret, qui hæc sumeret de Purpura ex conchyliorum genere, quod intrinsecus animatam continebat eumem, & candidissimam mediis in faucibus venam habebat; quâ exsectâ pretiosissimus ille cruor promanabat, quo olim lana & sericum, ad vestes inde contexendas, tingebatur, de quo Plinius lib. IX. cap. XXXVI, Aristoteles in historia Animalium lib. V. cap. XV, & Athenæus lib. III. Nam veterum scriptorum testimoniis certissimum est, etiam diversis in regionibus purpuram factam fuisse ex floribus herbis & radicibus, quæ in terra nascuntur; quod seriatim possemus probare nisi longum nimis foret. Hinc apud Petronium legimus:

Quæsitum tellure nitor cervoverat ostro.

De Creta Theophrastus testatur lib. IV. cap. VII. Καὶ ὁ Κρήτης δὲ φησὶ) τὴν φύσιν πρὸς τῇ γῇ εἶναι τὴν πορφύραν πολλὴν καὶ καλὴν, καὶ βαπτόμενα ἱμάτια καὶ τάπητας, ἀλλὰ καὶ ἔρια, καὶ ῥάκη, καὶ ἵνας ἃς ἂν περιβάλῃ ὁ βυθὸς, πολὺ πορφυρίζειν ἢ χρόαν τὴν πορφυρᾶν. *Etenim in Creta juxta terram super saxa nascitur alga plurima & pulcherrima, quæ non solum vittas, sed & lanas vestesque inficiunt: Et quicunque vocem est tinctura, color purpura longè præstat.* De Gallia Plinius lib. XXII. cap. II: *Jam verò ipsi vestes scimus admirabili fuco. Atque ut filearum, Galatia, Asiæa, Lusitania grandi, coccum Imperatoriis dicatum paludamentis, Transalpina Gallia herbis Tyrium atque Conchylium tingit, omnesque alios colores, nec quæris in profundo muricem.* Et lib. XVI. cap. XVIII: *Est & in Apennino frutex, qui vocatur coriacea, ad lineamenta modo, conchylio colore insignis.* Et ita etiam alii scriptores de aliis regionibus.

[15] Τυρίᾳ κοχλίου.] Ope codicis Salmasiani ita pro Τυρίου κοχλίου ex Palatinis repositimus.

[16] Ἀδραμοῖται.] Perperam ita libri scripti & vulgati. Lege indubitanter Ἀδαρηνοὶ, à voce Ἄδαρος, κώμης μεγάλης πρὸς Ηλειοπόλει.

[17] Ὡς Ἀπολλώνιος ὁ τεχνικὸς.] Vide Suidam, qui inter alios libros ab Apollonio conscriptos, etiam hunc de Derivativis citat.

πτείων. ὁ δὲ ἀπὸ πόλεως, ἡ ὀκμὴ, καὶ τὸ ἔθνος Α
ὠνόμασεν τὸ πάτριον.

ΑΒΔΗΡΑ, πόλεις δύο. [18] ἡ μὲν Θρᾴκης, [19] ἀπὸ Ἀβδήρου τοῦ ἡρῶος Ἑρμοῦ, Ἡρακλέους ἐρωμένου. ἐν [20] αἷς Διομήδους ἵππους διεσπάσαντο, [21] ὡς Ἑλλάνικος καὶ Ἕκαταῖος Φασίν. [22] ἐκ ταύτης δὲ ἦν Δημόκριτος ὁ φιλόσοφος. [23] ἡ δὲ δευτέρα, πόλις τῆς Ἰβηρίας, πρὸς τοῖς Γαδείροις, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ γεωγραφουμένων. ὁ πολίτης, Ἀβδηρίτης. καὶ τὸ [24] Διολκὸς, τὸ Διολκίτης, καὶ τὸ [25] Ὀξύρυγχος, Ὀξυρυγχίτης. [26] Ἔφορος καὶ [27] πάλιν Ἀβδηρον φησὶν, ἀφ' οὗ [28] τὸ Ἀβδηρικά. [29] καὶ ἀπὸ τῶν εἰς α δευτέρων εὑρίσκεται, ὡς Γαβάλα, Γαβαλίτης. τὸ Ἀβδηρίτης μέμνηται. [30] Εὔδοξος ἐν περίοδῳ τετάρτῃ Περιόδων, [31] καὶ

pæi; qui utique non simili forma ab urbe, aut populo quovis, gentilia sua denominat.

ABDERA. Duæ hoc nomine civitates exiſtunt; altera Thraciæ, ita ab Erinni filio Abdero dicta, quem ab Hercule adamatum Diomedis equæ divulſerunt, ut Hellanicus aliique referunt. Ex hac etiam urbe Democritus originem duxit. Altera verò Iberiæ civitas eſt, prope Gadiram, ut Artemidorus lib. II. Geographicorum teſtatur. Civis nomen eſt Abderita: nam & Diolcus Diolcita, & Oxyrinchus Oxyrinchita. Ephorus autem hanc urbem Ἄβδηρον nuncupat, à quo plurale τὰ Ἄβδηρα formatur; reperitur enim inter illa nomina, quæ formantur à neutris in α exeuntibus. Veluti à Gabala venit Gabalita, ſic ab Abdera Abderita; de quo nomine Eudoxus lib. IV. Periodorum, &

[18] Ἡ μὲ Θρᾴκης.] De tempore quo civitas fuerit condita legendus Salmaſius ad Solinum pag. 160. & 161: & incomparabilis J. Voſſius contra Salmaſium in obſervationibus ad P. Melam. De conditoribus non conveniunt auctores. Solinus eam à Diomedis ſorore conditam eſſe ait: *Inde non procul Abdera, quam Diomedis Saror condidit, & à ſe ſic vocavit.* Joh. Tzetzes ab Hercule:

Ἐφ ᾗ πόλιν Ἄβδηρα ὁ Ἡρακλῆς ἱδρύσατο
Παρὰ Εὐρυθίᾳ τὰ λοιπὰ ἐκβήσεται πάλι ἵππους.

[19] Ἀπὸ Ἀβδήρου τοῦ ἡρῶος Ἑρμοῦ.] Licet in omnibus manu exaratis & vulgatis codicibus conſtanter ita legatur, tamen hic locus ita eſt refingendus: ἀπὸ Ἄβδηρον τοῦ ἡρῶος Ἑρμοῦ, uti liquet ex libro ſec. Apollod. Bibliothecæ. Τῶν δὲ Βιστόνων πολὺ κάτωθεν ἐπικειμένων, τοὺς μὲ ἵππους σταθεῖσαν Ἄβδήρῳ φυλάττειν. ἐστὶ δὲ καὶ Ἑρμοῦ πόλις, Λακεδαίμονι ἐξ Οἰταίων, Ἡρακλείᾳ ἐπιφέρουσα, ἣν οἱ ἵπποι διέφθειραν ὑπὸ τοῦ Διομήδους κατασκάψαντες. ἀφ' ἧς τοὺς Βιστόνας Διομήδης καὶ Διομήδεια κληθῆναι, τὴν λειπὴν ἐπώνυμον ἔθηκε. ἡ κτίσας πόλιν Ἄβδηρα, πλησίον τοῦ Ἀχελῴου τοῦ Ἀβδήρῳ, τοὺς ἵππους [Lege πόλις ἵππους] κρωμένους Εὐρυσθεῖ ἔδωκεν. *Inter hæc Biſtonibus ſumptis armis ad opem ferendam accurrentibus, equas Abdero cuſtodiendas commiſit. Hic autem Erinni fuiſſe filius dicitur, genere Lacræ ab Opunte, Herculis Amaſius, quem equæ diſcerptum interemerunt. Heroades deinde Biſtonibus, atque ecceſo Diomede, reliquum in fugam abire compulit. Inde Abdera urbe ad Abderi percuſſi ſepulchrum condita, abactas equas Eryſthæo tradidit.* Idem etiam apparet ex Hygini fabula XXX: *Diomedem regem Thraciæ & equos quatuor ejus, qui carne humana veſcebantur, cum Abdero famulo interfecit.* Adeo ut pro Ἀβδήρῳ hic indubitanter Ἄβδηρα legendum ſit.

[20] Αἱ Διομήδους ἵπποι.] Intelligo equas, non verò equos, quemadmodum ex Apollodoro mox citato, & Palæphato eſt manifeſtum, qui fabulæ ſignificationem explicans, per equas Diomedis filias intelligit. Non tamen in mendo cubat Hygini locus, ubi equarum nomina enumerat hiſce verbis: *Equarum autem nomina Podargus, Lampon, Xanthus, Dinus:* nam vocabulum *equus* ſæpiſſimè generaliter ſumitur. Vide etiam Melam. lib. II. cap. 2.

[21] Ὡς Ἑλλάνικος.] Auctor ſatis nobis, quique paſſim à Stephano citatur. De eo videndus omninò Voſſius de Hiſtoricis Græcis.

[22] Ἐκ ταύτης δὲ καὶ Δημόκριτός ἐστιν.] Nonnulli tamen ipſum Mileſium fuiſſe perhibent, teſte Diogene Laertio, qui libro nono ita refert. Δημόκριτος Ἡγησιστράτου. οἱ δὲ Ἀθηνοφάνους. τινὲς Δαμασίππου. Ἀβδηρίτης, ἐκ (ὡς τινες) Μιλήτου. *Democritus Hegeſiſtrati filius, quidam Athenophanis, alii Damaſippi ajunt, Abderita fuit, vel ut non nulli malunt, Mileſius.* Sed communior eſt ſententia Abderitam fuiſſe, quod etiam ex Hippocratis Epiſtolis multis in locis colligi poteſt. Vide quoque apud A. Gellium Laberii verſus lib. X. cap. XVII.

[23] Ἡ δὲ δευτέρα πόλις ἐν Ἰβηρίᾳ, πρὸς τοῖς Γαδείροις.] Ita ex Voſſiano codice repoſuimus, ubi vulgati habebant, πρὸς τῇ Γαδείρῳ. Vir ſummus Voſſius in obſervationibus ſuis ad Melam oppidum illud inde longiſſimè abeſſe ſcribit. Vide Strabonem lib. III, qui illud à Phœnicibus conditum aſſerit: Plinium lib. III. cap. 1: & Melam lib. II. cap. VI.

[24] Διολκὸς, τὸ Διολκίτης.] Eædem hæc voces quoque in voce Δῶρος & Ὀξύρυγχος citantur. Diolcus ſignificat Tractum per ſpatium inter duo littora, notante Hen. Stephano ex Budæo. Apud Heſychium pro nomine proprio ſumi videtur: Διολκὸς, ὁ ἀπὸ Λεχαίου ἕως Κεγχρεῶν τεῖχος. *Diolcus, ſive Iſthmus, eſt locus à Lechæo uſque ad Cenchreas.* Vide Strabonem lib. VIII. & Caſaubonum ad illum locum. Διολκίτης igitur iſtiuſmodi loci incolam ſignificat. Διόλκια propriè *traductio*, quod inter Amſtelædamum & Harlemum dicimus Overtoom. Jul. Higinus in Helvii Cinnæ propemptico apud Chariſium Soſipatrum: *Ab Actio navigantes ſtadia XL. veniunt ad Iſthmum Leucadienſium: ibi ſolent itineris minuendi cauſa remulco, quem Græci διόλκια vocant, navem traducere.* Idem in eodem opere: *Quærunt etiam nonnulli quamobrem ejus oræ jubent Actio navigare, quod eſt è regione traductionis Leucadienſis.* Poteſt tamen ulius ſignificationem vocis ad quemvis iſthmum tranſtuliſſe & produxiſſe, & quod διόλκιον erat πλοῖον effeciſſe. Quæ cum ab incomparabili Gronovio accepiſſem, non indigna, quod adjicerem putavi.

[25] Ὀξύρυγχος Ὀξυρυγχίτης.] Ita quoque MSS. ſed lege Ὀξύρυγχος Ὀξυρυγχίτης, uti ex auctore noſtro liquet, ubi de hac voce agitur.

[26] Ἔφορος.] Paſſim citatur ab auctore noſtro ſcriptor ſatis notus, & etiam ab aliis. De ejus patria & ſcriptis lege Strabonem lib. XIII.

[27] Πάλιν Ἄβδηρον φησὶν.] Ita etiam Apollodorus lib. II. urbem nominat, quem mox citavimus: Καὶ κτίσας πόλιν Ἄβδηρον. Sed locus mihi non videtur ſatis ſanus.

[28] Τὰ Ἀβδηρικά.] Apud Thucydidem lib. II. hæc vox etiam plurali numero exſtat. Ἀπὸ Ἀβδήρων πόλεως ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον. *Ab urbe Abderis ad Euxinum pontum.* Simili quoque modo apud Plutarchum in Laconicis ἀπὸ δὲ τῶν Ἀβδήρων πρεσβευτὴς ἦλθε. id eſt: *Legato ex Abderis reſpondit.*

[29] Καὶ ἀπὸ τῶν εἰς α.] Hic quoque aliquid excidiſſe videtur. Nimirum: ἐστὶ τὰ ἔθνη ἀπὸ τῶν εἰς α εἰδέτερα ἐκφέροντα. Duas enim reddit rationes analogiæ in τὰ Ἀβδηρικά. Prior eſt poſſe dici ab Ἄβδηρος tum ut Διόλκιον: & poſterior à deſinentibus in A neutrum plurale talia gentilia formare, ut Gabala Gabalites. Sed & πόλεις à neutris in A finientibus reperitur. Hanc obſervationem Clariſſimo J. F. Gronovio debemus.

[30] Εὔδοξος ἐν περίοδῳ Περιόδων.] Quis & qualis fuerit Eudoxus apud Suidam in Eudoxo, & Diogenem Laertium lib. VIII. legere licet. Miror Stephanum hunc librum plurali numero citare, cum in Ἀζωτίων, Ἀγραύλων & aliis in locis, eum ſingulari numero citet. Quapropter hic etiam, ſi mei arbitrii res foret, ſcriberem, Εὔδοξος ἐν πεμπτῃ Περιόδων.

[31] καὶ

[76] ὁ Παυσανίας τῇ περιηγήσεως, καὶ [77] Ἡρόδοτος A
ἐμνήσθησαν. καὶ πολλοὶ Ἑκαταῖός τε, καὶ πολλοί.
[94] Ὡς Εὔπολις.] Fortaſſe priſcum illum Comicum intelligit, de quo vide Suidam & alios.

[95] Καὶ καθ' συναίρεσιν ἀγυιᾶς ἀγυιᾶς.] Noſter hanc figuram appellat ſynæreſin, qua in accuſ. plurali ἀγυιᾶς dicitur: Suidas dicit per ſynalœphamfieri, in eo Harpocrationem ſequens, qui & Atticis eam in hujuſmodi locis ait eſſe propriam, hujus rei exemplum habemus apud Ariſtophanem in Equitibus, & in Avibus.

[96] Λέγεται δὲ κίονες ἀγυιεὺς, εἰς ὀξὺ λιθολήγονα.] Paulò ante obeliſcum Diis dedicatum appellabat: nunc verò dicit eſſe columnam in acumen deſinentem. Euſtathius ad Iliad. B. pag. 166. Ἀγυιὰ δὲ ὁ κοινῶς λεγόμενος ἑρμῆς, ἀφ' οὗ ἡ ἀγυιὰ, κίων ἐφ' ὑψηλοῦ ἀπὸ πλατυτέρου τοῦ ἴσου, λέγων εἰς ὀξύ. γίνεται δὲ παρὰ τὸ ἄγος. Sed Heſychius refert fuiſſe arum ſtantem pro foribus, quæ columnæ formam habebat. Ἀγυιεὺς, ὁ παρὰ τὴν θύραν ἑστὼς βωμὸς ἢ κρίκος κίων. A quo etiam non diſſentit Etymol. Mag. auctor.

[97] Ὁ καὶ τὴν θυρῶν ἱστάμενον.] Sic habent libri editi: in Voſſiano codice inveni, & Salmaſius in Palatinis: Ὁ καὶ τὴν θυρῶν ἑστηκότα, ſed perperam ita legitur, uti liquet ex Euſtathio, Suida & Cl. Alexandrino in admonitione ad gentes.

[98] Αἰσχυλίνης Θεσμοφοριαζούσαις.] Locus Ariſtophanis, quem reſpicit Stephanus, ita ſonat.

Ἐξέλθετ' εἰς τὴν μοῖραν, ἵνα' ἐγκείσεται
Πικρὰ τὰ δεινὰ κοινὰ ἐμοῦ τ' ἐκείνου τ' ἀνδρός.
Τοῦτ' ἐξαπώλεσεν ἐφωρᾶτ' Εὐριπίδες. Hoc eſt.
Egreſſa ſum ad machinam, deinde cuixa ſum
Juxta columnam in veſtibulo collocatam fortiter adhærens lauro:
Hæc omnia de me rebondit Euripides.

ζήσεις. [99] καὶ ὁ Ἀπόλλων ἀγυιεὺς, καὶ ἀγυιάτης, A
τετίμηται ὁ ἐφόδιος. καὶ θηλυκὸν ἀγυιάτης, ὡς ἐκ τῶν παραπύλαια δὲ ἀγυιέως ἀγυιάτιδες λέγονται. τὸ τοπικὸν ἀγυιαῖος. Σοφοκλῆς Ἑρμιόνῃ,

Ἀλλ' ὦ πατρῴας γῆς ἀγυιᾶτις πέδον. B

ἔστιν οὖν τὸ μὲν ἀγυιεὺς, ἀπὸ δὲ ἀγυιᾶ, ὡς Τρύφων φησὶν ἐν παρωνύμοις, πᾶν εἰς α θηλυκὸν ἰσοσύλλαβον ἔχει τῇ εὐθείᾳ ἐν τῇ γενικῇ τὸ παρώνυμον. Μοψοπία Μοψοπεύς, Ἐρετρικεύς, Φωκαεύς, Θεσπεύς. τὸ δὲ ἀγυιάτης, ὡς Κορώνεια Κορωνειάτης, [2] Καρνειάτης, Καυλωνειάτης. τὸ δὲ ἀγυιαῖος, ὡς ἀγρεαῖος. C

ΑΓΥΛΛΑ, πόλις Τυρρηνίας. Λυκόφρων,

Ἀγύλλαν Ἰσονῆτιν εἰσεκώμασεν. D

[4] Ἔστι δὲ κτίσμα τῶν ἐκ Θεσσαλίας Πελασγῶν. μετωνομάσθη δὲ Καῖρε. Θεσσαλῶν γὰρ κρατησάντων τῆς πόλεως, παρελθών τις τῶν ἀπὸ Λυδίας μετοικησάντων Τυρρηνῶν, ἠρώτα τί ἂν εἴη τὸ ὄνομα τῆς πόλεως; τὸν δὲ ἀντὶ τῆς ἀποκρίσεως, τὸ χαῖρε εἰπεῖν. ὅθεν Τυρρηνοὶ κρατήσαντες, [5] Καῖρε μετωνόμασαν. τὸ ἐθνικὸν Καιρετάνοι, ὡς Στράβων. ὁ πο-

Sed ô paterna terræ Agyiæi ſolum.

brantibus: Et Apollo Agyicus & Agyiates virius eſt. Hinc fœmininum Agyiatis: ſiquidem veſtibula Agyiei Agyiatides nuncupentur. Locale Agyiæus, quo utitur Sophocles in Hermione.

Agyicus igitur à voce Agyia derivatur, uti Tryphon in denominativis inquit. Omne fœmininum in a deſinens, ſi derivativum ſit, in nominativo & genitivo pares habet ſyllabas. Mopſopia Mopſopicus, Eretricus, Phocaeus, Theſpicus. Agyiates, verò uti Coronea Coroneates, Carneates, Cauloneates. Agyiæus verò, uti ἀγρεαῖος agreſtis.

AGYLLA, urbs Etruriæ, de qua Lycophron ait:

In Agyllam Italicam irruerunt.

Condita autem eſt à Pelaſgis è Theſſalia profectis. Poſtea verò Cære appellata fuit. Quippe cum Theſſali eam tenerent, Tyrrhenorum quidam accedens, qui huc ex Lydia commigraverant, interrogavit, quodnam urbis nomen eſſet? Quidam verò loco reſponſionis dixit, χαῖρε, id eſt, Salve. Quamobrem Tyrrheni, cum eam occupaſſent, Cære vocaverunt. Gentile ejus eſt Cæretani, uti Strabo perhibet. Oppi-

Ita hi verſus ſint vertendi, qui ab Andrea Divuo non ſatis exactè verſi ſunt.

[99] Καὶ ὁ Ἀπόλλων Ἀγυιεὺς ἢ Ἀγυιάτης, τετίμηται ὁ ἐφόδιος.] Macrobius Saturnal. cap. IX. *Idem Apollo apud illos & Ἀγυιεὺς nuncupatur, quaſi viis præpoſitus urbanis: illi enim vias quæ inter pomœria ſunt, ἀγυιὰς appellant.* Hic apud Stephanum ἐφόδιος pro ſimplici ὁδὸς videtur accipiendum, quaſi Latinè diceres Apollo *Viarius*, vel *Vius*, ut in Virgilii epigrammate de fœmina Prænestina:

Omnibus hic annis votorum mere ſuorum
Centenas adjecit numero creſcente coronas,
Fortunæ ſimulachra colens, & Apollinis aras
Arcanumque Vii.

[1] Ὡς ἐπὶ τὰ παραπύλαια δὲ ἀγυιέως, ἀγυιάτιδες.] Dicit Stephanus veſtibula (loca ante jtinuas inter fores domus & viam media relicta, in quibus Apollo ἀγυιεὺς vel ἐφόδιος colebatur) ἀγυιάτιδες appellari: Verum hæc vocis ſignificatio aliis quod ſciam non eſt cognita. Heſychius ſi locus ſit ſanus: Ἀγυιάτιδες, αἱ ἀπὸ τῶν θυρῶν θυρωρίαι. Et Euſtathius ad Iliad. B. pag. 166. hanc vocem intelligit de aris ante fores collocatis, ita enim ille: ἴδια δέ τις ἐστὶ ἀγυιατίδες θυρεωρίαι, τινες ἀπὸ τῶν θυρῶν βωμοὶ, οἱ ἀπὸς χαρὰν Ἀγυιᾶς Ἀπόλλωνος ἱδρυνται. πυνθάνῃ ἀπὸ πυλῶν, ὡς Ἀλεξάνδρεια. Quis autem veram vocis ſignificationem habeat, affirmare in tanta opinionum diverſitate nequeo.

[2] Καρνειάτης.] Sic optimè reſcripſit Xylander pro Καρνεάτης, uti habent aliæ editiones, & etiam nobis Voſſianus codex exhibuit.

[3] Ἀγύλλα πόλις Τυρρηνίας.] Accuratum oppidi ſitum habemus apud Plinium lib. IV. qui affirmat IV. millia paſſuum à mari ab eſſe. Antiquum hodie retinet ſitum in fixeo tumulo, & item nomen exiguo detortum; quo vulgò vocatur *Cerveteri*; quaſi dicas *Cere veteri*, id eſt Cære vetus: ad diſcrimen alterius oppidi, quod eodem tractu vulgo dicitur *Ceri*, uti prolixè teſtatur Cluverius in antiquæ Ital. deſcriptione lib. II. cap. II. pag. 489.

[4] Ἔστι δὲ κτίσμα τῶν ἐκ Θεσσαλίας Πελασγῶν.] Pelaſgos hanc urbem condidiſſe teſtatur Strabo lib. V, cujus verba Epitomator tranſcripſit, ut ipſe infra affirmat. Ἀγύλλα ἐκαλεῖτο τὸ ἀφ' ἡμῶν εἰς νῦν Καῖρε, νῦν λεγόμενον Πελασγῶν κτίσμα τῶν ἐκ Θεσσαλίας ἀφιγμένων. τὸν δὲ Λυδῶν ὀλίγοι Τυρρηνοὶ μετωνο-

μάσθησαν, ἐπικρατήσαντες τῶν Ἀγυλλαίων, ἀφ' οὗ καὶ τὴν πόλιν τὴν ἐπανῳκισμένην τετάρτην τὴν πόλεως. Τὸν δὲ λόγον δὲ τοῦτον Θεσσαλῶν τῶν, φησὶ δὲ ἀποκρινάμενον, ἀφ' οὗ χαῖρε, δεξάμενοι τὸν οἰωνὸν, οἱ Τυρρηνοὶ τῶνδε, ἀλλήλους τὴν πόλιν μετωνόμασαν. Hoc eſt: *Agylla prius vocabatur quæ nunc Cære eſt: ferturque condita à Pelaſgis è Theſſalia profectis: quos Lydorum qui mutato nomine Tyrrheni dicti ſunt, quum bello petiſſent, acceſſiſſe quendam ad murum, nomen urbis ſciſcitantem: quumque Theſſalorum quidam de nuvo reſponſo loco eum ſalvere juſſiſſet* [quod Græco vocabulo dicitur Χαῖρε] *omen acceptiſſe Tyrrhenos & urbi captæ nomen mutaſſe.* Sed optimè ex Strabone Stephanus dixit, ὁπὸ Θεσσαλίας Πελασγῶν. nam præter Pelaſgos ex Theſſalia, quorum regio proprio nomine Πελασγιώτις dicebatur, etiam in Arcadia Pelaſgi fuêre, qui ut & alii, diverſis in locis & diverſis temporibus varias colonias induxerunt.

[5] Καῖρε μετωνόμασαν.] Vetuſtiſſimum igitur oppidi nomen fuit Ἀγύλλα, uti præter alios auctores, etiam liquet ex Herodoto lib. I. & Dion. Halicar. lib. III. cujus hæc ſunt verba: ἐπὶ τοῦ Καιρετῶν πόλιν ἦγε τοῦ ἔθνους, ἣ μετωνόμασε Ἀγύλλα ἐκαλεῖτο, Πελασγῶν αὐτοῦ κρατησάντων. *Ad Caretanorum urbem duxit exercitum, quæ olim, quum à Pelaſgis teneretur, Agylla dicta eſt.* Sed aliam vocabuli Cære originem adfert Servius ad lib. X. Æneid. *Cere*, inquit, *dicitur δὸπὸ τῆς χαίρειν: quod verbum ſalutandi gratia apud Græcos dici ſolet: hanc Pelaſgi conſiderunt: qui quum ſitim paſſi, nec uſquam aquam invenientes, caſu quodam fontem invenieſſent, in eodem loco oppidum condiderunt.* Ergò tunc δὸπὸ τῆς χαίρειν, id eſt à gaudendo, quod fontem inveniſſent, non verò à ſalutando, ſic dictum. Geminam ſcil. de oppidi nomine intellexerunt narrationem, quam Servius nunc in unam confundit, uti benè obſervavit Cluverius. Sed ad librum VIII. refert, urbem hoc nomine à Romanis, non verò à Pelaſgis inſignitam fuiſſe: ita enim inquit. *Agylla civitas eſt Tuſciæ a conditore appellata, cui ex inſcitia Romana aliud eſt inditum nomen: nam quum Romani euntes per Tuſciam, interrogaret Agyllinos quo modo diceretur civitas, & illi utpote Græci quid audirent ignorantes, & optimum ducentes ſi prius eos ſalutarent, dixerunt χαῖρε, quam ſalutationem Romani civitatis nomen eſſe arbitrati ſunt, & detracta aſpiratione eam Care nominaverunt.*

ὁ πολίτης Ἀγυλλαῖος. [6] Ῥιανὸς δὲ Ἀγύλλιον εἶπε χαλκόν.

ΑΓΥΡΗΝΑ [7], πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγυρηναῖος. [8] Διονύσιος δὲ τὸ Ἄγυριον ἔφη.

ΑΓΧΙΑΛΗ [9], πόλις Κιλικίας, παραθαλασσία τῇ Ταρσῷ καὶ Ζεφυρίῳ. ἔστι δὲ χῶσμα Ἀγχιάλης τῆς Ἰαπετοῦ θυγατρὸς, [10] ὡς Ἀθηνόδωρος ὁ περὶ τοῦ αὐτοῦ πατρίδος γράφων, καὶ παραλαβὼν Διόδωρον τὸν γραμματικὸν συμφωνοῦντα [11] Πτολεμαίῳ βασιλεῖ. γίνεται δὲ Ἰαπετοῦ θυγάτηρ Ἀγχιάλη, [12] καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλειαν, Ἀγχιαλέα τὴν παρακειμένην ποταμόν. γεννᾷ δὲ τὸν Κύδνον, ἀφ' οὗ ποταμὸς Κύδνος ὁ Ταρσῷ. ὁ δὲ Κύδνος, τὸν Παρθένιον, ἀφ' οὗ ἡ πόλις μετωνομάσθη Παρθενία. μεταπεσὼν δὲ καὶ οὗτος, Ταρσὸς ἐκλήθη. τινὲς δέ φασι Σαρδαναπάλου δύο πόλεις κτίσαι, Ἀγχιάλην καὶ Ταρσῷ, ἃ ἐστὶ τὰ τὸ ἐπίγραμμα ὧδε,

[13] Ταῦτ' ἔχω, ὅσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρευσα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπνα πάθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

A Oppidanus Agyllæus dicitur. Rhianus autem Agyllinum æs dixit.

AGYRENA, oppidum Siciliæ, cujus gentile est Agyrenæus. Dionysius vero illud Agyrium nominavit.

B ANCHIALE, urbs Ciliciæ, cum Tarso & Zephyrio in eodem littore sita: condita autem est ab Anchiale Japeti filia, uti Athenodorus existimat, qui de sua ipsius patria conscripsit, allegans Diodorum grammaticum, cum rege Ptolemæo consentientem. Est autem Japeti filia Anchiale, & urbem Anchialem ad adjacentem fluvium Anchialem condidit. Hæc vero filium Cydnum genuit, à quo Cydnus Tarsi fluvius nomen habet. Cydnus autem filium Parthenium, habuit, à quo postea urbs Parthenia, sed mutato nomine, Tarsus appellata est. Aliqui vero narrant, Sardanapalum duas urbes, Anchialem & Tarsum condidisse, cujusque illud epigramma exstat.

C

D

E

Hæc habeo, quæ edi, & lusi, & cum libidine
Jucunda passus sum; multa verò, & præclara
[à me] relicta sunt.

ΣΑΡ- SAR-

[6] Ῥιανὸς δὲ Ἀγύλλιον εἶπε χαλκόν.] Sic legitur in scriptis & vulgatis: ego verò hæc Rhiani verba corrupta existimo: rescribendum, Ῥιανὸς δὲ Ἀγυλλαῖον εἶπε χαλκόν: nam hæc forma Italis non est insolita uti liquet ex voce Ἀγγίλειον, aliisque locis. Nihil hac nostra emendatione firmius: nam ita etiam Latini dixêre. Virg. lib. VII.

Lausus equum domitor, debellatorque ferarum
Ducit Agyllina nequicquam ex urbe sequentes
Mille viros.

Et lib. VIII.

Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto
Urbs Agyllina sedes, ubi Lydia quondam
Gens, bello præclara, jugis insedit Etruscis.

[7] Ἀγύρηνα, πόλις Σικελ.] Nusquam apud antiquos legitur Ἀγύρηνα. apud Diodorum equidem lib. XIV. τὸν Ἀγυρηναῖον reperitur; quod à voce Ἀγύρηνα videtur derivatum: at eodem lib. postea ter, & lib. XVI. quater est Ἀγυρινααῖοι; ut duo etiam nummi antiqui habent hujus oppidi apud Goltzium, unde ejus nomen erit Ἀγύρινα. Hinc *oppidani* Ciceroni in Verrinis frequenter *Agyrinenses* (quum tamen illi in Verrem actione III. & IV, ipsum oppidum *Agyrium* dicatur) & Plinio lib. III, cap. VIII. *Agyrini* memorantur, quod rectè ab *Agyrio* formatur. Illa sane Ἀγύριον & Ἀγυριναῖοι facta sunt à genuinis Ἀγύρινα & Ἀγυρινααῖοι, more scilicet posterioris sæculi, quo plerumque, ante ι & loquelâ & scripturâ vertebatur in η. Non est hic audiendus Fazellus, qui Decad. I, lib. X. ex antiquorum sententia urbem hanc *ab argento Argurem* nominatam fuisse existimat; cum nemo veterum hoc usquam tradiderit, qui unanimiter id vocabulum sine R in prima syllaba habent. Unde urbs nomen acceperit, hactenus nemo pro certo indicavit, forte ab *Agyri*, qui urbis princeps fuit, ut Diodorus testatur lib. XIV. Vulgo nunc vocatur incolis *S. Filippo d'Argirone*, & nonnunquam, variato paululum vocabulo, *d'Argirone*. Plura narrat de hac urbe Diodorus Siculus lib. IV. lib. XIV. & XVI: nam sub initium operis in illa se natum testatur. Ἡμεῖς γὰρ, inquit, ἐξ Ἀγυρίου τοῦ πρώτου τῶν Σικελίας ἐστίας. Vide etiam Ciceronem in Verrina III.

[8] Διονύσιος.] Non tantum Dionysius, sed etiam Diodorus plurimis locis urbem Ἄγυριον nominavit, cum tamen oppidani ab ipso Ἀγυρηναῖοι passim appellentur.

[9] Ἀγχίαλη πόλις Κιλικίας.] Recte sic edidit Xylander, nam in MSS. & aliis editionibus legitur, Ἀγχιάλου πόλις Σικελίας, in quem errorem librarii facillimo negotio prolabuntur, uti sæpius annotavimus. Quæ Stephanus nobis de hac urbe reliquit, etiam inveniuntur apud Eustathium in Dionys. de situ orbis pag. 116. Similem urbis situm habemus apud Plinium lib. II. cap. XXVII. Vide etiam Arrianum lib. II. de exp. Alex. Magni, qui urbem Anchialon nominat. Αὐτὸς δὲ ὕστερος ἔρχεται τῷ Ταύρῳ, τῇ δὲ πρώτῃ ἐς Ἀγχίαλον πόλιν ἀφικνεῖται. *Ipse ex Thauro subsequutus, primo die ad Anchialon oppidum pervenit.*

[10] Ἀθηνόδωρος ὁ περὶ τοῦ αὐτοῦ πατρίδος.] Vide Vossium de Historicis Græcis lib. II. cap. V.

[11] Πτολεμαίῳ βασιλεῖ.] Doctissimus Bochartus affirmat rem eodem redire, sive Ptolemæum Lagum sive Euergetem intelligamus: nam uterque historias scripsit. Neque ab ejus opinione dissentio. Prior scripsit res gestas Alexandri Mag. uti honorificè de illo testatur Arrianus in præfatione operis. Secundus scripsit ὑπομνήματα βασιλικὰ, quæ ab Athenæo lib. II. ὑπομνήματα appellantur.

[12] Καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλειαν, Ἀγχιαλέα τὸν παρακειμένον ποταμόν.] Locus hic est mutilus quem profundissimæ eruditionis Bochartus ita in integrum restituit. Καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλειαν ἀφ' ἧς Ἀγχιαλέα τὸν παρακείμενον ποταμόν.

[13] Ταῦτ' ἔχω, ὅσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρευσα.] Priora hæc edi-

ΣΑΡΔΑΝΑΠΑΛΟΣ Ο [14] ΚΥΝ- A
ΔΑΡΑΞΕΩ ΠΑΙΣ ΑΓΧΙΑΛΗΝ
ΚΑΙ ΤΑΡΣΟΝ ΕΔΕΙΜΕΝ [15] ΕΝ
ΗΜΕΡΑΙ ΜΙΗΙ [16] ΕΣΘΙΕ ΠΙΝΕ
ΠΑΙΖΕ [17] ΩΣ ΤΑΛΛΑ ΤΟΥ-
ΤΟΥ ΟΥΚ ΑΞΙΑ B

SARDANAPALUS CYNDARAXÆ FILIUS ANCHIALEN ET TARSUM UNO DIE ÆDIFICAVIT EDE BIBE LUDE RELIQUA NE QUIDEM HOC DIGNA SUNT

[14] Ἐξ ἀποκρυπτόματος. [15] λέγεται ἡ Ἐ Ἀγχιάλεια, ὡς Διονύσιος ὁ περιηγήτης. ὁ πολίτης Ἀγχιαλεύς, ὡς Σινώπη Σινωπεύς. ἔστι δὲ Ἐν Ἰλλυρίοις ἄλλη, κτίσμα Παρίων, παρ' ἣν κόλπος Ἐνεσπδὼν λεγόμενος. ἐν ᾧ ἡ Σχερία. ὁ πολίτης, ὁ αὐτός. C

scilicet crepitu. Verum vocatur etiam Anchisea, uti Dionysius periegeta tradidit. Civis inde dicitur Anchialensis, uti Sinope Sinopensis. Sed etiam & alia Illyriæ civitas est à Pariis condita, juxta quam sinus est, qui Enestedon appellatur, in quo Scheria sita est. Civis eodem modo vocatur.

ΑΓΧΙΣΗ [18], πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ δὲ προπάτορος Ἀγχίσου, [19] ὡς Διονύσιος ἐν πρώτῃ περὶ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. D τὸ ἐθνικὸν, Ἀγχισεύς.

ANCHISE, urbs Italiæ, quæ à progenitore Anchisæ nomen habet, uti Dionysius in primo de antiquit. Rom. tradidit. Gentile, Anchisensis.

ΑΔΑΝΑ [20], Κιλικία πόλις, διθύρως, πρώτων ἔκτισαν Ἄδαμος, καὶ Σάρος, Ταρσεῦσι πολεμήσαντες καὶ ἡττηθέντες. [21] ἀφ' ὧν ἡ πόλις, ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος, E Ἄδα-

ADANA, urbs Ciliciæ, in genere neutro. Hanc Adanus & Sarus exstruxerunt, cum bellum gessissent adversus Tarsenses, sed succubuissent. Ab iis quidem urbs est condita, sed à duce Ada-

no;

epigrammatis verba citantur à Plutarcho in oratione secunda de Fortuna Alexandri Mag. quæque interpres transtulit verbis Ciceronis quæ exstant Tusc. Quæst. lib. v. Vide & Strabonem lib. XIV.

[14] Κυνδαράξεω.] Hæc vox mihi non videtur satis proba. Strabo lib. XIV: & Athenæus lib. XII. eandem inscriptionem allegantes, habent Ἀνακυνδαράξεω. Neque ab iis multùm dissentit Arrianus lib. II. licet alio idiomate utatur, apud quem atque apud Suidam Ἀνακυνδαράξεω legitur.

[15] Ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ.] Ita Strabo & ita Athenæus: Arrianus verò, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Hoc si intelligatur de absoluta consummatione ædificationis, uti verba videntur indicare, & de naturali sive artificiali die, ἐν πάσῃ ἀναμφίλογος πίστει: Nam hanc artem nemo veterum aut recentiorum artificum novit. Imò mortalium pigerrimi fuerunt qui tredecim annos ædificationi domus Salomonis, & quadraginta templi Hierosolymitani, & centum Ephesii impenderunt.

[16] Ἔσθιε.] Stephanus noster cum Athenæo convenit: Sed Strabo, Arrianus & Suidas ita legunt: Σὺ δὲ ὦ ξένε ἴσθι & sic porrò.

[17] Ὡς τἄλλα τοῦτο οὐκ ἄξια.] Cum Strabone & Athenæo Stephanus convenit. Sed apud Arrianum hæc tali modo leguntur: ὡς τἄλλα τε οὐδὲν ἀπολείπεται οὐκ ἄξια τούτου ἄξια. Neque aliter apud Suidam exstat.

[18] Τῆ ἀποκρυπτόμενος.] Optimè Casaubonus animadvertit hæc vocabula ad inscriptionem non pertinere: sed explicare τὸ ΤΟΥΤΟΥ. Et hoc facillimè illi potuerunt intelligere, qui ejus τύπον λίθινον viderunt, nam simulachrum ejus monumento impositum, ita erat fictum, ut dextram manum supra caput habeat elatum, cujus pollex & digitus medius in summo erant compositi, quasi ederent illud ἀποκρύπτεσθαι. Et hac de causa Athenæus rectè de suo post τοῦτο οὐκ ἄξια addidit: ἢ δάκτυλα ἐσθιόμενος ἔσωθεν λέγει.

[19] Λείπει δὲ ὁ Ἀγχίσης, ὡς Διονύσιος.] Locus Dionysii quem innuit, exstat pag. 115.

Πατρὸς δ' ἦσαν Κλείτου μεγαλήτορος υἱέες ἐσθλοί.
Ἀνχίσης τε, Μιμάς τε, καὶ Ἀγχιάλεια, Σάλαι τε.

Sic & apud Suidam Ἀγχιάλεια scriptum reperitur.

[20] Ἄγχισα πόλις Ἰταλίας.] Cluverius in antiquæ Italiæ descriptione nullam hujus oppidi facit mentionem, neque etiam alii hujus regionis chorographi: adeoque hinc non levis oritur suspicio locum esse corruptum, vel Stephanum parum consideratè scripsisse. Et testimonium quod infrà ex Dionysio Hal. producitur, nullius est momenti: nam apud illum *Anchisæ portum* invenio in Epiro, vel haud procul indè, sed non in Italia.

[21] Ὡς Διονύσιος ἐν πρώτῃ, &c.] Verba Dionysii, quæ videtur innuere Epitomator, exstant loco allegato: Ἐν δὲ Ἀμβρακίᾳ ναυσὶν ἐς τοὺς τόπους ἦλθον, ὅπερ γὰρ ἐκαλοῦντο, τὸν Βυθρωτὸν λιμένα τῆς Ἠπείρου κατέσχε. *In Ambracia navibus Anchises eram legendo, Buthrotum Epiri portum subit*, & paucis interjectis vocabulis. Ἐν δὲ Βυθρωτῷ πάρεστι γῆθι κρηπὶς ἀρχαία λιθίνη, Ἀγχίσῃ μὲν τότε ἀναφερομένη, νῦν δὲ ἀκατονόμαστος ἐοῦσα ἀνομάσθαι. *At Buthroto secundum eram descendi in portum qui tunc Anchisæ, nunc obliterato nomine dicitur.*

[22] Ἄδανα, Κιλικία πόλις.] Accuratum urbis situm habemus apud Ptolemæum lib. V. cap. VIII. inter Tarsum & Cæsaream penes Anazarbum. Hujus etiam meminerunt Dio, Cedrenus aliique.

[23] Ἀφ' ὧν ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος, Ἄδανα.] Hæc verba mihi videntur manca, imò certum est hîc quædam excidisse: Legerem proindè: ἀφ' ὧν ἡ πόλις ἐκλήθη. ἀπὸ δὲ τοῦ ἡγεμόνος Ἄδανα, Ἄδανος ἐκλήθη. quem sensum nostra exhibet versio. Ger. Joh. Vossius existimat hanc urbem à primo omnium nostrorum parente nomen accepisse: ita enim inquit lib. I. cap. XXXVIII. de origine & progressu Idololatriæ: Nec enim putandum primorum parentum memoriam in Asia penitus intercidisse apud gentiles. Multa in contrarium obducere possem: sed uno contentus nunc ero, quod occurrit. Adana antiqua Ciliciæ urbs erat, condita à Syris, inque memoriam primi hominis, *Adam* sive *Adama* appellata: Sed constat, Græcos non habere voces in M exeuntes, eosque pro *Adam* dixere *Adan*, & terminatione additâ, Ἄδανος, unde urbs Ἄδανα. Ἄδανος ille, ut ait Stephanus, Cœli Terræque filius erat. Quod nulli melius convenit quam Adamo nostro. Idem Stephanus ait, aliter dictum Saturnum, & Rheam. Puta, quia Saturnus erat primus homo & Rhea, omnium mater Eva. Hi, quia una erant caro, ut etiam loquitur Scriptura, eo uno nomine numineque comprehendebantur à Cilicibus

Ἀδανα. [24] τὸν δὲ ποταμὸν Κύρανον καλέμενον, Σάρον καλέσαντες. ἔστι δὲ ὁ Ἄδανος τῆς καὶ Οὐρανοῦ παῖς, καὶ Ὄστασος, [25] καὶ Ἄνδης. καὶ Κρόνος, καὶ Ῥέα, καὶ Ἰαπετὸς, [26] καὶ Ὄλυμβρος. ὁ πολίτης, Ἀδανεύς, ὡς Γάργαρα Γαργαρεύς, Τύανα, Τυανεύς. [27] ἔστι δὲ ἐπίσημος πόλις ἐν μεσογείῳ εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὡς Οὐράνιος φησὶν ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ. ὁ πολίτης οὐ δυνάμενος Ἀδανὶς εἶναι. οὐ γὰρ οἱ τύποι Ἀράβων, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν ἀδιαφόρων, [28] ὁ ἀπὸ τοῦ ω. Ζόαρα Ζοαρηνός. Μήδαβα Μηδαβηνός. Ταρφάρα Ταρφαρηνός. Ἄναρα Ἀναρηνός. ὕτω δὲ Ἀδανηνὸς, ἢ Ἀδανίτης, ὡς Αἰλανα Αἰλανίτης. Ἡρωδιανὸς ἐν τετάρτῃ καθόλου. [29] τὸ Ἄδανις, καὶ Θήμαλις ἡλωκὸν, τὸν Αἰολίδα ἔχενον. [30] ἐπίσημον δὲ ὅτι δὲ ἀρσενικόν ἐστιν. ὕτω γὰρ ἄνεμος καλεῖται, [31] ἀπὸ Θήβης πόλεως πρέων, ἡ Ἠετίων, ἧς πατρὸς Ἀνδρο-

A no, Adana appellata est. Flumen vero, quod Cæranos dicitur, Sarum nominarunt. Est autem Adanus Cæli ac Terræ filius, ut & Ostasus, & Andes, & Saturnus, & Rhea, & Japetus, & Olympus. Civis vocatur Adanensis, ut à Gargara fit Gargarensis, Tyana Tyanensis. Est verò & alia urbs mediterranea felicis Arabiæ, uti Uranius in tertio Arabicorum inquit. Illius civis non potest Adanensis appellari: Non enim sic formant Arabes gentilia à neutris in A definentibus, sed per ω. Zoara Zoarenus, Medaba Medabenus, Tarphara Tarpharenus, Anara Anarenus; ita etiam Adanenus. Vel etiam Adanita dici posset, uti Ælina Ælinita. Herodianus in quarto de universali inquit: Adanis, uti Thebanis genere fœminino, accentum habet Æolicum. Verum scio, etiam masculini generis esse: Ita enim appellatur ventus, à Thebis spirans, quæ urbs quondam regia fuit Eetionis, patris

Andro-

eibus, si rectè eorum mentem nobis expositi Stephanus.

[24] Τὸν δὲ ποταμὸν Κύρανον καλέμενον Σάρον καλέσαντες.] Et pergit deinde idem Vossius eodem loco. Dicitur autem & Sarus urbem ædificasse, ac honori ejus flumen, ad quod extructa fuit, Sarum nominatum. Sari quidem appellatio optimè convenit tum Adamo, tanquam Deo tuteluri, unde urbs dicta: tum conditori urbis; qui & ipse forsitan *Adam* dictus; quomodo ambiguitas vocabuli occasionem præbuerit Cilicibus natales suæ urbis referendi ad primum hominem, Cœli Terræque filium. Utrique convenit appellatio שר *Sar*, quod est *dominus*, *princeps*. Unde & Abrahami uxor vocata שרה *Sara*, hoc est, *domina*. Non veniam esse hanc conjecturam, arguit, quod Stephanum audimus dicentem, fluvium aliter vocatum Κύρανον, hoc & *Dominum*: nempe à Syris *Sarus*, à Græcis Κύρανος vocabatur: quia Ciliciæ variis in locis Syri Græcique erant permixti.

[25] Καὶ Ἄνδης.] Viri docti pro Ἄνδης referibunt Σάνδης, quo nomine Hercules à Perdis appellatur. Sed illorum sententiæ nequaquam accedere possum. Probent hoc loco Herculem debere intelligi.

[26] Καὶ Ὄλυμβος.] Divi hujus nomen videtur corruptum: legerem, καὶ Ὄλυμπος.

[27] Ὁ δὲ ὁ τύπος Ἀράβων, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν ἀδιαφόρων &c.] Hæc voces ita videntur transponendæ: ὁ δὲ ὁ τύπος Ἀράβων. τὰ ἀπὸ τῶν ἀδιαφόρων, ἀπὸ τοῦ ω. De hac gentilium forma quæ in ω. definit lege in voce Ἀπωδηνοί, pag. 7.

[28] Ὡς Αἴλανα Αἰλανίτης.] Procul dubio legendum est: ὡς Αἴλανα Αἰλανίτης. uti in voce Ἄδανος docebimus.

[29] Τὸ Ἄδανις, καὶ Θήμαλις ἡλωκὸν, τὸν Αἰολίδα ἔχενον.] Hæc sunt profligatissima. Vossianus cod. τὸ Ἄδανις ἐν Θημαλις ἡλωκὸν. τὸν Αἰολίδα ἔχει: neque hunc locum integriorem reddit, quod Salmasius in vet. MS. invenit: nempe, τὸν Αἰολίδης ἔχει. Salm. ad oram sui codicis notavit, scribendum esse: τὸ Ἄδανις ἐν Θήβαις ἡλωκὸς, τὸν Αἰολίδης ἔχει πόνον. Planior foret sensus, si legatur: τὸ Ἄδανις, ἧς Θήβαις ἡλωκὸς, &c. Hujus emendationis hanc rationem allego, quia infra habet Steph. εἰ μὴ κατὰ Αἰολίδας βαρυνόμενον, ἐκεῖ ἐπὶ τῆς Θήβαις εἴρηται. Hinc satis liquet Epitomatorem mentionem fecisse de accentu quodam Æolico, de quo mox agemus.

[30] Ἐπίσημον δὲ ὅτι δὲ ἀρσενικόν ἐστιν. ὕτω δὲ ἄνεμος καλεῖται &c.] Hujus venti meminit Hesychius, apud quem corruptissimè nunc legitur. Θηβαῖος, ἄνεμος. Θήβαιος, ἢ ὁ ἀπὸ Πλαταιῶν κόλπος πόλεως. Hic pro ἢ ὁ ἀπὸ, uti alii admonuerunt, & pro Πλαταιῶν Πλακίας est scribendum: nam sinus ille nomen habet à Placia, quæ Mysiæ civitas est, recte Plinio lib. v. cap. XXXII: vel Bithyniæ secundum Pomponium lib. I. cap. XIX. Ergo sedulissimo mendo non caret locus Aristotelis in tractatu de ventorum appellationibus & situ. Οὗτος δὲ ὁ Λίβ ἀπὸ μεσημβρίας Θηβαῖος. καὶ ὁ λέγει Θήβης πρὸς ἢ ὑπὸ τὴν Ἑλικωνίδα κόλπος ἐστὶ Μυσίας. Pro Θηβαῖος scribendum est Θηβαῖος uti habet Hesychius vel Θηβαῖος retracto accentu uti exhibet Stephanus: & præterea pro Ἑλικωνίδα κόλπος videtur legendum Πλακίας vel Πλακηνὸς κόλπος. Elæniticus enim sinus Rubro mari & Heroum urbi adjacet, uti testantur Geographi. Enimverò circa Thebas Ægyptias (quas Stephanus hic nequaquam respicit) referente Callimacho antrum quoddam reperitur, quod alternis diebus vento repletur, adeo ut post aliquot dies ipsa regio nullis omninò ventis perflatur. Vide in voce Θῆβαι ubi ipsa Callimachi verba legi possunt. Imo & Thebæ Bœotiæ ventis valde infestabantur; nam de illo oppido ita scribit Dicæarchus. Ἔστι δὲ Διόνυσος ἐν ᾧ χωρίῳ ἵδρυται τοῦ σφόνδυλον, ἐξέπιπτε τι [lege, Διόπιπτε τι] ἐκ τῆς ῥαχώσεως ἀνέμου ἀξαίνου. ἄξυλον δὲ, καὶ ἐνταῦθα μάτην ἂν ζητήσειεν. Διὸ τι τῶν πολεμίων ἐκ τοῦ πεδίου.

[31] Ἀπὸ Θήβης πόλεως πρέων, ἡ Ἠετίων, ἧς πατρὸς Ἀνδρομάχης.] Si hunc locum conferamus cum aliis scriptoribus qui de oppido Thebis & rege Eetione mentionem fecere, facillimè ex iis colligi poterit, post τὸ Ἠετίων aliquid excidisse, cujus absentia oratio quodammodo imperfecta redditur. Legerem, λέγ' Θήβης πόλεως πρέων, ἡ Ἠετίονος βασιλέως, ἧς πατρὸς Ἀνδρομάχης. Hunc locum ita posse & debere constitui sole meridiano clarius apparet ex Eustathio, ita enim ille in Περιηγητῇ ad lib. prim. Homeri pag. 119. πόλει δὲ Ἠετίωνος τοῦ Θήβῃ λεχθέντος ἢ πατρὸς Ἀνδρομάχης ἢ γυναικὸς Ἕκτορος, ὡς ἢ Ἠετίων ἐκ μυκηναίων βασιλεύς ἐν ᾠδῇ ζ'. Et in eundem locum Scholiastes, qui sub Didymi nomine exstat, ita scripsit. Νεωτέρως δὲ λέγεται τινες (scil. Θῆβαι) ὑπὸ Ἠετίωνα, ὃν Ἀνδρομάχης πατέρα. Κλύμενος υἱὸν βάζωνος τοῦ ναὸς τοῦ Πλακίου Θήβης. τέκνον κλυτὸν Καλλίκην Ἠετίων, ἔχων ἐμείνατο, ἰσχυρίζεται δὲ τοῦ Ἀνδρομάχης τοῦ ζαμενεστάτου Ἕκτορα τοῦ ἐξ Ἰλίου. Sed quid opus est Scholiastis, cum ipse Homerus de hac veritate non dubitarit, ita enim canit Iliad. Z.

Ἐκ δ' ἄλοχον πολύδωρον ἐσάσατο δῖος Ἀλέξ
Ἀνδρομάχην, θυγατέρα μεγαλήτορος Ἠετίωνος,
Ἠετίων, ὃς ναῖεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ,
Θήβῃ Ὑποπλακίῃ, Κιλίκων αἰζηοῖσιν ἀνάσσων. Hoc est.
Tum uxor quæ ei magnam attulit dotem, obvia venit currens
Andromache, filia magnanimi Eetionis,
Eetion, qui habitabat in Hypoplacæ sylvosa:
In Thebe sub monte Placo sita, Cilicibus viris imperans.

Vide etiam Strabonem lib. XIII. qui refert hosce Cilices Homericos in duas provincias fuisse divisos, quarum una Eetioni altera Myneti pareret. Hinc liquet Eetionem urbi imperasse, & ibi necessariò regiam habuisse: imo hac de causa

Ἀνδρομαχης. [36] εἰ τοίνυν τῷ Ἀδανεὺς τὸ Ἀδανεῖς, ὡς ἓξ Ταρσεὺς τὸ Ταρσεῖς, ἔδει οὐσοξυτόνως λέγειν. [37] εἰ μὴ καὶ Αἰολέας βαρύνεται, ὅπερ ὅτι τῇ Θηβαΐδι εἴρηκεν. εἴτε ἄλλως ἐστὶν ἐθνικόν. ἔστι καὶ τρίτη πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ. τὸ ἐθνικὸν Περσικῷ ἔθει, Ἀδανώσιος.

A Andromachæ. Si igitur ab Adaneus deducatur fœmininum Adanis, quemadmodum à Tharseus Tharsis, oportebat accentu in ultima signari, nisi secundum Æoles notaretur accentu in penultima (quod de voce Thebanis dixit) si tamen pro gentili habendum sit. Est item tertia urbs ad Euphratem sita, cujus gentile Persica B consuetudine Adanenus dicitur.

Ἀ Δ Α Ρ Ο Υ Π Ο Λ Ι Σ, πόλις Περσική, ὡς Μαρκιανὸς ὁ περίπλῳ τῆς Περσικῆς κόλπου. ὁ πολίτης Ἀδαροπολίτης, ὡς Ἡλιοπολίτης, Ἡφαιστοπολίτης, [38] τῷ τεχνικῷ λόγῳ, [39] εἰ μὴ ὀφείλοι τῷ Περσικῷ τύπῳ, ὡς Καμβυσηνὸς, Σωφηνὸς, Παραιτακηνός. [40] ἔστι δὲ καὶ Ἄδαρα ἑδετέρως, κώμη μεγάλη, τρίτη Παλαιστίνης, μεταξὺ Χαρακμώβων καὶ Ἀρεοπόλεως, ἴσως ἀπὸ τῆς Περσίδος κληθεῖσα πόλεως. [41] καὶ ἡ φυλή τις ἐν Χαρακμώβοις Βαβυλωνίων. τῶν δὲ Ἀδάρων τὸ ἐθνικὸν, Ἀδαρηνός.

ADARUPOLIS, urbs Persica, ut refert Marcianus in Periplo sinus Persici: cujus civis Adaropolita dicitur, uti Heliopolita, Hephæstopolita, ex lege artis nostræ; nisi Persica formatione debeat efferri, uti Cambysenus, Sophenus, Parætacenus. Sunt autem & Adara, genere neutro, vicus magnus tertiæ Palæstinæ, inter Characmoba & Areopolin, qui forte ab urbe Persidis ita dictus est. Et item tribus quædam in Characmobis Babyloniorum. Adarorum autem gentile Adarenus dicitur. C D

Ἀ Δ Ε Ρ Κ Ω Ν [42], πόλις Ἰβηρίας, ὡς Ἀσκάλων. [43] τὸ ἐθνικὸν, Ἀδερκωνίτης, ὡς Ἀσκαλωνίτης.

ADERCON, urbs Hispaniæ, uti Ascalon; cujus gentile est Aderconita, veluti Ascalonita. E

Ἀ Δ Ι Α Β Η Ν Η [44], χώρα μέση τ' ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγριδος. [45] ἥ τις καὶ Με-

ADIABENE, regio media inter Fluvios Euphratem & Tigrim, quæ etiam Me-

causâ Thebæ Eetionis urbs à poëtis appellantur: Hom. Il. A.

Ὀχθήσας δ' εἰς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος.

Et Ovidius libro XII. Metamorph.

Eetioneas implevi sanguine Thebas.

Imo & ipsâ Andromache ab eodem Poëta lib. III. De Arte Amand. Thebais appellatur.

---- *Quod erat longissima, nunquam*
Thebais Hectoreo, rupta refedit equo.

[36] Εἰ τοίνυν τῷ Ἀδανεὺς τὸ Ἀδανεῖς, ὡς ἓξ Ταρσεὺς Ταρσεῖς.] Si mei arbitrii res foret, legerem uti videtur legendum, nempe: *εἰ τοίνυν ὀνόματι τῷ Ἀδανεὺς τὸ Ἀδανεῖς, ὡς ὀνόματι τῷ Ταρσεὺς Ταρσεῖς.* Ita enim me monuit J. F. Gronovius.

[37] Εἰ μὴ καὶ Αἰολέας βαρύνεται.] Æoles in efferendis & signandis nominibus gravi tono gaudere testatur Eustathius ad Iliad. E. pag. 518. Ἔστι γὰρ ἡ Ἄνδρος Δώρια, ὡς παρ' Ὁμήρῳ ἐν Ὀδυσσείᾳ. παρὰ δὲ Ἀλκαίῳ Δίρρυς. ἡ δὲ ἀρσενικὴ προπαροξύνεται, λέγει δὲ ὅτι βαρύνουσιν οἱ πάντων τῶν εἰς ας, ὡς Αἰολεῖς. Ἀτελῶν οὖν ὄντων τῶν βαρυνομένων. *Casus rectus igitur erit Ἄνδρος, qui apud Homerum non exstat. Verum apud Alcæum invenitur, cujus ille usum indicans, inquit, solam hanc vocem omnium illarum, quæ in ας desinunt, tanquam Æolicum gravi tono debere efferri: Æolibus enim proprium est gravi tono signare.* Hinc de causâ hîc non scriberem Ἀδανεὺς & Θήβαιος sed cum gravi tono, Ἀδάνεὺς & Θηβαῖος, ut vêrus sive accentum habeant Æolicum, quem auctor in hisce vocabulis exigit.

[38] Τῷ τεχνικῷ λόγῳ.] Existimo rem eodem redire, sive Stephanus dicat τῷ τεχνικῷ λόγῳ, sive καθὸ τεχνικόν. Lege nostras observationes pag. 24. commentario 39.

[39] Εἰ μὴ ὀφείλοι.] Codex Vossianus: *εἰ μὴ ὀφείλῃ τῷ Περσικῷ τύπῳ.*

[40] Ἔστι δὲ καὶ Ἄδαρα ἑδετέρως, κώμη μεγάλη. τρίτη Παλαιστίνης.] Corruptissimè ita in editis excusum est. Non incommodè tamen ex MSS ad sanitatem revocari poterit, si legatur: *ἔστι δὲ καὶ Ἄδαρα οὐδετέρως, κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης.* Hanc lectionem Salmasius in Palatinis & nos in Vossiano invenimus.

[41] Καὶ ἡ φυλή τις ἐν Χαρακμώβοις Βαβυλωνίων.] Salm. ex Palatinæ bibliothecæ codd. ad oram sui libri scripsit: *Ἡ δὲ φυλή τις ἐν Χαρακμώβοις Βαβυλωνίων.* Voss. pro Βαβυλωνίων habet Βαβυλώνιος ex libertate, sed forte Βαβυλωνίας est scribendum.

[42] Ἄδερκων πόλις Ἰβηρίας.] De hoc oppido Suidas mentionem facit.

[43] Τὸ ἐθνικὸν Ἀδερκωνίτης.] In nummo Trajani, uti in Goltzii Thesauro legitur, Ἀδερκωνίτων excusum est.

[44] Ἀδιαβηνὴ, χώρα μέση τ' ποταμῶν &c.] Hujus regionis situm & nominis etymologiam habemus apud Eustathium in Dionys. pag. 102. *ὁ γεωγράφος δὲ Ἀσσυρίαν μὲν λέγει τὴν περὶ Βαβυλῶνα & νῦν πόλιν, ἐν ᾗ & Νῖνος πόλις, & Νίνος. ὅτε & ἡ αὐτὴ ἀπαλλαγὴ & Μεσοποταμίας κατέφυγε, ἡ μεταξὺ Ἀδιαβηνὴ χώρα, ὅτε καὶ ἀπὸ Ἀδιαβᾶ τοῦ δεῦρο Ἀδιαβηνὴ & ἐκεῖσε νάυσιμον.* Hoc est: *Geographus verò Assyriæ agnoscit circa Babylonem & circumjectam regionem habitantes, apud quos est Ninus civitas & Ninibes: ubi etiam versus ortum Mesopotamiæ sita est regio Adiabene dicta, quæ nomen habet ab aquis, quæ difficiles trajectu sunt.* Vide etiam Ammianum Marcellinum lib. XXIII. & Suidam, quorum testimonia subsequenti commentario producuntur. Aliam vocis Ἀδιαβηνὴ lege etymologiam apud eruditissimum Sam. Bochartum pag. 273. Geographiæ Sacræ.

[45] Ἥ τις & Μαδιηνὴ ἀνόμασται.] In vocabulo *Μαδιηνὴ* Stephanus nihil omninò de Adiabene refert, sed in *Μὴν* hujus regionis mentionem facit. *Μὴν τ' ποταμῶν, χώρα μεταξὺ Εὐφράτου & Τίγριδος. καὶ Ἀδιαβηνὴ ὀνομάζεται, ὡς ἱστορεῖ Κυδάρης.* Verum est: Ἀδιαβηνὴ etiam appellatur *Μαδιηνὴ* & per syncopen *Μὴν*: sed illa non est sita inter Tigrim & Euphratem, quod Stephanus testimonio Cydrai probare nititur: sed inter duos amnes *Diabam* & *Adiabam*, quos Ammianus Marcell. transivisse affirmat: ita enim scribit lib. XXIII. *Juxta hanc circuitum Adiabena est, Assyria priscis temporibus vocitata, longaque assuetudine ad hoc translata vocabulum ea re, quod inter Oenam & Tigridem sita navigeros fluvios adiri vado nunquam potuit: transire vaum dialaúein dicimus Græci: & veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem dicimus, quod in hâc terrâ amnes sint duo perpetui, quos & transivimus, Diabas & Adiabas, junctis navalibus pontibus.* Quicquid sit frequens ille fluviorum trajectus aditum ad hanc regionem, & per consequens etiam egressum peregrinantibus difficiliorem & molestiorem reddit, quod etiam Suidas egregiè testificatur in Ἀδιαβηνὴ. *αὕτη ἡ χώρα κεῖται μεταξὺ Μεσοποταμίας ἀπὸ ἑσπέρας πόλεως κίρκου τοῦ Τίγριδος. λέγεται δὲ Ἀδιαβηνὴ ἀπὸ τοῦ εἶναι πολλοὺς ποταμοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ διαγεφύρων παῦσαι τὴν ἀδιαβασίαν.* *Hæc regio sita est inter Mesopotamiam, ferè orientem versus, ultra Tigridem. Dicitur autem Adiabene,*

Μεσλία ὠνόμασε. [46] τὸ ἐθνικὸν, Ἀδιαβη- A νός.

Ἄ∆ΟΥΛΙΣ [47], πόλις Αἰθιόπων. οἱ δὲ Παυσὶν νῆσον αὐτὴν καλοῦσι. [48] καὶ τὰ Μουσῶν βιβλία Ἄδυλι, δίχα τοῦ σ. σφάλμα δέ ἐστιν. Ἄδυλις γὰρ ὀφείλει, ὡς Ἡρωδιανὸς [49] ἐν οἷς B εἰς λις, τῷ ω προσαληγόμενα. ὁ πολίτης Ἀδυλίτης, ὡς Ἀξωμίτης. καὶ Ἀδυλιτικὸς, τὸ κτητικόν.

Ἄ∆ΡΑΜΥΤΤΕΙΟΝ [50], πόλις τῆς [51] κατὰ Κάϊκον Μυσίας. ἡ [52] γραφὴ διχῶς, C διὰ τοῦ τ, καὶ διὰ τοῦ δ, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ δι' ἑνὸς τ, καὶ διὰ δύο. [53] ἀλλὰ διὰ μὲν δι' ἑνὸς τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον, καὶ διὰ δύο τοῦ ι μόνως. κέκληται [54] δὲ ἀπὸ Ἀδραμύτου κτίστου, [55] παῖδός μὲν Ἀλυάττου, Κροίσου δὲ ἀδελφοῦ, D ὡς

Mesene vocata fuit. Gentile Adiabenus dicitur.

ADŪLIS, urbs Æthiopum. Quidam verò eam Panis insulam nominant. Et Musarum libri Aduli, absque S, habent. Verum error est. Debet enim Adulis dici, uti testatur Herodianus in nominibus in λις, quorum penultima in ι desinit. Civis Adulita vocatur, uti Axumita; & Aduliticus, possessivum est.

ADRAMYTTEUM, urbs juxta Caïcum Mysiæ amnem. Duplici modo scribi solet, cum T, & cum D; & cum diphthongo, & cum I; & cum simplici T, & cum duplici. Enimverò cum simplici T scribitur, quando diphthongum; & cum duplici, cum I tantum habeat. Ita autem dicta est à conditore Adramyte, qui Alyattis quidem filius, at Croesi frater fuit, uti

bene, quod in ipsa plures sint fluvii, & propter ipsorum frequentiam, hominibus ster illac facientibus, difficiliorem transitum præbeat. Latini omnes urbes & regiones, quarum situs undique fluminibus præcingitur, *interamnas Mesolias* & *Mesolidas* & per syncopen *Mesas* appellarunt, uti postea ex Stephano demonstrabimus.

46 Τὸ ἐθνικὸν Ἀδιαβηνός.] Præter hoc nomen, hujus regionis incolæ à Strabone alio insigniuntur, nam lib. XVI. inquit: καλοῦνται δ' οἱ Ἀδιαβηνοὶ, καὶ Σακασηνοί. Hunc locum Casaubonus transiluit, in quo explicando alij jam sudarunt. Salmasius in Plinianis exercitationibus Ἀδιαβηνοὺς suspicatur à Græcis dictos fuisse, quasi οἱ διαβαίνειν impotes, qui minimè possent crura divaricare ad ambulandum, haud secus ac si pedes ambo intra sinum conditos haberent, καὶ σκολιοσκελεῖς. Hæc quidem videntur speciosa, sed tamen magis arridet Bocharti opinio, qui putat Strabonis locum esse corruptum, & pro Σακασηνοὶ debere scribi Σακασηνοί: nam illi Hesychio sunt οἱ ἀσθενεῖς, id est κακῶς βαίνοντες, qui infracto gressu & suspenso molliem animi præ se ferunt.

47 Ἄδυλις πόλις Αἰθιόπων.] Fortasse eadem hæc civitas est, quæ Plinio lib. VI. cap. XXIX. Aduliton appellatur. *Oppidum Suche, insula Daphnulis, oppidum Adulitum. Ægyptiorum hoc fervi à dominis profugi condidêre.* Videtur tamen urbi à Græcis nomen impositum: Hesychius. Ἀδυλίδων, λιμένος, ἐν Ἐρυθραίοις.

48 Καὶ τὰ Μουσῶν βιβλία Ἄδυλι δίχα τοῦ σ.] Hic criticam, ut & alibi, exercet Stephanus; emendat enim Musarum libros, in quibus urbis nomen absque S scribebatur. Si aliquis de hac urbe apud Herodotum facta esset mentio; suspicarer hâc reponendum esse: καὶ τὰ Μουσῶν βιβλία Ἄδυλι δίχα τοῦ σ. Et ita quoque videtur exigere malè exarata scriptura codicis Vossiani in quo legitur: καὶ τωμῶ βιβλία. Verum possunt etiam Heracliti Μουσῶν βιβλία intelligi: is enim hoc titulo librum conscripsit. Diogenes Laert. in vita ejus. Suidas in Δαρεῖος, aliique.

49 Ἐν πᾶσι οἷς λις, τοῦ ι προσληγόμενα.] Pessimè sic in omnibus vulgatis excusum est. Salmasius in MSS. Palat. invenit: ἐν πᾶσι οἷς λις, τοῦ ι προσληγόμενα, quæ proba est hujus loci lectio.

50 Ἀδραμύττειον.] Variè, uti infra ipse indicat Stephanus, hæc vox ab Historicis & Geographis exaratur. Codex Vossianus, Ἀτραμύττιον. Herodotus lib. VII. ubi hujus oppidi mentionem facit exhibet Ἀδραμυττηνὸν, nec aliter Ptolemæus, & sic quoque omnes vulgati Stephani codd. Scriptionem verò cum τ sequitur Thucyd. lib. IV. & ita olim ab ipso fuisse scriptum legimus apud ejus Scholiastam & Suidam. Ut Græci, ita & Latini inter se de scriptura vocabuli non conveniunt. Mela lib. I. cap. XVIII. scribit *Adramyttium*: Plinius lib. V. cap. XXX, *Adramyttenos*; & Livius lib. XXXVII. cap. XIX, *Adamyttenum*. verum in eo non differunt, quod circa initium D habeant. Quomodo autem sit scribendum accuratè ab auctore nostro infra docebitur, sed illum canonem non rectè scriptores antiquos observasse, ubique satis est manifestum. Hanc litem, an Adramyttium etiam Thebæ appellentur, uti ex Erymolog. magni auctore aliisque posset probari, componere non possum. Alii Adramyttium à Thebis distinguunt, alii contrà. Livius lib. jam citato: *Antiochus pace neglectorum tentata, vastatis Elæussinum primum, deinde Pergamenorum agris, relicto ibi Seleuco filio, Adramyttenum hostiliter itinere facto petit: agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum.*

51 Κατὰ Κάϊκον Μυσίας.] Similem urbis situm habemus apud Strabonem lib. XIII, circa initium. Ἀπὸ δὲ Ἀταρνέως μεσόγειοι Κάϊκον πεδίον ἐστὶ Κυπάρισσον ἔχον. ἔστι καὶ Ἀδραμύττιον. Ita forte scribendus hic locus Strabonis, cui τὸ ἔχον excidisse videtur. Herodotus lib. VII. Ἀπὸ δὲ Καΐκου ἐρημώδεος, Κάϊκος ἔχων ἐν ἀριστερῇ λόφον Ἀτάρνεα καλεόμενον ἐς Καρήνου πόλιν. δεῖ δὲ τούτους, λόφους πάντα ὑπερβάντι, Ἀδραμύττιον τε πόλιν &c.

52 Γραφὴ διχῶς.] Eustathius, qui passim suos commentarios in Homerum & Dionysium Stephani verbis exornavit, nusquam Stephanum expressè nominavit, nisi ad Iliad. Z. pag. 649, ubi eandem etiam variationem in scribendo oppidi nomine agnoscit. Horum verborum partem allegavimus pag. primâ; verum nunc operæ pretium videtur, ut totum locum transcribam. Γράφει δὲ ὁ ἐπιφέρων γραφὴν διφθόγγου τὸ βῆτα Ἀδραμύττιον, καθὰ καὶ Στέφανος παραδίδωσι τὸν περὶ ἐθνικῶν. καὶ ἀφ' οὗ μὲν τοῦ Δ λέγεται Ἀδραμύττιον. καὶ μετὰ τοῦ Τ Ἀδραμύττιον, ὡς καὶ τοῦ βαρβάρου κύριον ὄνομα Ἀδραμύττης. καὶ τὸν παραλήγοντα δὲ διὰ δύο Τ γράφει, ὁ δὲ ἁπλοῦν. ἔστι δὲ καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ μόνου διχῶς.

ὡς ἔστι δὲ ἁπλοῦν Τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον. καὶ διὰ δύο τοῦ Ι μόνως.] Sic habent scripti & vulgati libri: multò planior esset sensus si legeretur hoc modo. ὡς καὶ δι' ἑνὸς Τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον. καὶ διὰ δύο Τ ὅταν ἔχῃ τὸ Ι μόνως.

53 Ἀπὸ δὲ διὰ ἑνὸς Τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον. καὶ διὰ δύο τοῦ Ι μόνως.] Sic habent scripti & vulgati libri: multò planior esset sensus si legeretur hoc modo. ἀπὸ δὲ διὰ ἑνὸς Τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον. καὶ διὰ δύο Τ ὅταν ἔχῃ τὸ Ι μόνως.

54 Ἀπὸ Ἀδραμύττου κέκληται.] Incertissima videntur quæ de urbis conditore narrantur. Eustathius ad Iliad. Z. pag. 649. maximè cum Stephano convenit, qui facit conditorem Adramyttin, virum Pelasgum à quo urbs Adramyttia appellabatur, quam postea euphoniæ gratia Adramyttium nominarunt. Contrà Strabo lib. XIII. Atheniensium coloniam esse affirmat, non tamen addens coloniæ ducem, à quo sepissimè urbes denominatæ sunt.

55 Παιδὸς μὲν Ἀλυάττου Κροίσου δὲ ἀδελφοῦ.] Alyattes rex Lydorum satis notus apud Herodotum, Suidam, Eusebium & alios: plures ipsi fuerunt liberi inter quos Adramyres & Croesus: & improbabile fatem non est ab illo campum Thebanum, & in eo urbem, nomen accepisse: adeo ut hic ad fontes Hebraïcos recurrere non magnoperè sit necessarium. Suidas: Κοίλη· Λυδῶν βασιλέως γένος Ἀλυάττου. ἐς τὸ πρόσωπον ἔζησε ἔπειτα Ἀδραμύττιον & Βάκτρα. Non subodoratus est Portus in hisce verbis mendum latere, nam pro Βάκτρα indubitanter Θῆβαι est restituendum:

ὡς Ἀριστοτέλης ἐν πολιτείαις, καὶ ἄλλοι. τινὲς δὲ δοτὸ Ἕρμωνος τοῦ Λυδῶν βασιλέως. [11] τὸν γὰρ Ἕρμωνα Λυδοὶ Ἀδραμυν καλεῖσθαι Φρυγιστί. ὁ δυάσαν ἦ, ὡς Ἡρωδιανός, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ τ τὸ Ἀδραμυς. ὁ πολίτης Ἀδραμυττηνός, ὡς Ἀρτακηνός, Δατηνός, [13] Δακηνός, Σεβαστηνός. [14] λέγεται ἦ δὲ Ἀδραμύττιον διὰ τοῦ ι, [15] ὡς Κρατῖνος.

ΑΔΡΑΜΥΤΤΙΣ, νῆσος ἐν τῇ Λυκίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀδραμυττίτης, ὡς Ναύκρατις, Ναυκρατίτης.

ΑΔΡΑΝΗ [16], πόλις Θρᾳκικὴ, ἡ μικρὸν ὑπὲρ τῆς Βερενίκης κεῖται, ὡς Θεόπομπος. Πολύβιος ἦ διὰ τοῦ η τὸ μέσον λέγει ἐν τριακαιδεκάτῃ, Ἀδρήνη. [17] τὸ ἐθνικὸν Ἀδρηνίτης, ὡς Συήνη Συηνίτης. Σελήνη Σεληνίτης. τούτων τὰ μαρτύρια ἐν τοῖς οἰκείοις. δυάσαι δὲ καὶ Ἀδρηναῖος, ὡς Κυρηναῖος, Μιτυληναῖος, Πελληναῖος. [18] δίδωσιν ἡ τέχνη καὶ τὸ Ἀδρηνὸς, ὡς Πελληνός.

ΑΔΡΑΝΟΝ [19], πόλις Σικελίας ἐν τῇ Αἴτνῃ, [20] ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα. [21] λέγεται δὲ καὶ γενικῶς Ἀδρανί. Ἀπολλόδωρος δὲ, Ἀδρανίτας φησὶ τὸ ἐθνικόν.

ΑΔΡΑΣΤΕΙΑ [22], μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου,

A uti Aristoteles in Polit. & alii referunt. Quidam verò opinantur, oppidum ab Hermone Lydorum rege nomen accepisse: Lydi enim Hermonem Phrygiâ linguâ Adramyn appellant: Verum non potest, uti Herodianus existimat, propterea quod Adramys T non habeat. Civis B dicitur Adramyttenus, uti Artacenus, Datenus, Dacenus, Sebastenus. Dicitur autem & Adramyttinus cum I, uti Cratinus perhibet.

ADRAMYTTIS, insula in Lycia; cujus gentile est Adramyttites, uti Naucratis Nau- C cratites.

ADRĂNA, oppidum Thraciæ, quod paululum supra Berenicen situm est, uti Theopompus perhibet. Polybius verò mediam syllabam in libro XIII. per η pronunciat, Adrene. Gentile indè est Adrenites, uti Syene Syenites, D Selene Selenites. Illorum testimonia in propriis locis exstant. Potest verò etiam esse Adrenæus, uti Cyrenæus, Mitylenæus, Pellenæus: & ars quoque suppeditat Adrenensis, uti Pellenensis.

ADRĂNUM, oppidum Siciliæ apud E Ætnam, quod fluvium cognominem habet. Dicitur & genere masculino Adranius. Apollodorus verò gentile dicit Adranitæ.

ADRASTĒA, inter Priapum & Parium

sic loquutus est Suidas in voce Ἀλαδάτας. φυλέτας δὲ ὑπὸ Κυρείων, παιγνίῳ τῷ ἑαυτῶν φωνῇ ἄχρι τῆς Σαρδοῦς, ἐν ᾗ ἐστὶ Κυρεῖον, ὅπως δὲ καὶ αὐτοὶ σημαίνουσι τοῦ πάθους, ἄρχων λιπόδιδυμος Ἀδραμυττηνὸς καὶ ἐκ Θήβης. *Adramyttæni & Thebani campi duces designati.*

[11] Τὸν γὰρ Ἕρμωνα Λυδοὶ Ἀδραμυν καλεῖσθαι Φρυγιστί.] Apud Hesychium, cujus locum ita constituerem, legimus: Ἀδραμύν, ὁ Ἕρμων παρὰ Λυδοῖς, ἢ Ἀδραμυττηνὸν Ἕρμωνα βασιλέα. Vel fortitan: ἢ Ἀδραμυττηνὸν Ἡνίοχον βασιλέα. Nam Etionem ibi regnasse ex Strabone & Eustathio suprà probavimus.

[13] Δακηνὸς.] Forte Δαυλὸς est restituendum.

[14] Λέγεται δὲ καὶ Ἀδραμύττιον διὰ τοῦ ι.] Ita exhibent vulgati; codex MS Vossianus: λέγεται δὲ καὶ Ἀδραμυττῖνος, ὡς Κρατῖνος. Hæc non intelligo de ipso oppidi nomine, sed de gentili inde deducto, quod bifariam dicitur, nempe Ἀδραμυττηνὸς, quod est usitatissimum exstat in Actis Apost. cap. XXVII: 2. & Ἀδραμυττῖνος: nam oppidi nomen quomodò scribendum, paulò ante indicaverat.

[15] Ὡς Κρατῖνος.] Vir summus Salmasius ad oram sui codicis hæc scripsit. Κρατῖνος etiam habent MSS: sed sine ulla dubitatione legendum Κρατῖνος. Quis ab erroribus homo se vindicabit, cùm vir tantus etiam fuse humanitatis indicia reliquerit? Locus hic sine ulla dubitatione se bene habet, & auctor est notissimus, quique passim ab aliis imo & à Stephano citatur: vide in Φάρος & aliis locis. Verum est, similia quandoque Stephanum producere gentilia, sed magna hic conspicitur differentia inter πρωτότυπα: nam Κρατῖνος fit à Κρατίς, Siciliæ oppidum, quod nullam profectò habet convenientiam cum Ἀδραμυττῖνος. Tolerabilius fuisset, si emendasset Κρατινεῖος: nam Κρατίνειον etiam Siciliæ locus est, à quo gentile Κρατινεῖος formatur.

[16] Ἀδρήνη, πόλις Θρᾳκική.] Vossianus codex: Ἀδρήνη, πόλις Θρᾴκων. Leonclavius *Adranen* in Bithynia collocat, non longè à Prusa, dicitque à Turcis *Edrenes* appelluri. Oppidum antiquitatem adhuc decentatum.

[17] Τὸ ἐθνικὸν Ἀδρηνίτης, ὡς Συήνη Συηνίτης, Σελήνη Σεληνίτης.] Conveniunt Scripti, & vulgati codd. tamen mihi hæc finis non videntur; reciderem: τὸ ἐθνικὸν Ἀδρηνίτης, ὡς Συήνη Συηνίτης, Σελήνη Σεληνίτης. Vide Stephanum ipsum in Συήνη & Σελήνη.

[18] Δίδωσιν ἡ τέχνη &c.] Jam satis inculcavimus, quid passim per Τέχνη intelligat Stephanus. Lectorem ablegimus ad commentarium 39. paginæ 24. ne repetita crambe nauseam pariat.

[19] Ἄδρανον, πόλις Σικελ.] Urbis situm & conditorem indicat Diodorus lib. XIV, hisce verbis. Διονύσιος δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλιν ἔκτισεν ὑπ' αὐτὸν τὸν Αἴτνην λόφον, καὶ λόγῳ τινὶ ἐπιφανεῖ ἱερὸν ἀποτεμηθέντος αὐτόθι Ἀδράνου. Hoc est: *Dionysius in Sicilia oppidum sub ipsum Ætnam montem ædificavit, quod ab illustri quodam fano Hadranum vocavit.* Vide eundem Scriptorem lib. XVI, & Plutarchum in Timoleonte. Incolis hodiè *Aderno* dicitur.

[20] Ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα.] Quanquam hæc urbs fluvium habuerit cognominem, tamen non à fluvio, sed à fano quodam nomen accepit, uti superius diximus. Excipitur igitur hoc oppidum ab illa regula, quam Stephanus in voce Ἀκραγαντῖνος ex alio auctore citavit.

[21] Λέγεται καὶ κρατινικῶς Ἀδρανί. Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀδρανίτας φησὶ τὸ ἐθνικόν.] Ut innumeris aliis locis apud hunc epitomatorem vocabula mirum atque immanem in modum corrupta leguntur, sic hic etiam καὶ & Ἀδρανίτας vitiata esse judicat Cluver. ex genuinis δὲ & Ἀδρανίτης; quæ proinde posteriora sic legit: λέγεται δὲ κρατινικῶς Ἀδρανί. Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀδρανίτης φησὶ τὸ ἐθνικόν. Hoc est: *Vocatur autem is masculi generis Hadranitæ. Apollodorus verò gentilitium dicit Hadranitæ.* Nempe amnis ex oppidi nomine derivativo seu gentilitio vocabulo, quod antiquum etiam numisma refert, dicebatur *Hadranites*. Apollodorus verò aliud ab hoc gentilitium usurpavit *Hadranitæ*: quo Diodorus quoque & Plutarchus, locis suprà citatis, usi sunt. Amnis is hodieque vulgari appellatione dicitur *Fiume d'Aderno*.

[22] Ἀδράστεια, μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου.] Legerem, Ἀδράστεια, πόλις μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου. Nam procul dubio hæc Stephanus hausit ex Strabone, quem plurimum sequitur, similiter apud illum lib. XIII. Ἡ μὲν πόλις μεταξὺ Περκώτης καὶ Παισοῦ, ἔχουσι τοιοῦτον πάθος ἀμφότεροι, ὅτι ἡ μὲν, οὗτος ὁ Ἀτάρνης ὁ Ἀτραμυττηνὸς ἀπὸ Ἀδραστείας, καὶ Ἀγρίνιον ὁ

Παρίου. [63] ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, [64] ὃς πρῶτος ἱδρύσατο Νεμέσεως ἱερόν. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ χώρα Ἀδράστεια, καὶ Ἀδραστείας πεδίον, καὶ ἡ πόλις ἔτω. [65] Διονύσιος ἐν πρώτῃ Κυζίκου φησὶν, ἀπὸ Ἀδραστείας κεκλῆσθαι μιᾶς τῶν Ὀρεστιάδων νυμφῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἀδραστεύς. [66] οἱ δὲ ὄπιχώριοι, Ἀδραστηνὸς, ὡς Κυζικηνὸς Φασιν. ἔστι δὲ καὶ Τρωάδος Ἀδράστεια πόλις. [67] ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τῆς Ἴδης, ἣ πρώτη βασιλεύσεις ἐν Τροίᾳ, [68] ὡς Χάραξ Ἑλληνικῶν δευτέρᾳ. τὸ δ' αὐτό ἐστι χωρίον, καὶ ἐθνικόν.

Ἀ Δ Ρ Ι Ἀ [69], πόλις, καὶ παρ' αὐτὴν, [70] κόλπος Ἀδρίας, [71] καὶ ποταμὸς ὁμοίως, ὡς Ἑκαταῖος. [72] ἡ χώρα τοῖς βοσκήμασιν ἐσὺν ἀγαθὴ, ὡς δὶς τίκτειν τὸ ἐνιαυτὸν, καὶ δίδυμα τίκτειν, πολλάκις καὶ τρεῖς δὲ τέσσαρας ἐρίφους τίκτειν. ἐνίοτε δὲ καὶ πέντε, καὶ πλείους. [73] καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὶς τίκτειν τῆς ἡμέρας. [74] τῷ δὲ μεγέθει πτίλων εἶναι μικροτέρας τῶν ἀρνείων. ὁ πολίτης καὶ ὁ πάροικος, Ἀδριανὸς, ὡς Ἀσιανός. καὶ Ἀδριάτης. ὕτως [75] Ἀδριατικὸν πέλαγος, ὡς ἀπὸ Πτελεάτης, ὁ Πτελεατικὸς οἶνος.

Ἀ Δ Ρ Ο Τ-

rium sita est, ab Adrasto rege nomen habens, qui primus Nemeseôs templum exstruxit. Regio autem Adrastea, campusque Adrasteæ, atque hoc modo etiam urbs vocabatur. Diogenes in primo libro, quem de Cyzico conscripsit, inquit, urbem ab Adrastea, quæ una ex Orestiadis Nymphis fuit, appellatam esse. Gentile est Adrastensis: Sed indigenæ dicunt Adrastenus, uti Cyzicenus. Enimverò Adrastea etiam Troadis locus est, qui ab Adrastea filia Melissi, qui & Idæ pater fuit, quæ primum in Troia regnavit, nomen accepit, uti refert Charax Hellenicorum secundo. Illud ipsum verò est oppidulum, & gentile.

ADRIA, urbs, & juxta eam sinus Adria, amnisque ejusdem nominis, uti Hecatæus perhibet. Regio pecoribus est egregia; ita ut bis pariant in anno, geminosque fœtus edant; sæpius etiam tres atque quatuor hedos; interdum vero quinque, ac plures: Gallinæ autem bis die pariant, quamquam omnibus aliis gallinis sint minores. Oppidanus indè & accola Adrianus dicitur, uti Asianus; & Adriates. Ita etiam Adriaticum mare appellatur, uti à Pteleates, Pteleaticum vinum.

ADROT-

[63] ἀπὸ τοῦ Πριήτου.] Sed quid huc facit ἀπὸ τοῦ Πριήτου? Incomparabilis ille Casaubonus nullum hîc mendum animadvertit: sine dubio legendum est: ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ, vel ἀπὸ τοῦ ἀπατέως. Apollon. Rhodius lib. 1.

Νάσον ἀπειρεσίῃ βωμὸν ἐπωνυμίῃ Ἀπόλλωνος.

Ubi Scholiastes, ὁ ἐν τῇ Δήλῳ πυθόμενος. Et idem in hoc loco Strabonis nobis de Diana affirmare licet. Verum enimvero hac emendatione ipse mihi vix satisfacio; nam si esset licitum tam longè à vulgata lectione divaguri referiberem, ἢ Ἀπριήτιδος Ἀδραστίας. Nam Suidas ex Demetrio Scepsio perhibet Dianam Adrastiam ibidem cultam fuisse: Δημήτριος δὲ ὁ Σκήψιος, Ἄρτεμιν φησὶν εἶναι, ἣν λέγει Ἀδράστειαν τὴν ἐξηγήσιν. Neque etiam displicet emendatio incomparabilis Gronovii, qui pro ἀπὸ τοῦ Πριήτου referiberet ἀπὸ τοῦ Παριάτου: nam certum est Priapum, Parium & Percoten vicina oppida fuisse. Sed ad rem: Plinius lib. v. cap. XXXII. toto cœlo errat, inter Parium & Adrastiam non distinguens, vel ejus verba in fœdissimo mendo cubant sic enim ibi legitur. *Deinde Percote oppidum, & Lampsacum, antea Pityusa dictum. Parium colonia, quam Homerus Adrastium appellavit*, &c.

[64] Ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, ὃς πρῶτος &c.] Totam historiam lege apud Strabonem lib. XIII, & apud Eustathium ad Iliad. B. qui omnia huc pertinentia accuratissimè ex Geographo & Stephano iisdem fermè verbis transcripsit. Lege etiam Suidam, Apollodorum de Diis lib. III. Hyginum, Pausaniam atque alios.

[64] Ὃς δὲ πρῶτος ἱδρύσατο Νεμέσεως ἱερόν.] Salmasius ad oram sui cod. hæc verba emendare nititur: pro Νεμέσεως Νεμήσεως legendo, sed mutatio hæc non admodum est necessaria.

[65] Διονύσιος ἐν πρώτῃ Κυζίκου.] Si mei arbitrii res foret, referiberem. Διονύσιος ἐν πρώτῃ περὶ Κυζίκου. Sic videtur esse legendum ex voce Βίστωνος, ubi idem scriptor allegatur. Vide etiam Suidam.

[66] Οἱ δὲ ὀπιχώριοι, Ἀδραστηνὸς, ὡς Κυζικηνὸς.] Ab omnibus fermè hoc tractu sitis urbibus derivantur gentilia quæ in ηνὸς desinunt, quæ forma Arabicæ incolis est propria. Sic Ἀβυδηνὸς, Παισσηνὸς, Λαμψακηνὸς &c. Stephanus in voce Ἄβυδος inquit. Τὸ δὲ Ἀβυδος, Ἀβυδηνὸς, ὅπως Διδυμοτειχηνὸς, Κυζικηνὸς, καὶ τὰ ὅμοια.

[67] Ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τῆς Ἴδης.] Deest hîc conjunctio καὶ. Lege: ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τῆς καὶ Ἴδης. Ita etiam scribi debet locus Eustathii ad Iliad. B. pag. 355. Ἔστι δέ φησι καὶ πόλις Τρωικὴ, Ἀδράστεια, ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τῆς καὶ Ἴδης, ἧς πρώτου βασιλεύσαντος ἐν Τροίᾳ, ubi in vulgatis corruptè legitur ἧς Ἴδης. De hisce Melissi filiabus etiam exstat mentio apud Apollodorum lib. prim. Καὶ τοῦτον [scilicet Δία] φασὶν ἐκ Κύπρου τε, καὶ τῆς Μελισσέως θυγατρὸς Νύμφης, Ἀδρήστειάν τε καὶ Ἴδην. Corruptissimè in vulgatis legitur Μελισσέων, cum indubitanter Μελίσσου sit legendum.

[68] Ὡς Χάραξ.] Vide Vossium de Hist. Græcis lib. III.

[69] Ἀδρία.] Ad primam vocis literam quod attinet, apud plerosque auctores, qui de hac urbe mentionem faciunt, promiscuè, & sine, & cum aspiratione scriptam reperitur. Verum quia in antiquis numismatibus, & omnibus lapidibus, Cæsaris Hadriani nomen cum aspiratione legitur, constat Romanos ut plurimum hoc in vocabulo aspiratione usos fuisse. Hæc urbs antea Ἀτρία dicta fuit, ut in illa voce docebimus.

[70] Κόλπος Ἀδρίας.] Ita plerisque Græcis scriptoribus mare Adriaticum dicitur, & simpliciter quoque ὁ Ἀδρίας, Latinisque etiam nonnunquam eodem modo, *Adria*.

[71] Καὶ ποταμὸς ὁμοίως.] Sed antiquissimum illud Adriæ fluvii nomen, postea in vocabulum *Tartari* mutatum est, & ab accolis hodie *Tartaro* dicitur. Ita habet Plin. lib. III. cap. XVI: & Tacitus Histor. lib. III. *Cerina inter Hostilium, vicum Veronensium, & paludes Tartari fluminis, castra permunit; tutus loco; quum tergo flumine, latera objectis paludis tegerentur.*

[72] Ἡ χώρα τοῖς βοσκήμασιν ἐσὺν ἀγαθὴ.] De natura & fœcunditate soli tradit etiam Marcianus Heracleensis in Periegesi.

Διδυμοτόκοι γάρ φασι ἔμεν αἰπόλια πολλά. Hoc est:
Ajunt enim pecora gemellos fœtus edere.

Vide etiam Aristotelem in Mirandis.

[73] Καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὶς τίκτειν.] De gallinis Plinius lib. X, cap. LIII, ita loquitur. *Est autem tanta fœcunditas, ut aliquæ & sexagena pariant; aliquæ quotidie; aliquæ bis die; aliquæ in tantum, ut effœtæ intereant. Hadriatici tractus maximè.*

[74] Τῷ δὲ μεγέθει πτίλων εἶναι μικροτέρας τῶν ἀρνείων.] In Vossiano cod. & Salmasiusin Pall. aliter invenit. τῷ δὲ μεγέθει πτίλων ἰδίᾳ μικροτέρας ἀρνείων. Et pro μικρὰς conset μικρὰς referibendum esse.

[75] Ἀδριατικὸν πέλαγος.] Illud mare antea *Atriaticum* dictum

Α᾽ΔΡΟΤΤΑ [76], ᾰδετέρως χωρίον ἐν Λυδίᾳ παραθαλάττιον, ἐ κατάκρημνον. οἱ οἰκήτορες, Α᾽δροττῖται. [77] τῶν γὰρ εἰς α ᾰδετέρων οὐδέν πω παῖς Λυδοῖς, καὶ τ Καρίων οἰκοῦσι, χωρὶς τῶν εἰς ος, ὅπου τ ἐθνικῶν. δυνατὸν ἐ Α᾽δροττηνὸς, καὶ γὰρ ὁ τύπος τ Α᾽σιανῶν. καὶ ὕτως οἱ ὅπιχωρίοι λέγουσιν.

Α᾽ΔΡΥ᾽ΜΗΣ [78], Α᾽δρύμης, Λιβύης πόλις. λέγεται ἐ ᾰρρενικῶς, καὶ θηλυκῶς, καὶ ᾰδετέρως. [79] κέκληται ἀπό τινος Α᾽δρύμητος, ἢ ἡρωικῆς παραχθείσης εἰς εὐθείαν [80] καὶ τὸ ἐθνικὸν Α᾽δρυμήτιος, ὡς Βηρύτιος. ἄμεινον τὸ Α᾽δρύμις, [81] καὶ Α᾽δραμύσιος. οὐ γὰρ ἀπὸ ἡρωικῆς εὐθείας, ἀλλὰ παιδικῆς φορᾶσεως, παραλειπόντων).

Α᾽ΔΡΥΞ [82], ὡς Ε᾽ρυξ, ᾰρρενικὸν, πόλις Συρακουσίων. τὸ ἐθνικὸν Α᾽δρυκῖνος, ὡς Ε᾽ρυκῖνος καὶ Ε᾽ρυκος ἡρωικῆς. καὶ Α᾽δρυκίνη, ὡς Ε᾽ρυκίνη Α᾽φροδίτη.

Α᾽ΔΑΡΧΙ᾽ΔΑΙ [83], Λιβυκὸν ἔθνος, [84] ὡς Η᾽ρόδοτος.

Α᾽ΕΡΙ᾽Α [85], ἡ Α᾽ιγυπτος, παρὰ τ ἀέρα. καὶ γὰρ ἠερέεσσαν αὐτὴν φασιν. οἱ οὖν ἔνοικοι, ἀέριοι, καὶ ἀερῖται, ὡς τ ἀέρος ἡρωικῆς. ἐπὶ [80] καὶ

A ADROTTA, genere neutro, eſt oppidulum in Lydia maritimum, & præruptо loco ſitum. Incolæ Adrottenſes dicuntur. A neutris in A deſinentibus Lydi & Cariæ incolæ gentilia deducunt, quæ in ος terminantur. Poteſt etiam eſſe Adrottenus; talis enim Aſianorum formatio eſt, & hoc modo indigenæ B dicunt.

ADRYMES, Adrymetis, urbs Libyæ, quæ maſculino & fœminino, & neutro genere ita dicitur. Ab [heroe] aliquo Adrymetus appellata eſt, genitivo in nominativum traducto. Et C gentilitium eſt Adrymetius, uti Berytius. Sed præſtat dicere Adrymes, & indè Adramyſius. Nominativi enim quæ à genitivo formantur, citra poëticam locutionem, rariſſimi ſunt.

D ADRYX, uti Eryx, genere maſculino, Syracuſanorum urbs eſt. Gentile indè dicitur Adrycinus, uti Erycinus à genitivo Erycis: & Adrycina, uti Erycina Venus.

ADRYMACHĬDÆ, gens Libyca, uti E Herodotus perhibet.

AERĬA, ita olim Ægyptus ab aere dicta fuit; qua de cauſa eam ἠερόεσσαν nominant. Homines indè Acrii nominantur. Dicitur etiam Acrites, à genitivo Acris, Acria

dictum fuit; quia ipſa urbs *Adria* primum *Atria* vocabatur. Vide Plinium lib. III, cap. XVI. *Atrianorum paludes; quæ ſeptem maria appellantur; nobili porta oppidi Toſcorum Atria: à quo Atriaticum mare ante appellabatur; quod nunc Adriaticum.*

76 Α᾽δρόττα, ᾰδετέρως χωρίον ἐν Λυδίᾳ.] Suidas etiam neutro genere & plurali numero hujus loci mentionem facit. Ἐνοίκησις Α᾽δραμυττηνῶν σκήψεως ἐπιστρατεύσαντος τ ἐν Α᾽δραμυττίῳ τ ἀνεψιόν, ἃ καὶ ἐν Λυδίᾳ. ἐγράφη μελίτωνι. Ita hic locus eſt legendus, quem ſua verſione ſatis futili & ridicula Portus adhuc multò magis deformaverat, qui ita eſt vertendus, ut commodum inde ſenſum percipiamus. *Exſtephani Aphrodiſienſis Sophiſtæ Adrumetis, quæ in Lydia ſita fuit, mutatione ſui ex claro incolæ. Scripſit exercitationes.*

77 Τῶν γὰρ εἰς α ᾰδετέρων πω παῖς Λυδοῖς τ καὶ Καρίων οἰκοῦσι, χωρὶς τῶν εἰς ος ὅπου τ ἐθνικῶν.] Hæc ſunt corruptiſſima & mutila. Scriberem, licet in MSS & omnibus editionibus aliter invenerim; πλὴν εἰς α ᾰδετέρων, παρὰ τοῖς Λυδοῖς τ καὶ Καρίων οἰκοῦσι, χωρὶς τῶν εἰς ος ὅπου τ ἐθνικῶν ποιεῖ. Sic loqui ſolet noſter Epitomator; quare huic emendationi lectiones minimè reclamaturos eſſe puto.

78 Α᾽δρύμης, Α᾽δρύμητος, Λιβύης πόλις.] De ſitu hujus oppidi videndus Ptolemæus lib. IV. cap. III. Plinius lib. VI. cap. XXXVI. Tam varias hæc oppidi nomen habet formas, quam auctores reperiuntur, qui de illo mentionem faciunt. Ptolemæus: Α᾽δρύμητος κολπος. Strabo, Α᾽δρύμης. Plutarchus in Catone Min. Α᾽δρυμᾶς genere fœminino. Appianus in Punicis: ἐς Α᾽δρύμητα Λιβύης κατάρατον πόλιν. Adeò ut verum ſit apud Græcos omni genere nomen uſurpatum fuiſſe, uti Stephanus perhibet. Apud Latinos reperitur *Adrumetum*, *Adrumetus*, & cum adſpiratione *Hadrumetum*. Salluſtius in bello Jugurth. *Adrumetum*, *Leptim*, *aliaſque urbes in ora maritima condidere*, nempe Phœnicum colonix. Et Iſidorus Orig. LXIV. cap. V. *Byzacium regio in duabus nobiliſſimis urbibus nomen ſortita eſt, ex quibus una Adrumetum vocatur.* Et apud Æthicum in Aſiæ deſcriptione, aliiſque cum adſpiratione legitur.

79 Κέκληται δὲ ἀπό τινος Α᾽δρύμητος.] Urbium etymologias à Numinibus, vel ab Heroe Græci deducunt. Magnus Scaliger, & ex eo Druſius, Calaubonus aliique in Reprehenſ. Strabon. [illegible] & Acherontis oſtium explicant, quaſi *Adrumentum* idem eſſet quod Hebraïs חצרמות. Verum hæc refutavit Bochartus in ſuo Phaleg. pag. 522. & 523, & ſpecioſiora in medium produxit, quæ ibidem legi poſſunt.

80 Καὶ τὸ ἐθνικὸν Α᾽δρυμήτιος.] Latini differunt, & alio modo gentile efferant. Spartianus in Didio Juliano circa principium. *Avus paternus Inſuber Mediolanenſis: maternus ex Adrumentina colonia.* Aſt ſine N in antepenultima habet antiqua inſcriptio apud Sanctium. COLONIA CONCORDIA ULPIA TRAJANA AUG. FRUGIFERA HADRUMETINA.

81 Καὶ Α᾽δραμύσιος.] Illud gentilitium puto eſſe corruptiſſimum, & debere legi Α᾽δρυμήτιος.] Præter hæc duo gentilia à Stephano jam producta, tertium reperitur in voce Τανίτ, nempe Α᾽δρυμητανός: ſed eſt profligatiſſimum, uti ſuo loco demonſtrabimus.

82 Α᾽δρυξ, ὡς Ε᾽ρυξ, ᾰρρενικὸν.] Voſſianus codex: Α᾽δρυξ, ὡς Ε᾽ρυξ, ᾰρρενικῶς. Vide Cluverium in antiquæ Siciliæ deſcriptione pag. 363.

83 Α᾽δαρχίδαι, Λιβυκὸν ἔθνος.] Sic libri ſcripti & editi exhibent, attamen hic locus eſt corruptiſſimus, uti docet vir incomparabilis I. Voſſius in commentariis ad Scylacem Caryandenſem, quique eum ita emendat Α᾽δρυμαχίδαι, Λιβυκὸν ἔθνος. Hujus gentis meminit & Silius lib. IX:

Et Maſſyla acies, & ferro vivere Latum
Vulgus Adrymachidæ.

84 Ὡς Η᾽ρόδοτος.] Locus Herodoti quem Epitomator reſpicit, exſtat in Melpomene. Utuntur iiſdem fermè moribus quibus Ægyptii. Veſtem geſtant quales & alii Libyes, uxores eorum in utroque crure armillam æream. Eadem capitis comam alunt: quarum quæque ſuos quos capit pediculos pramordet, atque ita abjicit. Hoc illi ex Libybus ſoli faciunt: ſolique virgines nupturas regi exhibent, & quæ illi placuerit, eam devirginat.

85 Α᾽ερία ἡ Α᾽ίγυπτος.] Fuit hæc vetuſtiſſimum Ægypti nomen, uti liquet ex Euſebii Chronico ſub Moſis tempora, & ſic appellabatur antequam Ægyptus diceretur. Παροικεῖ δὲ ἡ Α᾽ίγυπτος πρὸς Βυβλίους Α᾽ιγύπτιος ἐπὶ ἔτη ρκεπτακόσια τῶν χρόνων Λίγυπτος τῆς ἰδίας ἐπικλήσεως, ἣ πρότερον πᾶς Ε᾽θνους Α᾽ερία ἐκλήθη. Sed hunc locum multo auctiorem produxit eruditiſſimus Schelius in ſua imaginate de Vitulo

[88] καὶ Κελτικὴ πόλις Ἀερία, ὡς Ἀπολλόδω- A
ρος [87] ἐν χρονικῶν πρώτῳ. [88] ἔστι δὲ ἄλλη
Κρήτης οὐκ ἀσήμου, ἡ ἐλέγετο νῆσος Ἀερία,
[89] ἡ Ἰδαία, [90] ἡ Δολιχὴ, διὰ τὸ μῆκος.
ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

ΑΖΑΝΙΑ [91], μέρος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ B
Ἄζανος τοῦ Ἀρκάδος. οἱ οἰκήτορες Ἀζανεῖς,
[92] καὶ Ἀζῆνες. καὶ Ἀζάνιος, καὶ Ἀζανία, καὶ
Ἀζάνιον. [93] Εὔδοξος δὲ ἐν ἕκτῃ γῆς περιόδου
φησὶν, [94] ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας, [95] ἣ τοὺς γευ-
σαμένους ὕδατος, οἴνου μηδὲ πάνυ ἡσυχίου ὄζειν C
οὐκ ἀνέχεσθαι. [96] εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτε τὰς Προιτίδας ἐκάθαιρεν, ἐμβαλεῖν
τὰ φάρμακα. ἔστι δὲ μοῖρα τῆς Ἀρκαδίας
ἡ Ἀζανία. διήρηται δὲ εἰς τρία, Παρράσιος,
Ἀζᾶνας, Τραπεζουντίους. καὶ ἔχει ἡ Ἀζανία D
πόλεις

Aeria item est urbs Celtica, uti refert Apollodorus Chronicorum quarto. Est & alia Cretæ, non ignobilis, quæ insula Aeria, & Idæa, & Doliche ob longitudinem nominabatur. Gentilitia habet eadem.

AZANIA, pars Arcadiæ, quæ ab Azane Arcadis filio ita dicta est. Incolæ vocantur Azanenses, & Azanes. Dicitur item Azanius, & Azania, & Azanium, Eudoxus verò in sexto de circuitu terræ hæc refert. Fons quidam est in Azania, quæ efficit, ut ejus aquam gustantes, vini odorem ferre non possint. In hunc Melampodem medicamenta purgantia injecisse ajunt, quando Proetides purgabat. Azania autem pars est Arcadiæ, quæ in tres divisa est; nempe in Parrhasios, Azanes, & Trapezuntios. Habetque Azania urbes

de Vitulo aureo. Βασιλεὺς ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ (Armais regis) ὁ Αἴγυπτος κατέφθειρεν ἔτη ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν Ἀπίδος τοῦ βοὸς μόνου τοῦ ἱεροῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἰδίου ἀνελόντα ἢ τις αὐτόχειρ Μεμφίτης, παρ' Ἕλλησι δὲ Ἀπόλλων ὀνόμαζον. Hoc est. *Rannesses frater Armais Ægyptus dictus, regnum ebrimnis in Ægypto annos* LXVIII. *Regionem à suo nomine Ægyptum, quæ prius in Mestræa, Græcis vero Aeria nuncupata est, denominavit.* Hoc nomine Ægyptum insignivit Apollonii Scholiastes ad hæc poëtæ verba, quæ exstant lib. prim.

---- Ἠ ῥα πολυλήϊος αἶσα Πελάσγου.
Πυρρὸ τὸ μάλιστον νῆσος ἔχεν ἐρατεινὴ. ἔστι γὰρ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ Ἠλείου φασίν. Vide etiam Stephanum in voce Αἴγυπτος.

[89] Καὶ Καλλιὰ πόλις Ἀερία.] Unde oppidum illud, situm in Narbonensi Gallia, nomen habet, docet Strabo lib. IV. ita enim ille: εἰσὶ δὲ ἐν τῷ μεταξὺ πόλεις Ἀουενίων, ἥ τε Ἀρασκὸν, καὶ Ἀερία, τῷ ὄντι φησὶ Δημοσθένης Ἀερίαν, ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἱδρῦσθαι μεγάλην. Hoc est. *In medio sunt urbes Avenio, Arausio, Aeria, vereè (ut ait Artemidorus) sic dicta, quod sita est celsissimo loco.* Hujus oppidi etiam meminit Plinius lib. III. cap. IV.

[90] Ἐν ἑρκυνίοις πυκάζῃσι.] Salmasius in recentioribus MSS invenit, Ἐν ἑρκυνίοις δέλτοισι.

[91] Ἔστι δὲ καὶ Κρήτης.] Imo sic olim ipsa Creta appellata fuisse infra ipse testatur Stephanus. Plinius lib. IV. cap. XII. *Dejadæ eam à Creta nympha Hesperidis filia, Anaximander a rege Curetum, Philyssides, Mallotes Crates primum Aeriam dictam, deinde postea Curetin: & Macaron nemorosi à temperie cæli appellatam existimavere.* Hesychius qui se passim in oppidorum situ & nominibus imperitum prodit, Cretam Asteriam nuncupatam fuisse testatur. Ἀστερία, ἡ Κρήτη δὲ ἡ Δίκτυννα ὑπὸ τινων ὀνομάζεται.

[92] Καὶ Ἰδαία.] Nomen illud Creta videtur accepisse à Nympha Ide, quæ cum Adrastea Jovem in isthac insula enutrivit, vel ab Ida monte altissimo, de quo Virgil. lib. III.

Creta Jovis magni medio jacet insula ponto,
Mons Ida illis ubi, & gentis cunabula nostræ.

Hinc de causa Aristophanes in Ranis Cretenses Idæ prolem nominat.

Ἀλλ' ἢ Κρῆτες Ἴδης τίκτει
Τοὺς τόξα λαβόντας, ὑπερμισεῖσαν.

Vide Stephanum in voce Κρήτη, & Strabonem lib. X.

[93] Καὶ Δολιχὴ, διὰ τὸ μῆκος.] Mirum est Stephanum hujus appellationis in voce Κρήτη non meminisse. De longitudine hujus insulæ lege Strabonem lib. X. Ipsa vox Δολιχὴ longitudinem denotat. Hesychius: Δολιχὴ, μακρὰ. Δολιχὸν, μακρὸν. Δολιχὸς, μακρὸς, ἢ μῆκος χρόνου. Fuerunt & alia loca quæ hoc nomine insignichantur. Vide Plinium lib. IV. cap. XII. & Stephanum in Γόρτυν.

[94] Ἀζανία, μέρος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἄζανος τοῦ Ἀρκάδος.] Ita habent codices scripti & editi: sed corruptè. Legendum est: Ἀζανία, μέρος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἄζανος τοῦ Ἀρκάδος. Nostræ emendationis fundamentum exstat apud Pausaniam in Arcadicis, ubi sic legitur. Τοὺς δὲ παῖδας, ὡς ἐκβήσεσθαι, διανεῖμαι Ἀρκὰς τρισὶ τὴν χώραν. καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀζᾶνος ἡ Ἀζανία μοῖρα ἀνομάσθη. Hoc est: *Ast filios jam adultis regionem in tres partes divisse, & ab Azane, Azania, quæ ei evenit pars, appellata est.* Lege etiam Scholiast. in Euripidis Orestem, & Eustathium ad Iliad. B. pag. 300.

[95] Καὶ Ἀζῆνις.] Scriberem, καὶ Ἀζῆνις. Strabo lib. VIII. Δοκεῖ δὲ παλαιότατα ἔθνη ἴσως τὰ Ἀρκαδικὰ τῶν Ἑλληνικῶν εἶναι, Ἀζᾶνές τε καὶ Παῤῥάσιοι, καὶ πάντες τοιοῦτοι. *Videntur autem Arcadica gentes esse vetustissimæ Græcarum Azanes & Parrhasii, & alii similes.* Ita quoque infrà referiberem, ἔστι κρήνη τῆς Ἀζᾶνος, pro ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας.

[96] Εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτε τὰς Προιτίδας ἐκάθαιρεν.] Vide pag. VIII. commentario 70.

[97] Ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας.] Legerem, ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας. Fontis nomen reticet Stephanus, quod expressum reperitur apud Ovidium Metamorph. lib. XV. & ab ipso *Clitorius* appellatur. Non convenit Stephanus cum aliis, affirmans hunc fontem vel locum, ubi Proetides purgabat Melampus, fuisse in oppido cui nomen est Λουσοί, πόλις Ἀρκαδίας, ὅπου Μελάμπους ἔλουσε τὰς Προίτου θυγατέρας, ἢ ἔνιοι τῆς μανίας. Alias profectò habebat vires hic fons circa Lusios: de quo Plinius lib. XXXI. cap. II. inquit. *At Lusii Arcadiæ quodam fonte muros terrestres vivere & conversari.* Hic igitur Clitorius fons nomen habuit ab oppido cui nomen erat Κλείτωρ teste Strabone, Vitruvio & Pausania in Arcadicis. Insigniter igitur errat Isidorus qui hunc fortem alibi in Italia collocat. Ita enim inquit. libro XIII. cap. XIII. De aquarum diversitate. *Ex Clitorio lacu Italiæ qui biberint, vini tædium habent.*

[98] Ἡ δὲ τὰς γαλαπιδήρους ἢ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὸ ὁπωσοῦν ἢ ὄσον ἀνέχεσθαι.] Xylander optimè sic restituit. Pessimè in Aldina & Florentina editione legitur: ἡ τὰς γαλαπιδήρους ἢ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὸ ὁπωσοῦν ἢ ὕδατος ἀνέχεσθαι. Ita mihi etiam codex Vossianus exhibuit, neque aliter Salmasius invenit in Palatinis. Xylandri lectionem esse probissimam evincitur ex aliis scriptoribus, Plinius lib. XXXI. cap. II. inquit. *Vinum tædio venire his, qui ex Clitorio lacu biberint.* Idem perhibet Ovidius cujus locum mox producemus. Neque ab his dissentit Etymologici Mag. auctor. Κλείτωρ, ὄνομα πόλεως, ἀπὸ τοῦ κλύω, Κλυτώριον, τοπικῶς δὲ οἱ νεώτεροι, ἐπὶ δὲ τῆς παρὰ τὸ πολύ τῆς πόλεως, ἐκ τοῦ γαλαπιδήρους, ἀπομορφοῦσι τὸ ὄνομα.

[99] Ἐις δὲ λέγουσι Μελάμποδα, ὅτε τὰς Προιτίδας ἐκάθαιρεν. &c.] Hunc fabulam habemus apud Apollodorum lib. II. & Ovidium lib. XV, cujus hæc sunt verba.

Clitorio quicunque fuit de fonte bevarit;
Vina fugit: gaudetque meris abstemius undis,
Seu vis est in aqua calido contraria vino:
Sive, quod indigenæ memorant, Amithaone natos,
Proetidas attonitas postquam per carmen & herbas
Eripuit furiis; purgamina mentis, in illos
Misit aquas: odiumque meri permansit in undis.

πόλεις ἑπταικαίδεκα, [97] ἃς ἔλαχεν Ἄζηλις. [98] ἔστι δὲ Μασσαλίας ἄλλη, ὡς Φίλων. A urbes septendecim, quas Azen obtinuit. Est & alia Massiliæ, uti Philo testatur.

ΑΖΑΝΟΙ [99], φρυγίας πόλις. Στράβων δωδεκάτῃ. [1] Τῆς δὲ Ἐπικήτου Φρυγίας Ἄζανοί τε εἰσι, καὶ Νακώλεια. οἱ πολῖται, Ἀζανίται. τὸ θηλυκὸν, Ἀζανίτης. [2] Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ καθολικῆς προσῳδίας τῆς αι διφθόγγου λέγων, Ἄιζηλις Ταντάλου παῖς. ἀφ' οὗ ἐν Φρυγίᾳ πόλις Ἄιζανοί. τινὲς δὲ Ἄζάνιον αὐτὴν φασιν. [3] Ἑρμογένης δέ φησιν, οὐ δεῖ οὕτως, [4] ἀλλ' Ἐξυάνην αὐτὴν καλεῖσθαι. λέγεται γὰρ περὶ τὸν τόπον ἀγροικίας εἶναι, λιμοῦ δὲ γενομένου, συνελθόντες οἱ πέριξ, ἔθυσαν [5] εὐφορείαν θηρεύσαντες. οὐκ ἀκουσάντων δὲ τῶν θεῶν, Εὐφορβὸν τὸν ἀλώπεκα, ὅ ἐστιν ἀλωπηξ, καὶ ἔχιν, ὅ ἐστιν ἐχῖνον, θῦσαι τοῖς δαίμοσιν. [6] ἐυαρεστηθέντων δὲ τῶν θεῶν, εὐφορίαν ἠνέγκαντο, καὶ τὴν γῆν πολυκαρπῆσαι. τοὺς δὲ περοίκους πυθομένους, [7] ἱερέα τε ἄρχοντα αὐτῶν σῆσαι. ἐξ οὗπερ καὶ [8] κληθῆναι πάλιν Ἐξυάνην. ὃ μεθερμηνευόμενον, ἔστιν ἐχινοαλώπηξ. ἔοικε δὲ μεταλλοιῶσθαι [9] ὁ ἐκ τοῦ ξυάνου τὸ Ἄζάνιον. ἔστι δὲ ὁμοιον τῷ Βυθηνίῳ, περὶ ὃ ἐρῶμεν. A Azanis, uti habet Strabo lib. XII. Et Azani, & Nacolia Phrygiæ Epicteti urbes sunt. Cives indè Azanitæ dicuntur; & fœmininum Azanitis. Herodianus in primo de Universali vult primam vocis syllabam per αι scribi, ita dicens: Æzen Tantali filius fuit, à quo in Phrygia urbs Æzani nomen accepit; quam aliqui Azanium appellant. Sed Hermogenes inquit: Non oportet eam hoc modo, sed Exuanum appellari. Narratur enim circa hunc locum villas esse quasdam; exorta autem fame, pastores, qui convenerant, pro vilitate annonæ sacrificia fecisse: Diis autem, non exaudientibus, Euphorbum ὁ ἐστιν ἀλώπεκα, quod vulpem, & ἔχιν, quod Echinum significat Dæmonibus sacrificasse: Diis autem placatis terram alimenti copiam & multos fructus produxisse; & accolas, cum hæc cognovissent, cum sacerdotem & ducem constituisse; & hac occasione urbem Exuanum appellatam fuisse, quod si interpreteris, Echinuvulpem denotat. Sed ex voce ἐξυάνου Ἀζάνιον transmutatum videtur; est autem Bythenio simile, de quo dicemus.

ΑΖΕΙΩΤΑΙ [10], ἔθνος Τρωάδος, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς περὶ Λυδίαν λέγει. ἔοικε δὲ τὸ πρωτότυπον Ἄζεια εἶναι, [11] ἵν' ᾖ ὡς [12] Μάρκια Μαρκιώτης. Ῥάφια Ῥαφειώτης. λέγονται δὲ καὶ Ἄζειοί. AZEIŌTÆ, gens Troadis, uti habet Hellanicus, qui res Lydiæ conscripsit. Primitivum verò Azeia esse videtur, ut sit tanquam Marcia Marciota, Rapheia Rapheiota. Verum dicuntur etiam Azei.

ΑΖΗΝΙΑ [13], ὡς Πλωθία, [14] Λυσία, δῆμος AZENĬA, uti Plothia, Lusia, populus

[97] Ἃς ἔλαχεν Ἄζηλις.] Lege indubitanter: ἃς ἔλαχεν Ἄζάν. nam indè genitivus Ἄζᾶνος, qui sæpissime occurrit apud Pausaniam in Arcadicis.

[98] Ἔστι δὲ Μασσαλίας ἄλλη.] Nemo quod sciam Geographorum aut Historicorum circa Massiliam oppidum hoc nomine collocavit. Ptolemæus lib. IV. cap. VIII. Azaniæ meminit, cujus hæc sunt verba: Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς χώρας, ἀνυδροτάτης δὲ τῆς Αἰθιοπικῆς ἐχούσης τὸν μέσον τόπον ἄκαρπόν τε καὶ ἄνυδρον χώραν, ἐπέχουσιν Ἄζανίαν τε καὶ Βαρβαρίτην. *Reliqua regionis, quæ occidentaliora sunt Æthiopum montibus, tenent post arenosam & aridam regionem, ii qui sunt Azaniam & Barbaritem.* Adeò ut hic Epitomatoris locus in mendo culpare videtur, apud quem forte legendum est: ἐν τῇ Αἰθιοπίας ἄλλη. Plinius Azanii maris meminit, quod inter Æthiopiam & Indiam citeriorem situm est. lib. VI. cap. XXIV.

[99] Ἄζανοί, Φρυγίας πόλις.] Oppidum illud à Ptolemæo, si locus sit sanus, lib. V. cap. II. Ἀζανὶς nuncupatur.

[1] Τῆς δὲ Ἐπικήτου Φρυγίας Ἄζανοί τε εἰσι καὶ Νακώλεια.] Sunt verba Strabonis, quæ leguntur libro ab auctore nostro citato. Sed pro Νακώλεια rescribendum est Νακόλεια cum O parvo, uti habet Strabo, & ipse Stephanus ubi de hac urbe loquitur.

[2] Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ καθολικῆς προσῳδίας τῆς αι διφθόγγου λέγων.] Sic omnes habent editiones, sed perperam. Salmasius in vetere Palatino legebat: Ἡρωδιανὸς ἀφ' οὗ τὰς αι ἐν διφθόγγῳ τίθησι λέγων, & addit hanc sine dubio veram esse lectionem. In Voss. inveni: Ἡρωδιανὸς ἀφ' οὗ τὰς αι ἐν διφθόγγῳ λέγων.

[3] Ἑρμογένης δέ φησιν.] Fortasse hic est, cujus Fl. Josephus lib. I. contra Apionem meminit. Scripserat enim περὶ Φρυγίας teste Apollonii Rhodii Scholiast. in lib. II.

[4] Ἀλλ' Ἐξυάνην αὐτὴν καλεῖσθαι.] Libri editi inter se non conveniunt, in Aldina ac Florentina editione habetur: ἀλλ' Ἐξυάζειν αὐτὴν καλεῖσθαι. Hæc lectio est corruptissima, quam Salmasius etiam in Palatinis codd. invenit. Perperam mihi codex Vossianus exhibuit, ἀλλ' ἐξυάζειν αὐτὴν καλεῖσθαι. Xylandri igitur lectionem approbamus, donec alius nobis meliorem demonstret.

[5] Εὐφορείαν θηρεύσαντες.] Quanquam hæc lectio tolerari posset, referiberem tamen, uti in Palatinis invenit Salmasius & nos in Vossiano: nempè, εὐφορίαν θηρεύσας: imo sine ulla dubitatione sic est legendum. Infrà paucis interjectis lineis eadem phrasis occurrit, & licet illo loco scripti & editi inter se nihil discrepent, simili tamen modo ibidem reponendum videtur.

[6] Εὐαρεστηθέντων δὲ τῶν θεῶν.] Vossianus cod. perperam: ἐυαρεστησάντων δὲ τῶν θεῶν: pro ἐυαρεστησάντων δὲ τῶν θεῶν.

[7] Τὸν ἱερέα καὶ ἄρχοντα αὐτῶν σῆσαι.] Codex Voss. ἱερέα καὶ ἄρχοντα αὐτῶν κατέστησαν. Quæ vera est loci lectio, quamque Salmasius in Pall. reperit.

[8] Καὶ κληθῆναι πάλιν Ἐξυάνην.] Sic edidit Xylander: sed aliæ editiones habent: καὶ κληθῆναι πάλιν ἐξυάνου. Et ita Salmasius, & etiam nos in scriptis codd. legimus.

[9] Ἐκ τοῦ ξυάνου τὸ Ἄζάνιον.] Ita constanter habent libri scripti & editi: sed sine dubio legendum, ἐκ τῆς ἐξυάνου τὸ Ἄζάνιον. Et ita hic locus cum antecedentibus conveniet.

[10] Ἄζηνίαν, ἔθνος Τρωάδος.] Fortassis idem est populus, de quo apud Hesychium. Ἄζηνίαν, ἔθνος Τρωάδος.

[11] Ἵν' ᾖ ὡς Μάρκια.] In Vossiano MS. ἵνα ᾖ ὡς Μάρκια.

[12] Μάρκια Μαρκιώτης, Ῥάφια Ῥαφειώτης.] Propriis suis locis Stephanus ab hisce vocibus alia gentilia formavit: à Μάρκια Μαρκιώτης & à Ῥάφια Ῥαφειώτης, de quibus postea agemus.

[13] Ἀζηνία, ὡς Πλωθία.] Sic reposuimus pro Ἀζηνίαν, ὡς Πλωθίαι, uti excusum est in Xylandri & aliorum editionibus. Sed pro Πλωθίαι ipse Epitomator suo loco habet Πλαθία. De hac tribu eadem legere licet apud Harpocrationem pag. 9. & Hesychium.

[14] Λυσία.] Xylander hanc vocem in ultima figurâ. Vide Stephanum in Ἀσσία.

δῆμος ἐν Ἀτθικῇ τῆς Ἱππωθωντίδος φυλῆς. A
[17] ὁ δημότης Ἀζηνιεύς, ὡς Ἐρχιεύς. [18] τὸ πτηνὸν, δῆλον.

ΑΖΙΛΙΣ [19], πόλις Λιβύης. [20] οἱ δὲ περὶ Σαλλούστιον, οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ καὶ ποταμὸν εἶναι. [21] τινὲς δὲ Ἄζιριν αὐτὴν B
λέγουσι τὴν χώραν. [22] Κάραξ δὲ Ἄξιρον λέγει αὐτήν. [23] ὁ πολίτης Ἀζιλίτης. [24] ὅτι πρωτοτύπων εἰς ις τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι, καὶ Ἀιγυπτίῳ. καὶ ὡς Κράμβους Κραμβίτης. [25] εἰ δὲ οὐδετέρως Ἄξιρον, τὸ ἐθνικὸν Ἄξιρις, ὡς Σιμωνίς.

ΑΖΩΡΟΣ [26], πόλις Πελαγωνίας, [27] τῆς λεγομένης Τριπολίτιδος, ὡς Στράβων, ἀπὸ τινος ἐκτισμένη Ἄζωρος. λέγεται δὲ πληθυντικῶς, ἐν Ἀζώροις. ὁ πολίτης Ἀζωρίτης ὡς D
Ἀλωρίτης. [28] πόλις δὲ Μακεδονίας ἡ Ἄλωρος. [29] Ἀρριανὸς Ἀζώριαν αὐτὴν φησιν. ἢ Ἀζωριάτης, [30] ὡς Βοττιάτης. ἢ Ἀζωρεύς, ὡς Ἀλεξανδρεύς.

ΑΖΩΤΟΣ [31], πόλις Παλαιστίνης. E
[32] πεύ-

lus Atticus Hippothoontidis tribus. Popularis Azenienſis dicitur, uti Ericeenſis. Locale manifeſtum eſt.

AZILIS, urbs Libyæ. Enimvero Salluſtius non urbem, ſed locum & fluvium eſſe perhibet. Quidam vero hunc locum Azirin, cum R nominant: ſed Charax cum Axirum nuncupat. Civis Azilites dicitur. Quando primitivum exit in ς, derivativum Libyco & Ægyptio loquendi modo in της terminatur, uti Crambutis Crambutites. Si autem genere neutro dicatur Axirum, gentile erit Axirenſis, uti Sumienſis.

AZORUS, urbs Pelagoniæ, Tripolitidis dictæ, uti Strabo perhibet, quæ ab Azoro quodam ædificata eſt. Plurali numero dicitur in Azoris. Civis Azorites vocatur, uti Alorites: (Alorus vero urbs Macedoniæ eſt, quam Arrianus Azoriam appellat.) ſive Azoriates, uti Bottiæates, ſive Azorenſis, uti Alexandrenſis.

AZOTUS, urbs Palæſtinæ, quam ali-

[17] Ὁ δημότης Ἀζηνιεύς, ὡς Ἀρχιεύς.] Scribendum ſine ulla dubitatione: ὁ δημότης Ἀζηνιεύς, ὡς Ἐρικεεύς. Stephano Ἐρίκεια eſt δῆμος Ἀττικῆς Ἱππωθωντίδος φυλῆς, cujus popularis dicitur Ἐρικεεύς. Mendum huic non diſſimile etiam apud Suidam in Ἀζηνιεύς occurrit, cujus locus ita eſt legendus: ἀφ' ἧς ὁ φυλέτης Ἀζηνιεύς, καὶ Ἀζηνιεῖς, καὶ Ἐρικεύς, καὶ Ἐλαιεύς: ubi nunc corruptè legitur, Ἐρχιεύς & Ἀλαιεύς.

[18] Τὸ πτηνὸν δῆλον.] In Palatinis Salmaſ. invenit: πτηνὸν δῆλον: & ita quoque Voſſianus exhibet.

[19] Ἄζιλις, πόλις Λιβύης.] Situm hujus oppidi manifeſtè indicat Herodotus lib. IV. Καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μασσυλίῳ λιμένα ἐστὶ, καὶ Ἄζιρις, πρὸς οἷς Κυρηναῖοι ὤικισαν. *Atque in continente eſt portus Maſſyliorum & Azirin, quam Cyrenæi incoluêre.* Sed notandum eſt oppidi nomen hic cum R ſcribi, quam ſcriptionem etiam Steph. ex aliis infra obſervavit.

[20] Οἱ δὲ περὶ Σαλλούστιον, οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ, καὶ ποταμὸν εἶναι.] Nomen Salluſtii ab auctore noſtro cum ſimplici lambda ſcriptum eſt, quod ſequioris ævi ſcriptoribus Græcis videtur facile familiariſſimum, nam ſimiliter etiam reperitur apud Anonymum in Olympiadum ἀναγραφῇ, quem L. Holſtenius in commentariis ad Cluverii Italiam eſſe Scaligerum ipſum ter affirmat. Conſtat tamen cum duplici lambda ſcribendum, quemadmodum legitur in MSS antiquiſſimis, & eſſoſſis lapidibus, uti jam aliis eſt demonſtratum. Hujus oppidi neque in bello Jugurthino, neque in Salluſtii fragmentis, aliqua exſtat memoria. Scholiaſtes in Callimachum ſcribit eſſe ὄρος & ποταμὸν Λιβύης.

[21] Τινὲς δὲ Ἄζιριν αὐτὴν ἔφη Κάραξ λέγουσι τὴν χώραν.] Sic ſcripſit Herodotus, uti paullò ante indicavimus, neque aliter Callimachus, Hymno in Apoll. cujus hæc ſunt verba.

---- Πρωτιστὰ δὲ νύμφας Ἀζιρὸν ἔναιον.

[22] Κάραξ δὲ Ἄξιρον λέγει αὐτήν.] Ptolemæus lib. IV. cap. V. in Nomo Marmaricæ ponit villam, quæ Ἄξυλις dicitur. Salmaſius ad Solinum eundem hunc affirmat eſſe locum, de quo ſit mentio apud Herod. lib. IV, cujus locum ſuprà in medium produximus.

[23] Ὁ πολίτης Ἀζιλίτης.] Optimè ſic reſcripſit Xylander pro ὁ πολίτης Ἀξιλίτης, quod exhibent codices ſcripti & editi. Sed à librariis non tantum, verum etiam ab ipſis ſcriptoribus hæ literæ ζ & ξ ſæpiſſimè confunduntur, cujus rei plurima apud Stephanum noſtrum exempla ſunt obvia: Ἄζηρις, πόλις Λιβύης πρὸς τῷ Σύρτι. de qua & alio loco inquit: Ἄξηρις, πόλις Λιβύης, quæ proreſus eadem cum priori videtur. Sic Τσπάζιον inſula Indica Ταπροβάνης ἐκαλεῖτο πρότερον antea per ξ ſcribebatur. Quod Ptolemæo Ζιλία, illud Stephano Ξιλία: & quod Joſepho Ζιφλών hoc Stephano Ξιφλών appellatur.

[24] Ὅτι πρωτοτύπων εἰς ις τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι, καὶ Αἰγυπτίῳ.] Hac lectione nihil inſulſius, nam manifeſtè nonnulla deſiderantur. Et cum nihil juvent MSS conjecturâ res peragenda eſt. Non incommodè legi poſſet: ὅτι τὰ πρωτοτύπωσιν εἰς ις, τὸ παραγωγικὸν τοῦ Λιβυκοῦ χαρακτῆρος & Αἰγυπτίου εἰς ιτης λέγει, ὡς Κραμβούσιος Κραμβούσιτης. Nihil hac noſtra emendatione firmius aut evidentius. Et quod pro & ὡς Κράμβους Κραμβίτης alia vocabula repoſuerim hæc eſt ratio, quod huic canoni non reſpondeant, magna enim differentia inter exeuntia in ις & ις conſpicitur.

[25] Εἰ δὲ οὐδετέρως, Ἄξιρον.] In Voſſiano MS inveni: εἰ δὲ οὐδετέρως, Ἄξιρος. Exigua hæc eſt mutatio & non magni momenti.

[26] Ἄζωρος, πόλις Πελαγωνίας.] In aliis editionibus eſt Πελαγωνίας, & etiam in MSS: neque aliter apud Strabonem & ipſum Stephanum, ubi de hac voce verba fecit.

[27] Τῆς λεγομένης Τριπολίτιδος, ὡς Στράβων.] Librum Epitomator non expreſſit: locus quem reſpicit exſtat lib. VII. Τριπολίτης γὰρ ὁ Πελαγωνίτης ἐστὶν, ἐν ᾧ Ἄζωρος κεῖται. *Nam Pelagonia cognomentum habet Tripolitidis, hoc eſt tribus conflantis urbibus, quarum una ſunt Azori.* Huc apprimè facit locus Livii Tripolim accurate deſcribentis lib. XLIII. cap. LIII. *Deinde ſalebrâ angustâ, ſuperatis montibus quos Cambunios vocant, deſcendit ad (Tripolim vocant) Azorum, Pythium, & Doliche moenia.* *Hæc tria oppida munitiſſima, quia obſides Lariſſæis dederant: nulla tamen præſenti metus indutiarum concepſerant.*

[28] Πόλις δὲ Μακεδονίας ἡ ἡ Ἄλωρος.] Vide Stephanum in voce Ἄλωρος, & noſtras obſervationes ad illum locum.

[29] Ἀρριανὸς Ἀζώριαν αὐτὴν φησιν.] In Voſſiano cod. Ἀρριανὸς Ἀζώριον αὐτὴν φησιν. Et ita quoque Salmaſius in vet. MS invenit.

[30] Ἢ Βοττιάτης.] Sic habent codices vulgati & ita etiam Salmaſius in recentiore MS invenit: in Vet. ὡς Καττιάτης, quam lectionem & mihi Voſſianus exhibuit, ſed videtur corruptiſſimum. Scriberem, ὡς Βεττιαιάτης, quod ſit à Βέττιαια: ſed præſtaret aliud reponere, quod magis conveniret.

[31] Ἄζωτος πόλις Παλαιστίνης.] Accuratum oppidi ſitum habemus apud Ptolemæum lib. V. cap. XVI: quem etiam obſervare licet apud Joſephum lib. XIII. cap. VIII. Antiq. Jud. & apud Plinium lib. V. cap. XIII: & apud Strabonem lib. XVI: ubi alio accentu notatur. Ἄζωτὸς ἡ Γάζης

[17] πώτου ἔκλασεν ἐκ τῶν ἐπανελθόντων ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης Φοινίκων. [17] καὶ ἔκτισε δι' αὐτοῦ καὶ γυναικὸς αὐτοῦ Ἄζας ὠνόμασεν, ὃ ἐστι χίμαιραν, διὸ Ἄζωτον μετέφρασαν. λέγεται δὲ θηλυκῶς. ἔστι δὲ ἄλλη πόλις Ἄζωτος Ἀχαΐας, ὁ πολίτης Ἀζώτιος, ὡς Βηρύτιος, Ἁλιάρτιος. καὶ θηλυκῶς. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Πελώρεια, [18] ἀπὸ τοῦ Σπαρτῶν ἑνὸς Πελώρου. καὶ ἀπὸ παιδὸς Ἀζώτου, Ἄζωτος.

ΑΘΑΜΑΝΙΑ [19], χώρα Ἰλλυρίας. ἔστι δὲ, Θεσσαλίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀθαμᾶνες.

ΑΘΑΡΡΑΒΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, ὡς δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν τρίτῳ. [20] Ἀθαρραβίτης νομὸς ἐν Αἰγύπτῳ. καὶ Ἀθαρράβεις πόλις. Ἑκαταῖος δ' ἐν δευτέρῳ περιηγήσεως, δι' ἑνὸς ρ καὶ διὰ μ, Ἀθαραμβίτης νομὸς, καὶ Ἀθαράμβη πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Ἀθαραμβίτης.

ΑΘΗΝΑΙ [21], πόλεις, καὶ μὲν Ὧρον, πέντε. κατὰ δὲ Φίλωνα, ἕξ. [22] ἡ ἐν Ἀττικῇ, [23] περὶ ἧς φησι Χάραξ, ὅτι ὁ Θησεὺς [24] πᾶς ἔνδεκα

A aliquis ex profugis, à rubro mari redeuntibus, ædificavit, & ab Aza uxore sua Azan, quæ vox capram denotat, denominavit, quam Azotum interpretati sunt. Et sic etiam genere masculino dicitur. Est item alia Azotus, quæ Achaïæ civitas est, cujus civis Azotius dicitur, uti Berytius, Haliartius: quæ etiam fœminini generis est. Vocabatur verò & Peloria à Peloro aliquo, qui unus ex Spartis fuit, & à filio Azoti, Azotus dicitur.

ATHAMANIA, regio Illyriæ; quidam vero Thessaliæ esse ajunt. Gentile Athamanes.

ATHARRABIS, urbs Ægypti, uti etiam testatur Herodianus in lib. III. Atharrabites præfectura, & urbs Atharrabis in Ægypto sunt. Hecatæus vero in secundo Periegeseos cum simplici R, & cum M scripsit. Præfectura Atharambites & urbs Atharambe. Gentile, Atharambitæ.

ATHENÆ, urbes secundum Orum quinque, secundum Philonem vero sex hoc nomine reperiuntur. De illa quæ in Attica est Charax refert, Theseum,

πώτου τῆς Ἀζώτου καὶ Ἀσκάλωνα τῆς ἐστι Δημήτρου παιδίου. *Jamnia Azoto & Ascalone dijat decentus ferè stadiis.*

[17] Τοῦτον ἔκλασεν ἐκ τῶν ἐπανελθόντων ἀπ' ἐρυθρᾶς &c.] Hæc, ut optimè observat doctissimus Bochartus in suo Phaleg pag. 823, merè sunt fabulosa. Stephanus Phœnices intelligit, quos ex mari rubro, id est Persico venisse antiqui credidérunt, quin Phœniciæ partem incolebant Samaritani è Perside advecti, uti legimus 2 Reg. XVII: 24. Sed hos Azotum condidisse, aut ab Aza denominasse manifestè falsum est. Azotus non est Phœnicum, sed Philistæorum oppidum, conditum multis sæculis ante Samaritanorum è Perside commigrationem. An autem primi Phœnices è mari Rubro venerint egregiè disputat idem Bochartus ejusdem libri pag. 759. quem legisse non pœnitebit.

[17] Καὶ ἀπὸ δὲ γυναικὸς αὐτοῦ Ἄζας ὠνόμασεν, ὃ ἐστι χίμαιραν, διὸ Ἄζωτον μετέφρασαν.] Phœnicibus quidem עזה *aza* dici potuit, uti etiam עז Hebræis. Sed in Hebraica scriptura עז ex *capra*, & אשדוד *Asdod*, id est, Azotus, nihil quicquam simile aut commune habent. Vide Bochartum loco antea allegato.

[18] Ἀπὸ τῶν Σπαρτῶν ἑνὸς Πελώρου.] Respicit Epitomator fabulam de Cadmo, qui jussu Minervæ Draconis dentes sevit, unde Spartæ sunt enati, qui armati è terra exoriebantur. Hi mutuam inter se pugnam inierunt, ex quibus quinque superfuerunt: quorum nomina exstant apud Apollodor. lib. III. Περιεσώθησαν δὲ πέντε. Ἐχίων, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Ὑπερήνωρ [lege Ὑπερήνορος] Πέλωρ. Ubi etiam observandum in casu recto dici Πέλωρ & apud Stephanum Πέλωρος. Scholiastes ad Apol. Rhodii lib. tert. vers. 1178. eandem fabulam ex Hippia Delio & Pherecyde referens, etiam Πέλωρ scripsit. Sed apud Pausan. in Bœoticis est Πέλωρος, qua terminatione quoque expressum reperitur apud Hyginum Fab. CLXXVIII.

[19] Χώρα Ἰλλυρίας. οἱ δὲ Θεσσαλίας.] Neminem inter hibasicos aut Geographos hactenus inveni, qui Athamaniam Illyriæ attribuit, omnes Thessaliæ, non longè ab Oëta monte, uti Strabo lib. IX. testatur. Nomen accepit hoc regio ab Athamante quodam qui illic oberravit, postquam proprium filium occidisset. Etymologici Mag. auctor: Ἔνιοι δὲ πεῖσαι τὸν Θεσσαλὸν ἐκβληθῆναι Ἀθαμανίας, ἀφ' οὗ ἐκεῖνον τὸν Ἀθάμαντα πλανηθῆναι μετὰ τοῦ φονεύσαντος τὸν ἴδιον υἱὸν Χλίαρον. Sed referibendum est Λυκόφρων, uti liquet ex Apollod. lib. I. Hygini fab. prima, & ex Pausaniæ Atticis.

[20] Ἀθαρραβίτης νομὸς ἐν Αἰγύπτῳ.] Hujus præfecturæ meminit Plinius lib. V. cap. IX. Quid sit Nomus nemo melius dixit quam Epiphanius in hæresi Basilidianorum.

Oppidum apud sanctum prophetam Esaiam de Ægyptiaca civitate alicujus, puta Taneos, vel Memphis, vel Bubastis nomis scriptum aliquid reperies, id Ægyptiace circumscribentem cujuscunque civitatis agrum significat. Et ab Epiphanio non dissentit Cyrillus Alexand. qui in commentariis ad cap. XIX. Esaiæ ita scribit. Ὥστε ἐστὶν ἐπὶ πόλιν, καὶ νομὸν ἐπὶ νομὸν πολλαχοῦ τοῖς ἁγίοις. Νομὸς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς τὴν Αἰγυπτίαν χώραν οἰκοῦσι πόλις, καὶ αἱ κύκλῳ αὐτῆς, καὶ αἱ ὑπ' αὐτὴν κῶμαι. καὶ σύμπασα παρ' αὐτοῖς ἡ παιδεία φησί. Hoc est: *Ita ut civitas in civitatem, & nomus in nomum insurgat. Nomus autem dicitur Ægypti incolis unaquæque civitas, cum vicina regione, & pagis qui ei subsunt, voce apud eos pervulgata.* Sed an vox *Nomus* sit Græca aut Ægyptia, adhuc sub judice lis est; qua de re vide Casaub. ad Strabonem.

[21] Ἀθῆναι.] Non semper à Græcis plurali numero effertur celeberrimi hujus oppidi nomen, uti observare licet ex Eustathii Παρεκβολῇ ad lib. pr. Homeri pag. 119. Sic enim inquit. Νῦν δὲ τὸν ἑνικὸν, ὅτι τὸν παρὰ τοῖς πολλοῖς τοιοῦτον Θέσβιον, πολυθρυλούμενον Θέσπις φασί. καὶ ἴδια πολλὰ τοιοῦτον διαφορήματα καὶ ἄλλα. Ἀθήνας δὲ τὰς πόλεις, καὶ Ἀθήνη Διϊσκαφὴς. καὶ Κρόκος ὁ Κρόνος. καὶ ἀκριτόμυθον Μάλιστα. καὶ ἄλλα. Hujus profectò rei exempla non passim sunt obvia: & si omninò occurrant, non temere imitanda videntur. Suidas tamen in Ἀθήνησι meminit oppidi cujusdam Laconici, quod singulari numero Ἄθηνα dicebatur. Non opus est ut diu in emodanda nominis etymologia desudemus; nam unicuique imo & pueris est notissimum nomen accepisse παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν. Quoniam Minerva tanquam tutatrix urbis sive arcis, in qua fanum ei extructum erat, præ cæteris Diis deabusque ibidem culta fuerit. Vide Servium ad Virgil. aliosque.

[22] Ἡ ἐν Ἀττικῇ.] Atticarum antiquitatum peritissimus Joh. Meursius specialem de Athenis tractatum reliquit.

[23] Περὶ ἧς φησι Χάραξ.] Scriptor hic est satis notus, de quo alias egimus. Sed quæ Stephanus ex Charace refert, etiam apud Plutarchum in Theseo leguntur. Et Cicero lib. II. de Legibus inquit: *Atticos Theseus ex agris, & in astu quod appellatur, omnes se conferre jussit.* Vide etiam Thucydidem lib. II.

[24] Τὰς ἰδίους πόλεις.] Alii scriptores duodecim oppida enumerant. Etymologici Mag. auctor in voce Ἀθηναῖος πόλεις κεκριμένοι εἰκοσίν, αἵτινες Κικέρων συναγαγὼν

ἑνδεκα πόλεις, τὰς ἐν τῇ Ἀττικῇ, συνοικίσας εἰς Ἀθήνας, [39] Συνοίκια ἑορτὴν κατέστησε. ὁ πολίτης, Ἀθηναῖος. ἡ θεὸς Ἀθηναία λέγεται μονηρῶς. [41] λέγεται δὲ ὅτι γυναικὸς, [42] ὡς ἄλλοι μὲν πολλοί. Φιλήμων δ' ἔτως ἐν Περυσίῳ,

Νυνὶ δ' ὅταν λάβῃ τὶς εἰς τὸ εἰκάσαι
[43] Τὰς Ἱππονικὰς τάσδε, καὶ Ναυσιστράτας,
Καὶ Ναυσινίκας, τὰς Ἀθηναίας λέγω.

Δίδυμος δέ φησιν ὅτι Ἀθηναίας λέγουσιν, ἀντὶ τοῦ Ἀττικάς. [44] ὁ δὲ Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνήν, καὶ θαυμάζει πῶς [45] ὁ Φερεκράτης ἀττικώτατος ὢν, [46] χρῆται. [47] Ἄττας δὲ τὰς γυναῖκας ἔλεγον, ἐπὶ μὲν τὸ μὴ δυνάσθαι λέγειν Ἀθηναίας, ἀλλ' ἐπειδὴ τοὺς ἄνδρας Ἄττας ἐκάλουν. [48] πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι πόλεις εἶπον καὶ τοὺς πόλεις εὑρεῖν ἱστόρησαν, [49] ὅθεν καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν,

Theſeum, qui undecim urbes, quæ in Attica erant, Athenas commigrare fecerat, feſtum Conſociationis inſtituiſſe. Civis vocatur Athenæus, & in fœminino genere Athenæa: Verum Dea Athenæa per excellentiam ita appellatur. Dicitur autem etiam de muliere, uti multi alii exiſtimant. Sic enim Philemon in Ala loquitur.

Nunc vero, quando quis domum duxerit
Haſce Hipponicas & Nauſiſtratas
Et Nauſinicas, Athenienſes dico.

Aſt Didymus inquit, quod Ἀθηναίας loco Atticas dicant. Phrynichus vero ait vocem non eſſe Atticam: & mirum ipſi videtur, quo pacto Pherecrates, qui linguæ Atticæ fuit peritiſſimus, ea uſus ſit. Mulieres autem nominabant Ἄττας, non ea de cauſa, quod nequirent dicere Athenæas, ſed quia viros Ἄττας appellabant: Athenienſes enim omnium primi ἄστη oppida & urbes inveniſſe narrantur; unde etiam ſuam arcem pro-

---

γὰρ κατῴκισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα. Totidem etiam enumerat Strabo lib. IX. hiſce verbis: Φασὶ Φιλόχορόν τε Κέκροπα αὐτὸν εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ παλαιόν. αἱ δὲ εἰσὶν αὗται Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἀφίδνα, Θόρικος, Βραυρὼν, Κύθηρος, Σφηττὸς, Κηφισία, Φάληρον. πλὴν ὅτι ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συνῳκίσθησαν αἱ πολλαὶ τοῦ Θησέως. Sed facillimo negotio diſſidium hoc componi poteſt: Stephanus undecim urbes Athenis inquit fuiſſe additas; Strabo autem & Etymologus traduut duodecim in unam coactas, quod certè eodem redit: nam inter duodecim etiam Athenæ debent recenſeri, quibus tunc temporis Cecropia nomen erat.

[39] Συνοίκια ἑορτὴν κατέστησε.] Refert Plutarchus Theſeum ea occaſione, qua populum Atticum vicatim & ſparſim habitantem in unam urbem comanigrare coegit, *Minoa*, id eſt *feſtum Demigrationis* inſtituiſſe; non tamen Plutarchi aut Stephani ſententia à vero aberrat: nam populus ex agro in urbem commigraturus *Demigrationis feſtum*, & jam unica in urbe ſimul habitans *feſtum Conſubernii, ſive Conſociationis* celebravit.

[40] Ἡ δὲ θεὸς Ἀθηναία λέγεται μονηρῶς.] Peperit mihi difficultatem quandam vox μονηρῶς, cujus primitiva & puerorum. Sed non puto noſtrum reſpicere modum quo Minerva ſit nata, quæ ſola ſolum ſui generis auctorem Jovem agnoſcit. Non memini hanc vocem legiſſe nili apud Arrianum in Periplo maris Erythræi: οὐ γὰρ μονηροῦς λίθους ἐπιφαίνεις πόλεσιν ἐμοὶ φαύλους γίνεσθαι. *In qua regione præcipue* (id eſt ἀστυγειτόνως potiſſimum vel principaliter) thus peraticum plurimum & præſtantiſſimum naſcitur. Adeo ut apud noſtrum pro καλὸν ἔξοχον ſumi videatur.

[41] Λέγεται δὲ καὶ γυναικὸς.] Auctor noſter in ea videtur verſari opinione, ut Ἀθηναία de muliere Attica uſurpare ſit permiſſum, & ad hujus rei confirmationem ex Philemone teſtimonium in medium producit. Hoc pro vero conſtat Athenienſes ut plurimum fuiſſe religioſiores: adeò ut non facile homini, etiamſi eminenti loco conſtituto, de cultu divino quidpiam detulerint: nam cum Demades decreto ſtatuiſſet, ut Alexander eſſet Deus decimus tertius, tam indignè illud tulerunt, ut eum hanc ob cauſam centum talentis mulctarint. Quemadmodum Judæis & deinde nobis, verum ſupremi numinis nomen rebus creatis attribuere, quid dicam attribuere, imò & temerè in os ſumere nunquam fuit licitum, ita Athenienſes ſummum nefas & ſacrilegium ducebant, ſi quis mortalium propriò Dei Deæve nomine inſigniebatur. Euſtathius ad Iliad. A. pag. 84, non negans Atticas mulieres etiam Ἀθηναίας fuiſſe dictas, varias ibi adfert rationes, quare etiam alia nomina ſortita ſint, cujus verba, quia apprimè ad rem faciant, huc adſcribam. Γράφει δὲ ἐν παραγωγικοῖς καὶ παλαιὸς, ὡς λελεύκανται παρ' Ἀθηναίαν γυναῖκα, ἐπεὶ καὶ παιδίον Ὀνομάκριτος Ἀθηναίου ἦν. Ἀθηναῖος. εἰκὸς γὰρ φασι, Ἀθηναῖον. ἐκεῖ δὲ Θεσσαλὸν, ἐκ μέσου ἄστεος Θεσσαλία, ἔστιν δὲ Ἀττικὴ γυνὴ Ἀθηναία. ἀλλαὶ ἐπιχωρίους γυναῖκας Ἀττικὰς. τὸ γὰρ Ἀθηναία, ἴδιον ἀστυγειτόνως εἴρηται. ἔστι δὲ ὅτε καὶ πολίτιδος. ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἀστῶν ἐπιφέρεται. καὶ ἐπὶ τῶν ἀστικῶν ἐγκωμιάζουσι, καὶ ἐπὶ ἄλλων ἀναγκαίως Θήβαι πόλεσι. Multa præterea addit ex Lexico Pauſaniæ & Ælii Dionyſii, quæ ibi commodius legi poſſunt.

[42] Ὡς εἴποι μᾶλλον καὶ Δυσ. Φιλήμων &c.] Præter Philemonem, quem citat hoc loco Stephanus, à Suida etiam alii in voce Ἀθηναίας producuntur, nempe Pherecrates, Cantarus, Diphilus, Pindarus & etium Philemon, apud quos omnes hujus vocis, ſcil. Ἀθηναία, fœminis Atticis attributæ frequentiſſimus fuit uſus. Hujus comici etiam exſtat mentio apud Phrynichum in Βυσὸς, & apud Heſychium in Γῆς: fuitque comicus Syracuſanus, filius cujuſdam Damonis, novæ comœdiæ ſcriptor. Floruit ſub Alexandri regno paulò ante Menandrum. Scripſit comœdias circiter XC, quarum multæ citantur Athenæo, qui hujus tamen, quæ Stephano dicitur Πηρίφορος & Suidæ Μίμος, non meminit.

[43] Τὰς Ἱππονικὰς.] Hi poſteriores verſus etiam apud Suidam exſtant, ſed pro Ναυσιστράτας ibi Λυσιστράτας legitur.

[44] Ὁ δὲ Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνὴν.] Phrynichus in ecloga Atticarum dictionum nullam hujus rei, quod ſciam, mentionem fecit.

[45] Φερεκράτης.] Hujus comici meminit Phrynichus in vocabulo Σκαφεῖον. Θέλων φησὶν ὁ χρησιμολόγος εἰπεῖν παρὰ Φερεκράτει, λαρὸν. Lege quoque Suidam & alios.

[46] Χρῆται.] Legerem: χρῆται τῇ λέξει: vel χρῆται τῇ φωνῇ, quod vocabulum paulo ante præceſſerat.

[47] Ἄττας δὲ τὰς γυναῖκας ἔλεγον, ἐπὶ μὲν τὸ μὴ δυνάσθαι λέγειν Ἀθηναίας, ἀλλ' &c.] Vide Stephanum in voce Ἄττα. Præterquam quod Athenienſium mulieres Ἀττικαὶ & deinde Ἀθηναῖαι appellitabantur, certum eſt eas quoque Ἄτταις nominatas fuiſſe. Euſtath. ad Iliad. A pag. 84. ita ſcribit. ἔστι δὲ ἐξαίρετον καὶ Ἄττης, ὅτι Ἀττικὴ γυνὴ εἶπε, Ἀθηναῖον λέγειν, τὸν δὲ ἐπιχώριον ἐκ τοῦ τὴν ἴδιον μόνον Ἀθηναῖον καλεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ πολίτην. Ἀθηναῖος, ἐπεὶ καὶ ἐπὶ πολιτῶν, ἔστι συνώνυμος εἶπεν. Ἀττικίζουσι Ἀθηναῖοι γυναῖκα εἶπον. Ἄττας δὲ τοὺς Ἀθηναίους γυναῖκας ἔλεγον, ἐκ τοῦ ἀνδρας Ἄττας.

[48] Πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ἄστη & τοὺς πόλεις εὑρεῖν ἱστοροῦσι.] Hyginus Fab. CLXIV. *Inter Neptunum & Minervam cum eſſet certatio, qui primus oppidum in terra Attica conderet, Jovem judicem ſumpſerunt* &c. *Itaque Minerva ex ſuo nomine oppidum Athenas condidit, quod oppidum in terris dicitur primum conſtitutum.* Lege etiam Epitomatorem noſtrum in Ἄστυ: & Apollodorum de Diis lib. III.

[49] Ὅθεν & τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν ἀκρόπολιν ἐκάλεσαν.] Athenienſium arcem Thucyd. Urbem appellari teſtatur: lib. II. inquit. Καλεῖται δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν τοῦτο τὸ ὄνομα & ὑπὸ Ἀθηναίων μόνων. Ex eodem libro ait. Τὸ δὲ ἀρχαῖον πόλιν καὶ τὴν νῦν, πᾶσαν λέγει. Vide etiam lib. V. Etymologici mag. aut bar in Διάπολια, πόλιν τὴν ἀκρόπολιν λέγουσι. Præter jam allegatos lege Pauſaniam

αὐτῶν, πόλιν ἐκάλεσαν κυρίῳ ὀνόματι, [10] ὡς Ἀριστοφάνης,

Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον,
Εἶτα σεμνὴν Παλλάδος κλεινὴν πόλιν.

ἐλέγοντο δὲ καὶ πατρωνυμικῶς τύπῳ, ὡς Ἄβρων ἐν τῷ περὶ πατρωνύμων, ὅτι εἰσὶ δισσαὶ προσηγορίαι παρὰ ποιηταῖς, ἀπὸ τε τοῦ πατρὸς, καὶ ἀπὸ οἰκήσεως. [11] Ἁλικαρνασσεῖς μὲν Ἀνθηϊάδαι, [12] καὶ Φαλανθιάδαι, οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο, ἀπὸ τοῦ Δημοσθένους παρ' αὐτοῖς. [13] Ἀθηναῖοι δὲ Κοδρίδαι, καὶ Κεκροπίδαι, Θησηΐδαι, Ἐρεχθεΐδαι. [14] καὶ πάντας γε τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἐπιμορφὰς ἐνόμιζον. [15] δευτέρα, πόλις Λακωνική. τρίτη, Καρίας. [16] τετάρτη, Λιγύων. πέμπτη, Ἰταλίας. [17] ἕκτη, Εὐβοίας, Δίαντος κτίσμα, ὡς Ἔφορος τρίτη. Ἄβαντος δὲ γίγνονται παῖδες, Ἀλκὼν καὶ Δίας, καὶ Ἀρέθουσα. ὧν ὁ μὲν Δίας κτίσας πόλιν, ἔτως ἀπὸ τοῦ πατρὸς ὠνόμασεν. ὁ μὲν-

proprio nomine urbem vocabant, uti testatur Aristophanes.

Primò quidem Solem adoro,
Deinde castæ Palladis celebrem urbem.

Cives verò etiam patronymica formatione nuncupabantur; nam uti Abro in denominativis perhibet, duplices apud poëtas denominationes habent, & à patria, & à conditore. Hac igitur de causa Halicarnassenses Antheadæ, & Tarentini Phalanthiadæ appellabantur; Athenienses vero Codridæ, Cecropidæ, Theseidæ, & Erechtheidæ; talesque appellationes, à clarioribus patriæ viris desumptas, usurpabant. Secunda est urbs Laconica: Tertia, Cariæ: Quarta, Ligurum: Quinta, Italiæ: Sexta Eubœæ, à Diante condita, uti Ephorus lib. III. tradidit. Abantis autem liberi fuerunt Alcon, & Dias, & Arethusa, quorum quidem Dias, cum urbem exstruxerat, ita à patria appellavit. Civis

in Atticis, & Aristidem in Panathenaico. Tanta olim hujus arcis fuit excellentia & dignitas, ut eam & in eo memorabilia speciali tractatu & quindecim libris Heliodorus Atheniensis, ac Polemon quatuor libris accuratissime describerint, qui injuria temporis omnes interierunt. De Polemone lege Strabonem lib. IX. Marcellinum de vita Thucydidis, Athenæum lib. IX, Harpocrationem in Νιμφῶν χορός, aliosque. De Heliodoro habemus apud Athenæum lib. VI. & IX, & apud Harpocrationem in Θεσπιεῖς: in Νίκη Ἀπτέρως: & in ἀσπάλακας.

[10] Ὡς Ἀριστοφάνης.] Hi versus exstant apud Aristophanem in Pluto Act. III. Scen. 3. sed in vulgatis ejus codicibus locus paulo aliter legitur, nempe hoc modo.

Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον,
Εἶτα σεμνὴν Παλλάδος κλεινὴν πόλιν.

Verum quidem est hosce versus suis constare numeris si hoc modo legatur, sed Stephani lectionem, quæ neque ipsa metri lex laditur, vulgatæ facillimè præfero. Tota quidem Attica Palladi erat sacra: sed quin Stephanus hisce verbis probare nitiatur Athenienſium arcem antiquis urbem sive πόλιν nominatam fuisse, in qua Palladis simulachrum erat erectum, suo tempore hic non poterat legere κλεινὴν πόλιν. Imo tanto magis vulgatæ lectioni diffido, quia post hos versus mox subsequatur:

Χαίρουσι πόλεσι Κεκροπῶν,

Nam χώρα & πόλις fermè ejusdem sunt significationis: adeo ut manifestum observare liceat differentiam, si hic legatur κλεινὴν πόλιν: ita olim Athenienſium Arcem dictum fuisse, ex aliis auctoribus antea probavimus.

[11] Ἁλικαρνασσεῖς μὲν Ἀνθηϊάδαι.] Differunt libri scripti & editi. Vossianus codex habet: Ἁλικαρνασσεῖς μὲν Ἀνθηΐδαι. Et vulgati Xylandri editionem præcedentes: Ἁλικαρνασσεῖς μὲν Ἀνθηΐδαι. Halicarnassenses à poëtis etiam Antheadæ appellabantur secundum Pausaniam lib. II. ab Antha quodam, qui Neptuni filius fuit. Πολιοῦς δὲ ἔστιν ἱερὸν, ἐς δὲ κτίσαι τὸν Τροιζῆνα πόλιν, Ἁλικαρνασεῖ τῇ Καρίᾳ, καὶ Μυσίᾳ ἀνῆκαν οἱ ἐγχώριοι ἀπ' Ἄντου τοῦ Ἄνθα. *Mollis autem postea annis ex Trœzene in coloniam missi, Halicarnassum in Caria, & Myndum condiderunt qui ab Antha Anthæ filio originem ducebant.* Et paulo ante expressis verbis refert Antham Neptuni filium fuisse. τοῦ δὲ ὕστερον χρόνοις ἀφικομένου ἐκ Τροιζῆνος, ἄρξαι Ὑπερήνορα τὸν Ἄνθα, τοῦτον δὲ νίκην Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης Ἀπολλῶνος γενέσθαι. Sed ut verum fatear vox illa Ἄνθα videtur in mendo cubare, nam ab nomine ejusmodi terminationis patronymicum Ἀνθηΐδαι non commodè deducimur, uti ex Stephano deinde fiet manifestum, cum ad vocem Ἁλικαρνασσεῖς pervenerimus.

[12] Καὶ Φαλανθιάδαι οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο.] Aldina & Florentina habent: Καὶ Φαλανθηΐδαι, καὶ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο. Præfero tamen Xylandri editionem quam sequimur. Sic Tarentini antiquitus etiam appellabantur à Phalantho quodam Spartano; nam ut refert Servius ad Æneid. lib. III. *Lacones & Athenienses diu inter se bella trastarunt, & quum utraque pars affligeretur, Lacones quibus juventus deerat, præceperunt ut virgines eum quibusdam comeum berent, factumque est ut post sedata bella juvenes incertis parentibus nati, & patriæ & sibi essent opprobrio (nam Parthenias eos dicebantur) accepto duce Phalantho oriundo ab Hercule profecti sunt, delatique ad breve oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius fabricaverat.* Ab eo igitur Phalantho, qui oppidum illud valdè auxit, Tarentini Phalantiadæ dicti sunt. Consule etiam Pausaniam in Phocicis, & Strabonem lib. IV. & Justinum lib. III. cap. IV. ubi dux ille malè *Palantus*, & nati ex promiscuo fœminarum concubitu, non rectè *Parthenie* vocantur.

[13] Ἀθηναῖοι δὲ Κοδρίδαι, καὶ Κεκροπίδαι, Θησηΐδαι, Ἐρεχθεΐδαι.] In antecedentibus auctor dixerat, quo nomine cives Athenienſes vulgò appellarentur, nunc varios adfert modos, quibus à poëtis patronymicè sint insignii: tam plurima hujus rei exempla apud poëtas sunt obvia, ut ea producere non sit necesse. A Codro igitur ultimo Athenienſium rege, qui se pro patriæ salute certissimæ mortis objectavit, Codridæ, à Cecrope Cecropidæ, à Theseo Theseidæ, & Erechtheo Erechtheidæ dicti sunt. Vide Eustath. ad Iliad. B. pag. 285. qui totidem penè verbis hæc ex nostro auctore transcripsit.

[14] Καὶ πάντας γε τὰς κλήσεις τὰς ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἐπιμορφὰς ἐνόμιζον.] Sic libri scripti & editi exhibent: sed corrupta sine dubio lectio: referibendum videtur, καὶ πάντας γε τὰς κλήσεις τὰς ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἐπιμορφὰς ἐνόμιζον. Et similiter paulo ante dixerat. Καὶ Φαλανθιάδαι, Ταραντῖνοι ἐλέγοντο, ἀπὸ τοῦ Δημοσθένους παρ' αὐτοῖς.

[15] Πόλις Λακωνική.] Hujus oppidi Laconici meminit Suidas. Ἄθηνον, ἐν τοῖς Ἀθήναις. Ἀθὴν δὲ πόλις Λακωνικὴ. *Athenæ, in Athenis. Athenæ verò in singulari sunt urbs agri Laconici.*

[16] Τυμίγον. Λιγύων.] Salmasius in Pall. reperit: τυμίγον Λιγύων, & ita mihi exhibuit Voss. cod. quam lectionem etiam Aldina & Florentina profitentur. Videtur legendum: τυμίγον. Λιγυὶς, uti Λιβυσσὶς. *pelle Libyssidos ursæ*, apud Virg. Forte hanc intelligit, quæ à Plinio lib. III. cap. IV. Athenopolis dicitur.

[17] Ἕκτη Εὐβοίας, Δίαντος κτίσμα.] Strabo libro X. in Eubœæ descriptione hujus oppidi meminit, & Eusebius in Chronico, cui loco multa videntur excidisse: & forte ita in integrum est restituendus, si legatur hoc modo, Ἔκτη Ἄθηνα ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἢ Δίαντος πόλις ἐν Εὐβοίᾳ

ὁ πολίτης Ἀθηναῖος, καὶ Ἀθηναϊκός. τὰς δ' Ἀθήνας καὶ Διάδας λέγεσθαι. ἑβδόμη, Ἀκαρνανίας, ὡς Δημήτριος. Ἀθηναῖοι [58] ἐν τῇ Κυρήτιδι κτίσαντες πόλιν, Ἀθήνας προσαγορεῦσαι. [59] τὴν δὲ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κυρῆτιν ὠνόμαζον. [60] ὀγδόη, Βοιωτίας, ἡ ἐκ τῆς λίμνης ἀναφανεῖσα μετὰ τὸ πρότερον ὑπακλυσθῆναι καὶ κοπιῶδες, ὅτι [61] Κράτης αὐτὴν διεπόρθμευεν. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις, ὡς τινες μέν φασιν, Ἀθῆναι. ἄλλοι δὲ Ὀρχομενὸς, ὡς οἱ Βοιωτοί. ἔστι δὲ ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ χωρίον Ἀθῆναι, ὡς Ἀρριανός. ἔστι δὲ ἱερὸν αὐτόθι Ἑλληνικόν.

ἈΘΛΙΒΙΣ [62], πόλις Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Ἀθλιβίτης. [63] Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείου, ἐν τῇ πρὸς Ἀδριανὸν [64] γραφῶν διὰ τοῦ ρ, φησὶν Ἀθριβίς. [65] ὕστω καὶ Στράβων. ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Ἀραβίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀθλιβίτης.

ἈΘΜΟΝΟΝ [66], δευτέρως, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. τὸ μέντοι Ἀθμονῆζε, καὶ Ἀθμονῆσι, δοκεῖ δεῖσθαι τοῦ Ἀθμόνη εἶναι. τὸ ἐθνικὸν, Ἀθμονεύς. τὸ θηλυκὸν, Ἀθμονίς. ἐν τόπῳ, Ἀθμονοῖ. καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως δῆλα.

ἈΘΥΜΒΡΑ [67], πόλις Καρίας πρὸς Μαιάνδρῳ, Ἀθύμβρου κτίσμα. ἡ τις μετὰ ταῦτα Νύσσα ἐκλήθη. τὸ ἐθνικὸν Ἀθυμβρεύς, τῷ λόγῳ τῶν Καρικῶν.

[95] Ἀλαμανοὶ, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον.] Sic plerumque Græci scribunt hujus gentis nomen, excepto Zosimo, qui ut puto minus recte Ἀλαμῶνοι habet: pro quo Latini scriptores *Alamanni* & *Alemanni* usurpant. Alemannos non fuisse Germanos satis evinci potest ex hoc Stephani loco, qui gentem Germanis finitimam esse affirmat. Idem etiam indicat locus Eustathii ad Dionysium: τὸν Γερμανὸν, ὡς δὲ Ἀλαμανὸν πρόσχωρον, λόγῳ λαῷ φύλα. Ad antiquam hujus populi sedem quod attinet, de ea optime judicat Cluverius lib. III. cap. IV. Germaniæ antiq. eam fuisse inter Moenum, Rhenum ac Danubium: & ii Alemanni non fuerint Germani, nulli certe alii esse possunt quam Γαλάται illa ἔθνη Strabonis inter Danubium & Rhenum, & quos Gallos vocat Tacitus *Decumates agros* inter eosdem amnes exercentes. Huc directo quoque facit ipsum Alemannorum nomen, de cujus etymologia veriorem testem habere nequimus, quam eum, qui origini gentis sive transmigrationi è Gallia in Germaniam, fuit proximus: de quo sic Agathias lib. I. Οἱ δὲ Ἀλαμανοὶ, εἰσὶ μὲν Ἀσσυρίου Κυαξάρου ἔτεσι πάνυ γε Γαλατῶν, καὶ τοῦ Γερμανικοῦ τε ὀνόματος ἀπηλλαγμένοι, ξυνάλυδες ἅτε δὴ ξυμπαντὶ ἐκ μεγάλου, καὶ τῶν ἄλλων [illegible] αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία. *Alamanni, si Assyrium Quadratum fingi liceat, hominem Italum, & qui res Germanicas accurate conscripsit, convenæ sunt, & miscellanei homines, quod & appellatio eorum lingua indicat.* Nam All omnem significat & Man hominem; unde Alemannen.

[96] Ὡς Ἡρόδοτος.] Vide Herodotum lib. III. & VII. Sed posteriori loco gentis nomen duplici lambda exaratur. Ἀλλαρόδιοι δὲ οἱ Σάσπειρες, καθάπερ Κόλχοι ἀποτετμημένα ἐφαλλόμενοι. *Alarodii & Sasspires eodem quo Colchi ornatu militabant.*

[97] Ὄρος Ἀρμενίας.] Constanter ita legunt codices scripti & editi, sed minus recte: scribendum est: ὄρος Σαρματίας, uti manifeste colligitur ex Eustathio ad versum 305. Dionysii Alexand. Ὅτι Ἀλανοὺς ὄρος Σαρματίας, ἀφ' οὗ τὸ ἔθνος οἱ Ἀλανοὶ ἔσχον ἐπώνυμον. Et Marcianus Heracleota in periplo inquit. Ὁ δὲ Γαῖος παράμικτός ἐστι τῇ Ἀλάνῳ ὄρει Φρίξῃσι. Παραπλεῖ δὲ τὸ, τὸ ὄρος ὃ καὶ χάσμα τοιοῦτόν ἐστι πολὺ ἔσωθεν τὸ τοῦ Ἀλανῶν Σαρματῶν ἔθνος.

[98] Ἄλβα, πόλις Ἰταλίας.] Ad situm oppidi quod attinet, nemo de illo accuratius scripsit quam Dionys. Halicar. lib. I. hisce verbis: Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν οὐ τοῖς ἐκπεπτωκόσιν ἐχθρὰς ἦγεν. Δίκαιον δὲ φαίνεται, αὐτὸς ἔφη ὁ λόγος προσαναλύσαι, πρότερον ἀπέχοντα αἰτιῶνται. καὶ δὴ ἔκτισε πόλιν ἐν τόποις τοιοῖσδε, ἀποδειλιῶν αὐτὸν ποιοῦμαι. *Verum hæc evenerunt postea: olim cum ædificaretur, apud montem & lacum exstructa est; ita ut medium inter utrumque obtineret spatium: ac veluti muri uterque urbem tuebantur, ne facile caperetur.* Ex hisce verbis urbis situs minime ignorari potest, uti observat Cluverius, quando & mons hodieque exstat, & idem lacus. Mediam inquit Dionysius fuisse urbem inter montem & lacum; idque tam arcto spatio, uti hinc lacus inde mons vice murorum esset. Hoc sine nullo pacto de hodierno oppido *Albano*, in via Appia mille passus ab Aricia distito, intelligi potest, ut quod duo millia passuum ab lacu & locis inter hunc & montem sitis abest. Fuit ergo Alba ad orientalem lacus ripam supra jam dictum oppidum *Albanum*, in iis tumulis, qui medii inter montem & lacum intercedunt.

[99] Ἣν ἔκτισαν οἱ ἀπὸ Ἀσκανίου Λαβινίᾳ Λατῖνοι, Τρῶες ὄντες.] Conditor hujus urbis fertur Ascanius, Æneæ filius, cognomento Julus, quem alii ex Creusa in Troade, alii ex Lavinia, Latini filia, Lavinii genitum tradunt. Virgilius lib. V. Æneid.

Hunc murem, hos cursus, atque hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Retulit, & priscos docuit celebrare Latinos.

Huc etiam pertinet locus Livii dicentis: lib. I. *Ascanius abundante Lavinii multitudine, florentem jam, ut tum res erant, atque opulentam urbem matri, seu novercæ reliquit. Novam ipse aliam sub Albano monte condidit: quæ ab situ porrecta in dorso urbis Longa Alba appellata. Inter Laviniam & Albam Longam, coloniam deductam, XXX. ferme interfuere anni.* Sed veriores certioresque Albæ Longæ conditores apud Dionys. Hal. lib. II. circa initium reperiuntur.

[1] Ἔστι δὲ καὶ ἡ Ἄλβα κατ' Ἐμάθειαν, λίμνη.] Ultima vox apud Epitomatorem adjective sumenda est. Ad promontorium Sallentinum sive Japygium in Calabria oppidum hoc nomine collocatur, sed nihil ad rem facit. Ab alba fue, ut negantur Grammatici aliique, urbs nomen accepit. Aurelius Victor de origine gentis Romanæ: *Ascanius completis in Lavinio XXX. annis, recordatus novæ urbis condendæ tempus adcrevisse ex numero porcorum, quos peperat sus alba, circumspectis diligenter finitimis regionibus, specularetur montem editum, qui nunc ab ea urbe, quæ in eo condita est, Albanus nuncupatur, circumstetit communiit; eamque ex forma, quod ita in longum porrecta est, Longam, ex colore suis Albam cognominavit.* Vide etiam Varronem de re rust. lib. II. cap. III. & de ling. Lat. lib. IV.

[2] Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἄλβας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις.] Constanter ita legunt codices scripti & editi, sed nondum latet in hisce verbis, quod neque subodoratus est vir doctissimus in epistolis criticis, ubi aliquot errores ex Eustathio auferre nititur. Nemo aut Græcorum aut Latinorum hunc amnem hoc nomine insignivit, quare cum Cluverio legendum existimo: Ἔστι δὲ ποταμὸς Ἄλβουλα, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις. Antiquissimum illud est mendum, & quod tempore Eustathii codices Stephani omnino obsederat. Nunc quidem in Henrici Steph. editione male Ἄλβαλα excusum est, ita enim scribit Archiepiscopus ille ad Dionysium: καθ' ὃν ὁ Τίβερις, Ἄλβαλα πρὶν ὀνομαζόμενος, ἴσως ῥοπικῶς: sed in notis ad Dionysium observavit, in quibusdam codicibus Ἄλβας, quod ex Stephano haustum est, reperiri, ex qua scriptura imperiti librarii tandem ad Latinam terminationem Ἄλβαλα finxere. Tiberis igitur antiquis temporibus à Græcis Ἄλβουλας dicebatur, teste Dionysio Hal. lib. I. Unde Latini suum *Albula* formarunt. Plinius lib. III. cap. V. *Tiberis; ante Tybris appellatus; & prius Albula.* Virgil. lib. VIII. Æneid.

[1] Τιβερῖνος ὁ βασιλεύσας ἐν αὐτῷ ποταμός. λέγε) καὶ Ἀλβή. ὁ πολίτης, Ἀλβανός· ὡς καὶ [2] οἶνος Ἀλβανὸς, ἡδύς τις καὶ καλός. [3] λέγε) καὶ Ἀλβανὸς ἐν Ἰταλίᾳ τόπος, [4] ἐν ᾧ ἱεροποιίας ἐγένοντο. [5] καὶ λίμνη Ἀλβανός. [6] ἔστι καὶ Ἀλβὴ πόλις Κρήτης. τὸ ἐθνικὸν Ἀλβαῖος, ὡς Θηβαῖος. A

ΑΛΒΑΝΙΑ [7], χώρα πρὸς τοῖς ἀναπολιτικοῖς Ἴβηρσιν.

ΑΛΒΙΩΝ, νῆσος Βρεττανική. [8] Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. τὸ ἐθνικὸν, Ἀλβιώνιος. B C

ΑΛΓΙΔΟΣ [9], πόλις Ἰταλίας. [10] τὸ ἐθνικὸν Ἀλγίδιος, ὡς Τενέδιος, Ἀραδιος.

ΑΛΕΑ [11], πόλις Ἀρκαδίας· Θεόπομπος πεντηκοστῇ ἕκτῃ. ἔστι καὶ Θεσσαλίας, καὶ ἄλλη Καρπητανῶν, ἔθνους Κελτικοῦ. ὁ πολίτης Ἀλεύς, [12] ὁμοφώνως τῷ ὀνόματι, ὡς D

Tiberino rege, qui in eo interiit. Dicitur etiam Albe. Oppidanus inde Albanus, uti & vinum Albanum, quod perdulce eſt atque præſtans. Locus quidam in Italia etiam Albanus appellatur, in quo ſacrificia fiebant: & item lacus Albanus. In Creta quoque urbs Albe reperitur. Gentile dicitur Albæus, ut Thebæus.

ALBANIA, regio prope orientales Iberos ſita.

ALBION, inſula Britannica, cujus Marcianus in periplo meminit. Gentile, Albionius.

ALGIDUS, urbs Italiæ, cujus gentile Algidius dicitur, uti Tenedius, Aradius.

ALEA, urbs Arcadiæ, auctore Theopompo libro quinquageſimo ſexto: & Theſſaliæ, & alia Carpetanorum gentis Celticæ. Oppidanus dicitur Aleus, quod perinde ſonat ac conditoris nomen

Tum reges, aſperque immani corpore Tybris:
A quo poſt Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen.

Vide etiam Varronem de ling. Lat. lib. IV: Livium lib. I: Pompejum Feſtum: Iſidorum lib. XIII. Origin. cap. XXI. & Serviom ad jam allegatum locum Virgilii.

[1] Τιβερῖνος ὁ βασιλεύσας ἐν αὐτῷ ποταμός.] Legendum videtur: ἀπὸ Τιβερίου τοῦ βασιλεύσαντος ἐν αὐτῷ ποταμοῦ. Quidam de hoc rege mentionem facientes eum non *Tiberinum*, ſed *Tiberium* appellant, quod Salmaſius ad oram ſui Stephani reprehendit. Feſtus: *Albula Tiberis fluvius dictus ab albo aquæ colore: Tiberis autem à Tiberio Silvio, rege Albanorum: quod is in eo exſtinctus ſit.* Euſtathius ad Dionyſium pag. 50. Τιβερῖνος γοῦν μυθολογεῖται, ὡς βασιλεύσας Τιβέριος ἐν αὐτῷ ποταμοῦ. ἄλλοι τε ἱστορίαν βοῶσι, καὶ ὁ Δίων. Τιβερῖνον δὲ ἐν τούτῳ ἱστορία φησὶν, ὁ τοῦ Ἀνωνύμου, ἀλλ' ἐπέρου ἐξηγητοῦ. Verum alii, quotquot hujus regis meminere, omnes eum Tiberinum nuncupant. Sic etiam Anonymus in Hiſtoriarum Συναγωγῇ. Τιβερῖνος ἔστι ἐκεῖνος. Τιλλιήσιος δὲ ὁ ἐν μάχῃ πεσὼν τοῦ πεζικοῦ ἡγούμενος λέγει. πλησιόχωρος δὲ τοῦ ὄρους ἱστοριογράφος ἐκεῖνος τὸν ποταμὸν Ἀλβούλαν καλούμενον τὸ παλαιὸν τοῦτο.

[2] Οἶνος Ἀλβανός.] Vinum illud ſatis eſt notum. Dioſcorides lib. V. cap. X: ὁ μὲν ἐν Δικαίοις ἀγαθὸς τῶν ἐν Ἰταλίᾳ οἴνων Φαλερνικὸς καλεῖται. ὁ δὲ Ἀλβανὸς εὐθυγνώστου δεύτερος Φαλερνίου, ἡδύτερος. *Inter Italica vina, quod principem locum obtinet, Falernum vocatur. Albanum, quod craſſius Falerno, dulce eſt.* Vide etiam Strabon. lib. V: Columellam rerum ruſticar. lib. III. cap. VIII: & Dionyſ. Hal. lib. I.

[3] Λέγεται δὲ Ἀλβανὸς καὶ Ἰταλίᾳ τόπος.] Kircherus in veteris Latii deſcriptione contendit apud Stephanum reſcribendum eſſe: λέγεται δὲ Ἀλβανὸν καὶ Ἰταλίας ὄρος. Sed jam ante multos annos hunc Epitomatoris locum ita emendaverat Cluverius lib. III. Italiæ antiquæ, cujus ſcrinia reverendus ille pater paſſim compilavit.

[4] Ἐν ᾧ ἱεροποιίας ἐγένοντο.] Sic ex aliis editionibus & MSS reſcripſimus, pro ἐν ᾧ ἱεροποιίαι ἐγένοντο, uti perperam Xylandri exhibet editio. Hæc ſacrificia fiebant *Feriis Latinis* in monte Albano, quas totius Latii populus ibi celebrare ſolebat. Varro de ling. Lat. lib. V. *Latina feria dies conceptivus dictus à Latinis populis; quibus ex Albano monte ex ſacris carnem petere fuit jus cum Romanis: à quibus Latiuis Latinæ dictæ.* Livius lib. XXII. *Feriæ Latinæ Pontificum decreto inſtauratæ ſunt: quod legati ab Ardea queſti in ſenatu erant, ſibi in monte Albano Latinis carnem, ut ſolent, datam non eſſe.* Sed nemo antiquorum hiſce feriis, in monte Albano agitari ſolitas, accuratius deſcripſit quam Dion. Halicarnaſſeus lib. IV, quem legiſſe non pœnitebit.

[5] Καὶ λίμνη Ἀλβανός.] Lacus iſte Albanus prodigio quodam eſt celeberrimus. Vide Val. Max. lib. I. cap. VI: Plutarchum in Camillo, Livium lib. V: & Ciceronem lib. V. Divinationum.

[6] Ἔστι καὶ Ἀλβὴ πόλις Κρήτης.] Neminem hactenus quærendo invenire potui, qui minimam de hoc Cretæ oppido mentionem fecerit.

[7] Χώρα πρὸς τοῖς ἀναπολιτικοῖς Ἴβηρσι.] Optime hujus regionis ſitum docet Archiepiſcopus Theſſalonicenſis ad Dionyſii περιήγησιν pag. 97. Ἐπεὶ δὲ ὁ πόντος ὁ Ἀλβανοὶ, πλησιόχωροι, καὶ μαλεῶν πολιτικοὶ, μεταξὺ Ἴβηρας καὶ Κασπίου. Mela lib. III. cap. V. *Intus ſunt ad Caſpium ſretum Caſpii, & Amazones, ſed quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum Albani & Moſchi.* Eundem ſitum Albanis aſſignat Agathemerus lib. II. cap. VI: Τὰ πάντων δὲ τῇ Σαρματίᾳ πρὸς μὲν τὴν Βαλτικὴν ὁ Καλγάνις, πρὸς δὲ τὴν Κασπίαν ὁ Ἀλβανός, ἐς μεσόγειον κείμενος ὁ Ἴβηρας. Nomen habent Albani ab Albano flumine, uti quidam volunt: ſed Juſtinus Albanos Herculem ex Italia ab Albano monte ſecutos narrat, cum Geryone extincto armenta ejus per Italiam duceret, atque inde dictos.

[8] Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς.] Locus, quem forte reſpicit Epitomator, ita ſe habet: Ἀπηλιώτης πέφυκε ἡ τῆς Ἀλβίωνος πλευρὰ ἡ βορειοτάτη ἐπέχουσα. ἡ Ἀλβίων νῆσος ἡ Βρεττανικὴ πεποιημένη λόγῳ μὲν ἀρχαίου τοῦ ὀνόματος τοῦ κελτικοῦ Δουμνολεύκη ἐστί.

[9] Ἀλγίδος, πόλις Ἰταλίας.] A pleriſque Græcis Latiniſque ſcriptoribus oppidum *Algidus* dicitur, excepto Dionyſ. Halicarnaſſeo, à quo ejus nomen Ἄλγιδον dicitur, ita enim ille lib. X: ἀπέχει πόλεως Ἀλγίδου ἀφ' ἧς εἶπον τὰς τῶν Οὐολούσκων καὶ Αἰκανῶν ἐπιδρομάς. Et ita etiam appellatur à Procopio Gothicar. rer. lib. III. Oppidi ſitum non obſcure indicat Strabo lib. V. hiſce verbis: Ἄρχεται δὲ ἡ Λατίνη ἀπὸ τοῦ Ἀντίου, ἐν ἀριστερᾷ μὲν ἀπὸ θαλάττης ἐχούσῃ πλησίον Τύρρηνος. εἶτα Λανούϊον ἔχουσα ἐπὶ τοῦ ἰσθμοῦ, μεταξὺ Τάρακος πόλεως καὶ Ἀλβανοῦ ὄρους, κρημνὸν ὑπ' Ἀλγίδῳ παλαιῷ καὶ Πανδάτῃ παραβεβλημένον. Hoc eſt: *Incipit via Latina ab Appia, ad ſiniſtram ab ea prope Romam deflectens; ac ſuper Tuſculanorum montem tranſit, inter Tuſculum oppidum & montem Albanum: deſcenditque ad Algidum oppidulum & Pitilas diverſoria.*

[10] Τὸ ἐθνικὸν Ἀλγίδιος.] Romanis oppidani dicebantur ALGIDENSES. Nam Plinius lib. XIX. cap. V. inter genera raphanorum *Algidenſe à loco* ſic dictum refert.

[11] Ἄλεα, πόλις Ἀρκαδίας.] Plinius hoc oppidum inter mediterranea collocat lib. IV. cap. VI. Ejus etiam meminit Pauſanias lib. VIII. hiſce verbis: Μετὰ δὲ Στυμφαλὸν ἐστὶν Ἄλεα, σταδίοις μὲν Ἀγραύλου μάλιστα ἀπέχουσα δὲ αὐτοῦ. *Poſt Stymphalium Alea numeratur, Agraulo conventus particeps.*

[12] Ὁμοφώνως τῷ ὀνόματι.] Item Pauſanias in Arcadicis conditorem urbis Aleum appellavit: Ἄλεον δὲ τὸν Ἀφειδαντίδην ἔχουσι [illegible] Ἄλεον λέγοντες ὀνομάζειν. *Aleum Aphidantis filium conditorem celebrant.*

ὡς Δαρδάνιος. ἔστι δὲ ἄλλο ἐθνικὸν Ἀλεάτης, ὡς ἀπὸ Τεγέας Τεγεάτης. Ἡρωδιανὸς δέ φησιν, [17] ἀλέα ἐπὶ τῆς θερμασίας. [18] καὶ ἐστὶν δηλοῖ τὴν φυσικὴν, βαρυτόνως. [19] ἀπὸ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς, ὀξυτόνως. ἐχρῆν δὲ ἐν τέλει βαρύνειν. λέγεται δὲ τὸ Ἀλεᾶ, λέγεται καὶ Ἀλεαῖος.

A nen, uti etiam Dardanus. Sed & aliud gentile in uſu eſt, nempe Aleates, uti à Tegea fit Tegeates. Refert autem Herodianus vocem ἀλέα etiam de calore ſumi, & cum impenultima acuitur effigium denotare: verum ſi de Minerva accipiatur, in ultima eſſe acuendam. Sed oportebat in penultima accentu ſignari. Ab Aleo etiam Aleæus deducitur.

ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ [18], πόλεις ἐπωνυμίδεκα. πρώτη, ἡ Αἰγυπτία, ἥτις Λιβυστικὴ, ὡς εἰ πολλοὶ, [19] ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου. [20] Ἰάσων δὲ, ὁ τὸν βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν τέσσαρσι βιβλίοις, φησὶ. τὸν μὲν οὖν τόπον τῆς πόλεως ἐναρ [21] ἐχρηματοδοτήσῃ ἄνωθεν,

[22] Νῆσόν τις ἐπὶ πόντῳ ἐϊδρείῃ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,

Αἰγύπτῳ προπάροιθε, Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσιν.

ALEXANDRIA, urbes hoc nomine exſtant XVIII. Prima Ægyptia, ſive Libyca, uti multi tradidere, ab Alexandro Philippi filio ita denominata. Sed Jaſon, qui vitam Græciæ libris quatuor conſcripſit, refert: de urbis loco per inſomnium [Alexander] ejuſmodi oraculum accepit.

Inſula deinde quadam eſt in undoſo ponto,

Ante Ægyptum: Pharum autem illam nominant.

Ἐκέλευσε δὲ [23] διαγράφειν τὸ σχῆμα τοῦ χώρου

Deinde autem juſſit architectos formam urbis deli-

[17] Ἀλέα ἐπὶ τῆς θερμασίας.] Hac ſignificatione vocem uſurpant Magiſtri Græci. Etymologici Mag. auctor: Ἀλέα, ἡ θερμασία. ἀλέα λέγεται ὁ τόπος, ὁ ὑπὸ τοῦ ἡλίου θερμαινόμενος. παρὰ τὸ ἥλιος (ἅλιος γὰρ ὁ ἥλιος λέγεται) μεταφερομένου δὲ τοῦ ἅλιος τόπου θερμοῦ γίνεται. Proprie locus apricus, ſive ſole tepens Ἀλέα dicitur: nam ἅλιος Doricè Sol appellatur, qui communi lingua ἥλιος. Tranſfertur autem Ἀλέα & ad omnia loca colorem habentia. Heſychius: Ἀλέα, θέρμη, ἥλιος. Hinc ἀλεαῖος. θερμαίνας.

[18] Καὶ ἐστὶν δηλοῖ τὴν φυσικὴν, βαρυτόνως.] Etymologici Magni auctor: Ἀλέα, σκηπάνιον, ἀκροστόλιον. κοινὸς δὲ τὸ δηλοῦν τινὰς ὀνόματα. ἀλέα γὰρ ἡ θέρμη τὸ πυρός. Sed quomodo nugentur Grammaticorum filii in ejuſmodi rebus, facile eſt animadvertere, cum contrarium ſtatuat in voce Ἀλεᾶται, τὸ ἀκροτόμους ἢ σκολίους, ἀντὶ εἰς τὴν θερμασίαν ἐκ τῆς ψυχρᾶς διαφθοράς. Nobis ſatis ſit hinc probari poſſe τὸ ἀλέα, etiam effigium ſive vitationem denotare.

[19] Ἐπὶ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς, ὀξυτόνως.] De hac Minerva legendus Pauſanias in Arcadicis loco ſupra citato. Alex Minervæ ejuſque fani meminit etiam Herodotus lib. 1. cujus verba, quia de mendo ſunt ſuſpecta in medium producere & emendare non pigebit: Ἃς δὲ πέδας αὐτοὶ ἐν τῷσι ἐλήλιτο, ἔτι ἐς ἐμὲ ἦσαν κείμεναι ἐν Τεγέῃ, παρὰ τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης, περιφερόμενον. Quid audio? An Lacedæmonii compedes quibus vincti erant, circa templum Minervæ Alex, quod Tegeæ fuit, ſuſpenderent? Templum & ſimulachrum hujus Deæ non fuit Tegeæ, ſed Alex in Arcadiæ oppido, de quo hoc commate loquitur Stephanus: quare hæc verba ἐν Τεγέῃ, non ab Herodoti, ſed ab imperita librarii manu profecta, è textu expungerem, utpote qui Alean Arcadiæ civitatem ignorans, Minervæ Alex templo in Tegea locum aſſignavit, quia hic de Tegeatibus ſermo non obiturus inſtituitur. Verum ſi hoc non placeat, pro ἐν Τεγέῃ ſine ulla dubitatione ἐν Ἀλέᾳ referibendum eſſe nemo ibit inficias.

[20] Ἰάσων δὲ, ὁ τὸν βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν τέσσαρσι βιβλίοις.] Suidas etiam teſtatur ipſum ſcripſiſſe libros IV. de Græcia: qui præter Græciæ antiquitates, etiam res geſtas Alexandri Mag. complectebantur. Vide Voſſium de Hiſt. Græc. lib. II. cap. XII.

[21] Ἐχρηματοδοτήσῃ ἄνωθεν.] Alexandro in quiete ſpectrum oblatum oraculum hoc ediditſe, auctor eſt Plutarchus in ipſius vita, ubi eadem carmina, quæ à Stephano producuntur, legi poſſunt.

[22] Νῆσόν τις ἐπὶ πόντῳ &c.] Hæc quidem ipſum ſpectrum pronunciaſſe, ſive vir ille veneranda canitie, uti refert Plutarchus in vita Alex. Mag. ſed ex Homero ſunt deſumpta. Vide Odyſſ. Δ.

[23] Διαγράφειν τὸ χῶρον.] Qui ſpatium condendæ urbi deſignat, murorum ambitum circumſcribit, vias omnes ad lineam dirigit, ſitum ædificiorum publicorum delineat is proprie *urbem metari* dicitur. Plutarchus in vita Alexandri: Ἐπιὼν ὁ ῥαψῳδὸς δυὸ ἔφη τῶν ἀεὶ πάνυ ἐπαινουμένων ἐφάψασθαι, σπείσαντα διαγράψαι τὸ χώρισμα τῇ πόλει τῆς τότε σωκεφαλικῆς. Plinius de eadem hac Alexandria lib. v. cap. x: *Metatus eſt eam Dinocrates Architectus pluribus modis memorabili ingenio.* Et lib. VII. cap. XXXVII: *Dinocrates metatus eſt Alexandro condenti in Ægypto Alexandriam.* Neque aliter de metatione hujus urbis locutus eſt Euſtathius ad Dionyſium pag. 37. λέγεται δὲ ὅτι τὸν μέγιστον τῆς πόλεως ἐπιλανθανόμενοι κλῆδες, τὸ διαγράψαι, γῆν ἐπ' αὐτὸν ἀπέχθειν ἔλεγον, ἵνα χρεία ᾖ τῆς διαγραφῆς ἐκείνου τὸ σπουδῆς, ἀλφίτους δὲ διαγραφῆναι ἐκέλευον. Hoc eſt: *Narratur etiam, quando primum civitas ut ædificaretur inſtituta, ac metanda jam eſſet, creatum, qui ea* poſte-

λεχτὶ κλίνας. [16] ἐν ἔχοντες δὲ λευκὴν γῆν, A
ἀλφίτοις διέγραφον. ὄρνιθες ὃ καταπέτης,
τὸ ἀλφίτον αὐφνης διήρπασαν. παρεχθεὶς ὃν
Ἀλεξάνδρῳ, οἱ μάντεις θαῤῥοῦν ἔλεγον πάν-
των γὰρ τῶν πάλιν τροφὸν γίνεσθαι. [17] καὶ τοῦτο δ
Ἀρριανός. [18] ἐκαλεῖτο ὃ Ῥακῶτις, [17] καὶ Φάρος, B
[18] καὶ Λεοντόπολις, διὰ τὸ τὴν Ὀλυμπιάδα
γαστέρα ἐσφραγίδι λέοντι ἐκφῦναι. [19] ἐλέγετο
δὲ καὶ ἐξοχὴν πόλις, καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς· ὡς
ἄρα αἱ Ἀθῆναι, καὶ ἄρα οἱ ἀφικνούμενοι Ἀθηναῖοι,
[20] ὡς δὲ καὶ Ῥώμης λέγεσθαι ἔθος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ C
τῶν Ῥωμαϊκῶν [21] Σεβαστὴ, καὶ Ἰουλία, καὶ Κλαυ-
δία, καὶ Δομιτιανὴ, [22] καὶ Ἀλεξανδρεία. [23] τοῦ
δὲ συοικισμοῦ, τριακονταστάδιον ἄρουν ἐπὶ σταδίους
τὸ μῆκος, ἐπὶ δὲ τὸ πλάτος. ἡ δὲ ὅλη περί-
μετρος

delineare, qui cum cretam non haberent, polenta eam denotarunt: sed aves advolantes repente farinam surripuerunt. Quo augurio Alexandro obstupescenti augures animum dedere, affirmantes hanc urbem multorum alumnam esse futuram: Quod etiam Arrianus tradidit. Urbs hæc etiam Rhacotis dicta est, & Pharus, & Leontopolis, quia Olympiadis venter leonis imagine obsignatus fuit. Verum per excellentiam πόλις, & ex illa oriundi πολῖται dicebantur; quemadmodum Athenæ Astu, & Athenienses Ἀστοὶ & Ἀστεῖοι (id est cives & urbani) & Roma URBS appellabatur. In rebus Romanis etiam Sebaste, & Julia, & Claudia, & Domitiane & Alexandreia nuncupata fuit. Locus cohabitationi destinatus longitudinem triginta quatuor, & latitudinem octo stadiorum occupabat; totius autem urbis ambitus centum

sortatione ex mare uterentur, defuisse, itaque farina urbem notatam esse.

[16] Οἱ δὲ ἔχοντες δὲ λευκὴν γῆν, ἀλφίτοις διέγραφον. ὄρνιθες δὲ κ.τ.λ.] Apud diversos scriptores hæc historia refertur. Valerius Max. lib. I cap. IV. *Cum rex Alexander urbem in Ægypto conditurus vellet, Architectus Dinocrates cum cretam non haberet, polentaque futuræ urbis lineamenta duxisset, ingens avium multitudo proximo lacu emersa, polentam depasta est: quod sacerdotes Ægyptiorum interpretati sunt, advenarum frequentiam alimentis sufficturam urbem.* De hoc prodigio etiam scripsit Curt. lib. IV. cap. XXI. *Fama est, cum rex urbis futuræ muris polentam, ne Macedonum mos est, designasset, avium greges advolasse, & polentam esse passim. Eamque id omen pro tristi à plerisque esse acceptum; respondisse vates, magnam illam urbem advenarum frequentissimam culturam, multisque eam terris alimenta præbituram.* De hoc ominoso lege quoque Plutarchum in vita Alexand. Mag. & Strabonem lib. XVII.

[17] Τοῦτο δ' Ἀρριανός.] Exilimo Stephanum ipsum intelligere, qui de expeditione Alexandri Magni historiam posteris reliquit, quæque hodie omnium manibus teritur. Sed magis cum Plutarcho, Curtio, & Valerio Max. convenit, quam cum Arriano quem producit: nam nihil de avium advolantium grege è proximo lacu, quæ polentam depascebantur, commemorat. Historia apud Arrianum lib. III. ita se habet: Λίγεται δέ πως καὶ πάλαι τὸν λόγον, ὅτε κίσσαι ἦσαν. ἔδοξεν μὲν Ἀλεξάνδρῳ κτίζειν αὐτόθι πόλιν ἐπωνύμην ἑαυτοῦ τῇ γῇ τῇ τότε, ὅτε ἐγὼ δὲ ἀτε νέῳ γῇ ἐπιφέρων. ἐπεὶ δὲ πόλιν τινὰ ἐπιφέρεσθαι, ὅτε δὲ τὰ ἐξ ἀρχῆς ἀλφίτα οἱ ἐμπόρων ἐκ χώρας ξυνεσκευασμένα, ἐπιβάλλουσι τῇ γῇ, ἵνα αὖ ἡ βασιλεὺς ὑφηγεῖτο. καὶ ἐ πόλιν ἔστω ἐξοικοδομεῖσθαι τὸ ἐξ τῆς χώρας, ἅτε πόλει ἐπαίξ. τῶν δὲ ἐπιλειμμένων τοὺς μὲν πλείστους ἐς Ἀλεξάνδρειαν τὴν Τελμισσέων (ἐς δὲ καὶ τὰ πάλαι ἐν τῇ χώρᾳ ἐλέγετο) Ἀλεξάνδρου φάσιν, ἐνδαίμονα ἔσεσθαι τὸν οἶκον, καὶ τὰ ἄλλα, καὶ τῶν ὧν γῆς καρπὸν πίονα.

[18] Ἐκαλεῖτο δὲ Ῥακῶτις.] Ipse Stephanus: Ῥακῶτις, ἔστιν ἡ Ἀλεξάνδρεια ἀπόπροθεν ἰδεῖν. Ibi quidem Ῥακῶτις legitur, sed male. Strabo lib. XVII. partem Alexandriæ, navalibus imminentem *Rhacotin* appellavit. Καθιείσαν δ' ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ τὸν ἀποτεταγμένον τοῦ Ῥακῶτου, ἐ πολὺ μέρος τῆς Ἀλεξανδρείων πόλεως ἔστι μέρος. Plinius etiam hujus loci meminit, cujus verba lib. V. cap. X. ita sunt legenda, uti jam ab aliis est observatum. *Juxta Mareotin lacum, qui olim ante Rhacotis nominabatur.*

[17] Καὶ Φάρος.] Stephanus in isthoc vocabulo: Φάρος, ἐν ᾗ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἱδρύθη. Præter Stephanum neminem antiquorum habemus ea in re consentientem; neque puto id semper verum fuisse. Si Alexandria unquam Pharus fuerit dicta, id Ptolemæorum tempore factum est, cum Pharus continua mole, idque impensis Cleopatræ, Alexandriæ jungebatur. Nam Pharus prius octo stadiorum intervallo ab Alexandria aberat, & postea ponte cum oppido conjungebatur, uti testatur Cæsar lib. III. de bello Civil. *A superioribus Ægypti regibus, in longitudinem passuum* DCCCC. *in mare jactis molibus, angusto itinere, & ponte cum oppido conjungitur.*

[18] Καὶ Λεοντόπολις, διὰ τὸ τὴν Ὀλυμπιάδος γαστέρα &c.] Paulo aliter hæc refert Eustathius ad Dionysium pag. 33. Τάχατα δ' ἄλλοις ἐν ἱστορίαις διαφόρως κλεζόμενα τοῦτο φασὶ ἱστορικοὶ λέγειν δὲ καὶ Λεοντόπολιν, διὰ τὸ τὴν Ὀλυμπιάδα ἐν τῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὡς ἐ χωρὶς ἐσφραγίδος λέοντος εἰκόνι λέγεται. Vide Plut. in Alex. vita.

[19] Ἐλέγετο δὲ καθ' ἐξοχὴν πόλις.] Idem etiam de Alexandria testatur Eustathius loco jam aliquoties allegato. Λέγεται δὲ ἐ πόλις κατ' ἐξοχὴν καθ' ἐξοχὴν, ὡς νῦν ἡ Κωνσταντίνου πόλις. καθ' ὃς καὶ Ἀθῆναι κατ' ἐξ. Elegunter Stephanus de Athenis dixit. Ἀστεῖς δὲ τοὺς γνησίους ἔλεγον, ἐ διὰ τοῦ ει διὰ δυοῖν λέγοντες Ἀθηναίους, ἀλλ' ἐκείνους ἐ τοὺς ἀλλοφύλους ἀστοὺς ἐκάλουν. ἀστοὶ γὰρ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλοι ἐ τοὺς πάλαι ἐγγὺς ἱδρυθέντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ ἀστεος πάλαι οὕτω πόλιν ἐκάλουν καθ' ἑαυτούς.

[20] Ὡς δὲ καὶ Ῥώμης λέγεσθαι ἔθος.] Hoc & Græcis & Latinis familiare fuit, Romam καθ' ἐξοχὴν urbem nominare. Tristium libros sic incipit Ovidius

Parve, nec invideo, sine me liber ibis in Urbem,
Hei mihi, quo domino non licet ire tuo.

[21] Σεβαστὴ, καὶ Ἰουλία, καὶ Κλαυδία, καὶ Δομιτιανή.] Nomina illa varia ipsius Alexandriæ puto propter beneficia quædam ab illis principibus in civitatem collata: quæ etsi viventibus ipsis per adulationem Ægyptiorum floruerint, post mortem illorum omissa, vicit memoria prioris conditoris. Claudius, referente Suetonio in ipsius vita, aliquid museo Alexandrino addidit, ob quod beneficium urbs fortassis, ipso vivente, de suo nomine nomen gerebat: sic Ælia aliquandiu pro Hierosolymis valuit, quia urbem Ælius Adr. restauraverat: sed post Imperatoris mortem, pristinum nomen introductum est.

[22] Καὶ Ἀλεξανδρεία.] In MSS: Ἀλεξανδρία & Ἀλεξανδρία. Sed fortassis scribendum est Ἀλεξανδρίδα: nam testatur Quintil. lib. I. Inst. Orat. 4. in vetustis operibus urbis Romanæ, & celebribus templis *Alexandre* & *Cassandre* legi.

[23] Τοῦ δὲ συοικισμοῦ τριακονταστάδιον ἐπὶ σταδίους τὸ μῆκος, διὰ τὸ τὸ πλάτος. ἡ δὲ ὅλη περίμετρος &c.] Numeri sunt corrupti, quod sæpissime in antiquorum scriptis evenit: nam si totius urbis ambitus ex stadia continet, necessariò urbis longitudo & latitudo major est habenda: quare ut totius urbis ambitus cum longitudine & latitudine accurate conveniat, hic locus legendus est hunc in modum: τοῦ δὲ συοικισμοῦ τριάκοντα ἐπὶ σταδίους τὸ μῆκος, διὰ δὲ τὸ πλάτος. ἡ δὲ ὅλη περίμετρος ἑπτακοσίων ἐγγίνεται. Ita hunc locum debere restitui suadet Curtius lib. IV. cap. XXI, ubi eundem stadiorum ambitum Alexandriæ attribuit. *Complexus quicquid fossæ ducere paludem & mare, octoginta stadiorum muri ambitum desinunt: & qui excolendæ urbi præessent velitis, Memphin putes.* Hunc verum hujus urbis fuisse ambitum etiam colligimus ex præstantissima Agrippæ oratione ad populum Judæicum habita, quam Josephus lib. II. de bello Jud. reliquit, inter alia ibi de Alexandria hæc leguntur: καθ' ὃν δὲ ἐ μεγίστης, ῥᾴστ' μῆκος ἔστιν, τριάκοντα σταδίων, ὕψος δὲ ὅσον

μείζους σταδίων ἑκατὸν δέκα. [14] Δευτέρα ἐστὶ πόλις Τρῳάς, [15] ἐν ᾗ ἐγένετο Ἡγήμων ἐποποιὸς, ὃς ἔγραψε τὸ Λευκτρικὸν πόλεμον τὸ Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων, περὶ ἧς [16] Δημοσθένης ἐν τετάρτῳ Βιθυνιακῶν. [17] τρίτη Θρᾴκης, πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ. ἣν ἔκτισε πρὸ τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας, ἐπτακαίδεκα ὢν ἐτῶν. [18] τετάρτη, πόλις Νεαρτῶν, ἔθνους Ἰχθυοφάγων, πρὸς τῶν ἐσχατιῶν τῆς Ἰνδικῆς. [19] πέμπτη, ἐν τῇ Ὀπιανῇ, πλησίον τῆς Ἰνδικῆς. [20] ἕκτη, πάλιν Ἰνδικῆς. [21] ἑβδόμη, ἐν Ἀρείοις, ἔθνος Παρθυαίων πλησίον τῆς Ἰνδικῆς. [22] ὀγδόη,

A tum & decem ſtadiis menſurabatur. Secunda urbs eſt Troadis, in qua natus eſt Hegemon poëta epicus, qui ſcripſit bellum Leuctricum inter Thebanos & Lacedæmonios geſtum, de qua urbe Demoſthenes libro IV. rerum Bithyniacarum mentionem facit. Tertia Thraciæ B prope Macedoniam, quam Alexander condidit ante magnam Alexandriam, cum adhuc ſeptendecim annorum eſſet. Quarta, urbs Neartorum apud Ichtyophagos, juxta Indiæ periplum. Quinta, in Opiane, prope Indiam. Sexta, rurſum Indiæ. Septima, apud Arios, C gentem Parthicam, quæ prope Indiam eſt. Octava,

σὺν πλείστῃ διάρᾳ. Strabo quidem de toto ambitu ſilet, ſed urbis longitudinem etiam XXX. ſtadiorum, & latitudinem ſeptem vel octo ſtadiorum facit. Stephani calculum ſuperat Plinii computatio, tradentis lib. V cap. X. Alexandriæ ambitum XV. M. paſſuum fuiſſe, qui CXX. ſtadia conficiunt: adeoque Pintiani reprehenſione minime digni ſunt, qui Plinium ex Curtio caſtigare nituntur, apud quem pro XV. M. paſſ. tantum X. M. paſſ. ſubſtituunt.

[14] Δευτέρα ἐστὶ πόλις Τρῳάς.] Hanc urbem Anonymus (vel ipſe Scaliger, uti ex illinas Holſtenius) in Olympiadum ἀναγραφῇ appellat τὴν Τρωϊκὴν Ἀλεξάνδρειαν. Chronicon Alexandrinum manifeſte Alexandrum Mag. hujus conditorem fuiſſe ait: ſed ſcrupulum movet Strabo lib. XIII, qui prima civitatis fundamenta Antigono videtur tribuere, à quo antea Antigonea vocata fuit, deinde Alexandria à Lyſimacho in honorem Alexandri: huic etiam adſtipulatur Plinius lib. V. cap. XXX: *Troadis primus locus Amaxitus, dein Cebrenia, ipſaque Troas, Antigonea, nunc Alexandria colonia Rom.* Illud etiam quodammodo confirmari poſſet ex nummo Titi Veſpaſiani apud Goltzium in theſauro, ubi oppidi nomina hoc ordine diſpoſita ſunt: COL. TROJAS ANTIGONIA ALEXANDRIA LEGIO XXI. Hic etiam *Antigonia Alexandriana* præcedit, quaſi *Antigonia* magis antiquum eſſet nomen quam *Alexandria*. Sed ego cum aliis viris doctis credidierim ab Alexandro exſtructum, poſtea vero ab Antigono incrementum & nomen accepiſſe, eoque deleto rurſum prævaluiſſe priſtinum nomen, quod utique Lyſimachus potius reduxerit, quam ut hoſtem ſuum Antigonum iſthoc honore frui ſineret. In Actis Apoſtolorum cap. XVI. verſu VIII. *Troadis* meminit Lucas, quæ pro Alexandria hic eſt accipienda, nam à ſcriptoribus ſubinde *Troas*, & ſubinde *Alexandria Troas* dicitur: Triſtanus in nummis Caracallæ & Criſpinæ Auguſtæ hanc inſcriptionem in averſa parte invenit. COL. AUG. TROAS. Et Spanheimius in hujus Alexandriæ nummis: COL. AUG. TRO. ALEXA. Id eſt: *Colonia Auguſta Troas Alexandria*. Pleramque hoc nomine inſignebatur ad differentiam aliarum Alexandriarum: Livius lib. XXX. cap. XLII: *Tres eum civitates tenebant, Smyrna, & Alexandria Troas, & Lampſacus: quas neque vi expugnare ad eum diem poterat; neque conditionibus in amicitiam pellicere.*

[15] Ἐν ᾗ ἐγένετο Ἡγήμων ἐποποιός.] Præter hunc bellum etiam Dardanica literis mandavit. Ex iis commemorat Ælianus hiſtoriam de dracone paſtorem Theſſalum amante. Vide eum lib. VII. Hiſt. Animal. cap. XI. Alius eſt ab Hegemone Thaſio, qui Gigantomachiam, & priſcam comœdiam & parœdias, & alia reliquit, ut obſervat Voſſius de Hiſt. Græc. lib. III.

[16] Δημοσθένης ἐν τετάρτῳ Βιθυνιακῶν.] Multis in locis hic hiſtoricus Stephano adeſt. Patria ejus cognoſcitur ex vocabulo Ἡγήμων, ubi Stephanus inquit: Ἡγήμων δὲ πρῶτον τῆς Βιθυνῶν Δαρδανίας, ἐν πλείοσι βιβλίοις. Aliis locis ejuſdem Demoſthenis lib. nonus & decimus citatur. Vide noſtrum indicem auctorum à Stephano allegatorum.

[17] Τρίτη Θρᾴκης, πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ.] Conſtanter ita legunt codices ſcripti & editi, ſed reſcribendum eſt: τρίτη Θρᾴκων, πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ. Et vereor ne tertia hæc Alexandria eadem ſit cum decima ſexta, de qua ſic infra ſcribit Stephanus: ἑκκαιδεκάτη, πρὸς τῷ Μέλανι κόλπῳ. Nam ſinus ille Melas in Thracia fuit, uti nos docet Plinius lib. IV. cap. XI. *Circa quem locum ſtruvius Melas, à quo ſinus appellatur. Oppida, Cypſella, Biſanthe, Macronitichos dictum, qua à Propontide ad Melanem ſinum inter duo maria.* Vide etiam Ptolemæum lib. III. cap. XII.

[18] Τετάρτη, πόλις Νεαρτῶν.] Neartos Geographi non norunt, multo minus Alexandriam in iſthac regione. Formaſſis reſcribendum erit: πεντάτη, πόλις Ὠριτῶν. Plinius lib. VI. cap. XXIV. *Mox Ichthyophagos Oritas, propria, non Indorum lingua utentes, per CC mill. paſſ. Indo paſſum Arbiorum gentem per CC mill. Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piſcibus vivere.* Eundem fuiſſe populum exiſtimo, qui à Diodoro lib. XVII. Νωρίται dicuntur, & Dionyſio verſu 1096 Ὠρῖται. Ego antiquum illorum nomen Ὠρῖται fuiſſe arbitror, ſed quod hunc in modum ſcribebatur ΗΩΡΙΤΑΙ, cujus primum elementum Η ſilens fuit ἐπισυρμὸς, non vero littera, cujus rei Scaliger alibi plura adfert exempla. Librarii uſum ejuſmodi aſpirationis non capientes, eam in proximæ figuræ literam Ν communarunt, adeo ut pro ΗΩΡΙΤΑΙ reponerent ΝΩΡΙΤΑΙ, ex quo tandem Νωρῖται & Νωρῖται factum eſt.

[19] Πέμπτη, ἐν τῇ Ὀπιανῇ, πλησίον τῆς Ἰνδικῆς.] Nullam profecto prope Indum Ὀπιανὴν collocant Geographi, quare hic omnino reſcribendum putat Salmaſius: ἐν τῇ Ἀραχωσίᾳ, πλησίον τῆς Ἰνδικῆς. Arianem uſque ad Indum pertinere conſtat ex Strabone, & diverſam eſſe ab Aria. Diverſa igitur hæc Alexandria Ἀραχωσία ab altera Alexandria, quæ cognominatur ἐν Ἀρείοις. Et putat Salmaſius hanc Ἀραχωσίαν Alexandriam ipſam eſſe, quam ſub Caucaſo condidit Alexander, quum Bactra trans montem illum tranſiturus eſſet. Nullam etiam reperit apud noſtrum in mentione omnium urbium, quæ hoc nomen tulere, cui melius iſta conveniant. Ἀραχωσία uſque ad Indum amnem teſte Strabone pertinebat. Sub Paropamiſo & Caucaſo tota erat. Hinc Dionyſius canit omnes populos, qui Paropamiſum accolerent in univerſum appellatos Ἀραχωσίους.

- - - ἅσσοις τε παρὰ πρόποδας Παροπαμισοῦ
Ἀραχωσίη ἐμέλπεται ἀνομαζομένη Ἀραχωσίη.

Idem alio loco Ἐρυθρὴν Ἀραχωσίην vocat, quaſi uſque ad Erythræum ſinum five Perſicum pertineret. Latiſſime itaque patebat Ariana regio & multos populos comprehendebat. Strabo lib. XI. μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικὴν ἐστὶν Ἀρείοις. *Ergo Indiæ proxima Ariane.* Aria ſtrictius ſumitur, quam Strabo cum Magianâ deſcribit lib. XI.

[20] Ἕκτη, πάλιν Ἰνδικῆς.] Non unum tantum hoc nomine civitatem Alexander in India condidit: & cum Epitomator de ejus ſitu nihil reliquit, quod accuratum decet Geographum, nihil certi proferre queo. Fulgoſius lib. VIII. cap. 15. *Urbes ab Alexandro nominatas in India, apud Aſſyrios, Ægyptum atque Aſiam, item à Seleuco Seleucias, Antiochiæ ab Antiocho, Cæſareæ quoque per terrarum orbem à Cæſaribus condita.*

[21] Ἑβδόμη, ἐν Ἀρείοις, ἔθνος Παρθυαίων, πλησίον τῆς Ἰνδικῆς.] Hoc in loco, notante magno Salmaſio, Stephanus Arios cum Arianis eoſdem ſtatuit; nam Ἀρείοις πλησίον τῆς Ἰνδικῆς ſunt. Arii vero proprie ſumpti vicini non ſunt Indiæ, utpote qui habeant ab oriente Paropamiſadas. Inter provincias & ſatrapias orientis & imperii Parthici nullam nomi-

nat

[41] ὀγδόη, τῆς Κιλικίας. [42] ἐννάτη, ἐν Κύπρῳ. [44] δεκάτη, πρὸς τῷ Λάτμῳ τῷ Καρίας, ἐν ᾗ Ἀδώνιον ἦν, ἔχον Πραξιτέλους Ἀφροδίτην. [45] ἑνδεκάτη, τῆς Βάκτρα. [46] δωδεκάτη, ἐν Ἀραχώτοις. [47] τριτοκαιδεκάτη, ἐν Μακαρηνῇ, ἣν διαῤῥεῖ ποταμὸς Μαξάτης. [48] τεσσαρεσκαιδεκάτη, πρὸς Σωριανοῖς Ἰνδικῷ ἔθνει. [49] πεντεκαιδεκάτη, πρὸς τοῖς Ἀραχώτοις, ὁμορᾷ τῇ Ἰνδικῇ. [50] ἑκκαιδεκάτη, τῆς τοῦ Μέλανα κόλπου. [51] ἑπτακαιδεκάτη, ἐν τῇ Σογδιανῇ, πρὸς Παροπαμισάδαις. [52] ὀκτωκαιδεκάτη, ὑπὸ τὸν Ταναΐδ-

A Octava, Ciliciæ. Nona, in Cypro. Decima, juxta Latmum Cariæ, in qua Adonidis templum eſt, quod Praxitelis Venerem habet. Undecima, juxta Bactra. Duodecima, in Arachotis. Tertia decima in Macarene, quam fluvius Maxates præterfluit. Quarta decima, apud Sorianos gentem Indicam. Quinta decima, apud Arachotos, Indiæ contermina. Sexta decima, juxta ſinum Melanem. Septima decima, in Sogdiane, juxta B Paropaniſadas. Octava decima, ad Tanaïdem C

ab

nant Arianen, ſed Ἀρείαν ſolam recenſent auctores antiqui, Iſidorus Characenus, Arrianus, Ptolemæus aliique. Unde ſatis oſtenditur Ἀρείαν & Ἀριανὴν eandem fuiſſe, ſed modo ſtrictius modo latius ſumi ſolitam. Hujus oppidi meminit Iſidorus Characenus, cujus verba ex mente Salmaſii ita ſunt conſtituenda: ἐντεῦθεν Ἀρεία, πρώτη Ἀ. ἣν Καυδὰν πόλις, ἡ Ἀρτακόανα πόλις, ἡ Ἀλεξάνδρεια ἡ ἐν Ἀρείοις. Strabo lib. XV: Μίαν μὲν Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρείοις λέει Κλεάνθης πολίχνην ὑφ' ἓν Παῤῥασίοις, μίαν δ' ἐν αὐτῇ εἶναι. Ammian. Marcell. lib. XXII: *Abundat autem hæc eadem Aria oppidis: inter quæ ſunt celebria, Bitaxa, Sarmagina, & Setira, & Niſibis & Alexandria.* Plinius lib. VI. cap. XXIII: *Oppidum Artacoana, Arius amnis qui præfluit Alexandriam ab Alexandro conditam.*

[41] Ὀγδόη, τῆς Κιλικίας.] Satis notum eſt hoc Ciliciæ oppidum, ſitum ad ſinum Iſſicum, inter Iſſum & Seleuciam Pieriæ. Hoc tractu deſcribitur à Ptolemæo lib. V. cap. XV. Μεσόγειοι δὲ τῆς Κιλικίας πόλεις, Ἀλεξάνδρεια ἡ πρὸς Ἰσσικῷ. Μεσογειοτέρω, Φάσσος, ὁ ποταμὸς ὁ Φασηλίτης, Σιδήνων πεδίον, Ὄρφασα καὶ Σπάλαι. Willebrandus ab Oldenburg Canonicus Hildesheimenſis, qui anno clɔ ɔɔ XI. terram ſanctam luſtravit, refert in itinerario ſuo urbem tunc temporis ab indigenis *Alexandrettam* appellari; ejus verba quia urbis ſitum non obſcure indicant, hue tranſcribam. *In prima planitie hujus terræ, & in exitu montium* (intelligit ſine dubio montem Amanum qui ſe ab Iſſico ſinu, ſive ab Alexandria uſque ad Euphratem extendit.) *quos uno die magna tranſivimus cum difficultate, & venimus Alexandrettam, quæ erat civitas murata, in littore maris ſita, modo deſtructa. Iſtam, ut dicunt indigenæ, Magnus Alexander, ad cuſtodiam ſui equi Bucephali, qui ſuus inſtrumentator, laboribus unius diei compoſuit, & à ſuo nomine denominavit: juxta etiam illam prata ſunt equis commodiſſima.*

[42] Ἐννάτη, ἐν Κύπρῳ.] Hæc Alexandria non admodum eſt celebris, & dubito vehementer an aliis Geographis ſit commemorata. Faſti Siculi mentionem faciunt de quadam Alexandria ad Cypridis flumen exſtructa, quæ an pro hac eadem ſit habenda, judicabit lector.

[44] Δεκάτη, πρὸς τῷ Λάτμῳ τῷ Καρίας.] Et de hac Cariæ Alexandria altum apud Geographos & hiſtoricos ſilentium. Latmus mons Cariæ non ignobilis eſt, quem Mela lib. I. cap. XVIII. Joniæ tribuit.

[45] Ἑνδεκάτη, πρὸς Βάκτρα.] Bactrianorum urbs metropolis Bactra, alio nomine Zariaſpa dicebatur, condita erat ad amnem ejuſdem nominis. Curtius lib. VII. cap. VII: *Ipſa Bactra regionis ejus caput, ſita ſunt ſub monte Paropamiſo. Bactrus amnis præterit mœnia: is urbi & regioni dedit nomen.* Sed cum urbs & amnis apud alios idem nomen gerant, ex Stephani verbis non facile colligitur, an urbs, an vero amnis intelligi debeat: & quia Geographus lib. XI. refert, Alexandrum in Bactriana & Sogdiana octo urbes ædificaſſe, difficulter huic urbi ſuum ſitum aſſignabimus.

[46] Δωδεκάτη, ἐν Ἀραχώτοις.] Duodecima hæc non eſt eadem neque confundenda cum decima quinta, de qua Stephanus ita loquitur: Πεντεκαιδεκάτη, πρὸς τοῖς Ἀραχώτοις, ὁμορᾷ τῇ Ἰνδικῇ. Puto Iſidorum Characenum in Παρθυαίοις Parthicis hujus duodecimæ meminiſſe, ſed ab ipſo Alexandropolis appellatur, quod diſcrimen auctores parvi faciunt: πόλις Ἀλεξανδρόπολις, μητρόπολις Ἀραχωσίων, ἣν δὲ Ἑλλὰς, ἡ παρῳκισμένη αὐτῇ πεδιὰς Ἀραχωσία.

[47] Τριτοκαιδεκάτη, ἐν Μακηληνῇ, ἣν παρῳκίσθη ποταμὸς Μαξάτης.] Turpiſſimis mendis hic locus eſt conſpurcatus, quod vidit vir ſummus Salmaſius, qui eum hoc modo in integrum reſtituit: Τριτοκαιδεκάτη ἐν Σακρηνῇ, ἣν παρῳκίσθη ποταμὸς Ἰαξάρτης. Inter tot Alexandrias, nullum in Sacarum regione collocaſſe, non eſt verſimile, cum alii auctores ibi plures enumerent. Iſidorus in Parthicis Σακρηνῆς duas apud Sacas recenſet: ἔνθα βασίλεια Σάκων, ἔστι πλησίον Ἀλεξάνδρεια πόλις, καὶ πλησίον Ἀλεξανδρόπολις πόλις. Deinde pro Μαξάτης ſubſtituit Ἰαξάρτης, nam nullus hoc nomine fluvius reperitur: Ἰαξάρτης appellabatur Tanais Scythicus, ultimus Scythicorum amnium ad ſeptentrionem, qui ſe in mare Caſpium exonerat. Strabo lib. XI: Καὶ ὁ Ἰαξάρτης ἐκδίδωσι τὰ ὕδατα εἰσπίπτοντα τῆς τοῦ Κασπίου πελάγους, πλατὺς ἀφικνούμενος πάνυ ἐπὶ τὴν ἀνάντεσιν Ταναΐδος. Hunc amnem ita nominari etiam ſcribit Arrianus lib. III: Τὸ δὲ Ταναΐδι τάφρῳ, ὃν δὴ καὶ Ἰαξάρτεα αὖθις ὀνόμασε τοῦτο, ἐπιῤῥεῖ ἐκ τῆς ἀνωτάτω ἐκτὸς λίμνης Ἀ. ἐς τὴν Μαιῶτιν ἔρχεται καὶ αὐτή. Ita hic locus eſt legendus, uti ante alios admonuit Salmaſius. Stephanus tamen non ignoravit hunc amnem ita fuiſſe dictum, ſed cum confundit cum Tanai Mæotico, uti ex voce Τάναις liquido apparebit. Collocat igitur Stephanus quartam decimam Alexandriam ad fluvium Jaxartem finitimis barbaris ſic dictum: qui tamen ab aliis Tanais vocabatur. Hæc igitur eadem eſt Alexandria, quam pro decima octava ad Tanaim ab Alexandro conditam perhibet. Erroris autem hujus fons in geminata fluvii appellatione conſiſtere videtur.

[48] Τεσσαρεσκαιδεκάτη, παρὰ τοῖς Σωριανοῖς, Ἰνδικὸν ἔθνος.] Voſſianus cod. παρὰ τοῖς Σωριανοῖς. Fortaſſis *Sorani* iidem erunt, qui à Ptolemæo *Soræ* appellantur, ſuntque populi Indiæ intra Gangem. Ita enim ille lib. VII. cap. I: Μεσόγειοι δὲ τῆς Βατίνων ἐρήμου, καὶ τῆς Διασίρδου Σώρης πόλεως, αἱ εἰς πόλεις, Σωρίμαγρα, Ἀ. ῥηγία βασίλειον, Σώρα &c. *Sorani* enim nullibi ſunt nisi in Italia, ſuntque oppidani ita dicti ab oppido *Sora*, ſito ſupra Arpinium & villam Ciceronis apud dextram Liris ripam. Cicero in orat. pro Cn. Plancio: *Nemo Arpinas, non Plancio ſtuduit, nemo Soranus, nemo Caſinas.*

[49] Πεντεκαιδεκάτη, παρὰ τοῖς Ἀραχώτοις, ὁμορᾷ τῇ Ἰνδικῇ.] Jam de Alexandria ad amnem Archotum ſita, ſupra commentario 46 egimus. Hæc alia eſt & Indiæ proxima, & in ea Arachotiæ parte, quam veteres Ἰνδίαν κάτω vocabant.

[50] Ἑκκαιδεκάτη, πρὸς τὸν Μέλανα κόλπον.] Hæc eadem eſt Alexandria, quam ſuprà tertio loco poſuerat, ad quæ Stephani verba commentarios noſtros lege.

[51] Ἑπτακαιδεκάτη, ἐν τῇ Σογδιανῇ, παρὰ Παροπαμισαδαίους.] Ptolemæus duas in Sogdiana Alexandrias numerat, alteram Ὠξιανὴν cognominatam, alteram ἐσχάτην, quas longiſſime à fluminibus removet. Locum Ptolemæi lubes lib. VI. cap. XII. Si hoc loco non intelligamus Ἀλεξάνδρειαν Ὠξιανὴν, eam confundemus cum decima octava, quæ eadem eſt, quam pro decima tertia habuit Epitomator. Nam quæ ἐσχάτη cognominatur, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Ταναΐδος conſtructam ab ipſo Alexandro auctores commemorant.

[52] Ὀκτωκαιδεκάτη, ὑπὸ τὸν Ταναΐδ-, ἀντὶ κλίματος.] Salmaſius ex libris antiquis hunc locum ita conſtituit:

αὐτοῦ κλίσεως, [11] ὡς ἐν τῷ τρίτῳ Πτολεμαῖος ἱστορεῖ. [12] ἔστι δὲ τόπος ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ, Ἀλεξάνδρεια λεγόμενος, ἐν ᾧ φασι τὸν [13] Πάριν Διὸς κριθῆναι τὰς θεάς, ὡς Τιμοσθένης. [14] τὸ ἐθνικὸν, Ἀλεξανδρεύς, ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου γενικῆς. τὸ θηλυκὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ Σινωπεύς Σινωπίς, οὕτως ἀπὸ τοῦ Ἀλεξανδρεύς Ἀλεξανδρίς. Δίδυμος δὲ καὶ πλεονασμὸν ποιήσας γράφει ἐξ Ἐρατοσθένους [17] τὸ Ἀλεξανδρείτης. [18] Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως, [19] Ἀλεξανδρεώτην φησὶ, παρὰ τὸ Ἀλεξανδρεανὸς, ὡς Μύρλεια Μυρλειανὸς, Ἡράκλεια Ἡρακλειανός. λέγεται δὲ Ἀλεξάνδρειος κλητικόν. [20] Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείου, ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας πρώτῳ, πάντα κυροῖ, [21] καὶ τὸ Ἀλεξανδρῖνος, καὶ τὸ Ἀλεξανδρείτης, [22] τὸ μέντοι Ἀλεξανδρεώτης. ἔστι δὲ Ἀλεξάνδρεια βοτάνη καὶ φυτὸν, [23] παρ' ἄλλοις δὲ Ἀλεξάνδρα, [24] ἐξ

ab ipso Alexandro condita, uti Ptolemæus libro tertio affirmat. Est item locus in Ida Troïca Alexandria dictus, in quo Parin inter Deas judicasse referunt, auctore Timosthene. Gentile Alexandros, quod à genitivo Alexandri deducitur. Quemadmodum à Sinopos fit Sinopis, ita ab Alexandros fit fœmininum Alexandris. Verum Didymus ex Eratosthene usum vocabuli Alexandrites in medium producit. Sed Phavorinus in libro quem de Cyrenaïca urbe conscripsit, Alexandrioten habet. Et ab Alexandreos factum est Alexandreanus, uti à Myrleia Myrleianus, Heraclea Heracleianus. Possessivum etiam Alexandreus dicitur. Ast Nicanor Hermeæ filius libro primo de Alexandria, omnia hæc sua authoritate confirmat, & præterea etiam Alexandrinus & Alexandrites, non quidem Alexandreotes. Est item Alexandrea herba & planta, quæ ab aliis Alexandra appellatur. Hac

ἱερωνυμικῶς, ἀπὸ τοῦ Ταναΐδος, οὗπερ Ἀλεξάνδρεια πόλις ἐστίν. Hujus oppidi ab Alexandro ipso conditi meminit Arrianus lib. IV. hisce verbis: Ἀνὼς δὲ ἀπὸ τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ ἐστιν ἐπὶ πόλιν ἀνίσιον, ἣ ποιεῖται ἐσχάτην ὑπόμνησιν. Et paulo post sequitur: Ἀνὼς δὲ τὴν πόλιν, ἣν ἐπώνυμον ἐκ προφάσεως ἔκτισεν. Palam est Tanaïdis nomine apud Stephanum Jaxartem intelligi debere, uti supra multis docuimus. Plinius lib. VI. cap. XVI: *Gens hac obtinet aversa montis Paropamisi ex adverso fontis Indi: includitur flumine Ocho: ultra Sogdiani: oppidum Panda, ut in ultimis eorum finibus Alexandria oppidum, ab Alexandro magno conditum. Ara ibi sunt ab Hercule ac Libero constitutæ, item Cyro ac Semiramide, atque Alexandro: finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum includente flumine Jaxarte, quod Scythæ Silim vocant: Alexander militesque ejus Tanaïn putavere.* Hanc igitur Alexandria illa est, quam Ptolemæus Ἀλεξάνδρειαν ἐσχάτην appellat lib. VI. cap. XII: & ibi metam expeditionum suarum posuit Alexander: sed eam longius à flumine Ptolemæus collocavit.

[11] Ὡς ἐν τῷ τρίτῳ Πτολεμαῖος.] Ptolemæum Geographum non intelligo, sed regem hoc nomine, qui Lagi filius dicebatur: qui teste Arriano lib. I. accuratissime Alexandri res gestas conscripsit. Hujus scriptoris etiam meminit Stephanus in voce Ἀγχιάλη.

[12] Ἔστι δὲ τόπος ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ, Ἀλεξάνδρεια λεγόμενος.] Hæc Alexandria non est confundenda cum Alexandria quæ Troas cognominatur, quod nuperà viro quodam doctissimo factum animadverto. Nomen habet hic locus ab Alexandro, qui ibi judex inter Deas sedit. Theophrastus qui tempore Alexandri Magni vixit Ἀλεξάνδρειαν Δάφνην hunc nominavit, ut videatur non recens nomen ab Alexandro Philippi, sed antiquius ab Alexandro Paride fortita, ita enim loquitur lib. III. cap. XVIII: ὅλως δὲ καὶ πάντα τὰ περὶ τὴν ἰτέαν ἰσχυρά, ἔστιν ὅτε καὶ Ἀλεξάνδρεια κληθεῖσα Δάφνη.

[13] Πάριν Διὸς κριθῆναι τὰς θεάς.] De hoc judicio apud Ovidium legito epistolam XVI. ubi Paris ita introducitur:

Præposui regnis ego te? quæ maxima quondam
Pallicita est nobis nupta sororque Jovis:
Dumque tuo possem circumdare brachia collo,
Contempta est virtus Pallade dante mihi:
Cum Venus & Juno, Pallasque in vallibus Idæ
Corpora judicio supposuere meo.

[14] Τὸ δὲ ἐθνικὸν Ἀλεξανδρεύς, ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου γενικῆς.] Igitur hoc gentile secundum Stephani canonem non deducitur à voce Ἀλεξάνδρεια, sed à genitivo primitivi Ἀλεξάνδρου. Idem etiam docet in voce Ἄλωα, πόλις Παλαιστίνης: sed multo manifestius in vocabulo Εὐθαία: Locum, quo valde ad rem facit, ut in MSS concipitur transferibam: Τὸ ἐθνικὸν τούτου Εὐθαεύς. καὶ Εὐθαῖος τὸ θηλυκόν. καὶ Εὐθαεύς, χωρὶς τοῦ ε. καὶ τὸ διὰ τοῦ εἰς α παραγόμενα εἰς

dus φυλάττει τὸν παραλήγοντα. Διὸ καὶ τὸ Ἀλεξάνδρεια ἐπὶ πολλῶν ἐστὶ καὶ Ἀλεξανδρεύς. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀλεξανδρείας, ἀλλὰ καὶ Ἀλεξάνδρου, ὡς Τυρεὺς Τυρεῖος. Hoc gentile etiam in nummis Gordiani conspicitur, in quibus Dianæ Ephesiæ ac Serapidis, vel etiam Phari expressæ icones reperiuntur: ΟΜΟΝΟΙΑ ΕΦΕCΙΩΝ Κ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, aut: ΕΦΕCΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Reliqua illa gentilia Ἀλεξανδρεώτης & Ἀλεξανδρεανὸς, quæ ab hac voce formantur, non sunt in usu apud idoneos auctores, quare pro Grammaticorum nugamentis, vel saltem non magnopere æstimanda videntur.

[17] Τὸ Ἀλεξανδρείτης.] Hæc esset Ægyptiorum forma: Ægyptii enim, uti docet Stephanus in voce Ἀξιλις, gentilia sua plerumque in της terminant, præsertim si à nominibus in ις deducantur. Attamen nomina quæ apud illos in ις exeunt, etiam habent gentilia in της definentia: sic Κάνωβος habet Κανωβίτης; & sic Ἀλεξανδρείτης non potest formari ab Ἀλεξάνδρεια, sed à primitivo Ἀλέξανδρος.

[18] Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως.] Vossius in Syntagmate de Historicis Græcis ex hoc Stephani loco probare nititur Phavorinum Κυρηναϊκὰ scripsisse, sed exitimo hic specialem urbis cujusdam descriptionem allegari.

[19] Ἀλεξανδρεώτην φησὶ, παρὰ τὸ Ἀλεξανδρεανός.] Hic locus non est integer, & ei quædam videntur excidisse: si mei arbitrii res foret legerem: Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως Ἀλεξανδρεώτην φησὶ, καὶ παρὰ τὸ Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρεανὸς, ὡς Μύρλεια Μυρλειανὸς &c. Sed apud Epitomatorem in voce Μυρλεία ἡ gentilis τὸ Ι rejicitur.

[20] Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείου, ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας πρώτῳ.] Leander Nicanor Hermiæ filius fuit Grammaticus Alexandrinus, ut Suidas in ejus vita perhibet. Hic libros de Alexandria, ubi degebat, conscripsit, de quorum numero non sumus certi. Vide Voss. de Hist. Gr. lib. II. cap. XII.

[21] Καὶ τὸ Ἀλεξανδρῖνος.] Hoc gentili utitur Strabo lib. XIII, ubi refert Hellixem Alexandrinam dissertationem edidisse, utrum, quæ Homerus de bello circa Trojam gesto cecinit, historia, an fabula sint: Παραπλήσιά ἐστι Δημοσθένει & τῷ Ἀλεξανδρεῖ Ἑκαταίῳ ῥήτορσι, τοῖς περὶ Ὀλυμπιόδωρον καὶ Ὀνήτορα Γναθίτην. Et in nummo Lepidi hæc inscriptio legitur, ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ.

[22] Οὐ μὴν τό γε τὸ Ἀλεξανδρείτης.] Portasfis ut supra legendum: οὐ μὴν τό γε τὸ Ἀλεξανδρεώτης.

[23] Παρ' ἄλλοις δὲ Ἀλέξανδρα.] Salmasius in Plinianis exercitationibus locum ex Apuleii herbario producit & corrigit, ubi hæc planta etiam *Alexandræ* appellatur: *Empleios Græci, Daphnoides, Hypoglossos, Eupetalon, Diglossos, Daphne Samothracia, Daphne, Stephanos Alexandra, Chama-*

[66] ἐξ ἧς ἐστέφετο Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς ἀγῶσι. [67] τινὲς δὲ δαναΐδα αὐτὴν καλοῦσιν· οἱ δὲ, χαμαιδάφνην· [68] οἱ δὲ, ἐπιφυλλόκαρπον, ἢ φυλλόκαρπον.

A Hac in certaminibus coronabatur Alexander. Hanc nonnulli danaën, quidam chamædaphnen, alii vero epiphyllocarpum sive phyllocarpum nominant.

Ἀ Λ Η Σ Ι Ο Σ [69], τῆς Ἠλιάδος πόλεως, τῆς Ὠλενίης, ἧς Ἀλησίης, ἀπὸ Ἀλησίου [70] τοῦ Σκιλλοῦντος υἱοῦ. [71] ἔστι δὲ τῶν Ἱπποδαμείας μνηστήρων. οἱ δέ, Γαργηττίου υἱὸν, ἕνα τῶν μετὰ Πέλοπος ἀφικομένων. τὸ ἐθνικὸν Ἀλησιάδης, [72] ὡς Συμπρασιάδης. [73] ἔστι καὶ Ἄλησιον πεδίον ἐν Ἠπείρῳ, ἵνα πίονυται πολὺ ἄλας. ὁ δὲ Εὐφορίων, οὐ γὰρ Ἀλήσιοί ἐσσι, φησίν.

B Petræ Oleniæ & Alesii. - - - -

ALESIUS, urbs Elidis. Homerus:

Nomen accepit ab Alesio Scilluntis filio, qui unus ex Hippodamiæ procis fuit. Alii narrant Gargetti filium, unumque ex illis fuisse, qui cum Pelope advenêre. Gentile Alesiadis, quemadmodum Sumprasiensis. Est & Campus Alesius in Epiro, ubi sal copiosius conficitur. Euphorion vero inquit, *non enim Alesii estis*.

C

Ἀ Λ Θ Α Ἰ Ἀ, πόλις Ὀλκάδων. [74] οἱ δὲ Ὀλκάδες, ἔθνος Ἰβηρίας, [75] πλησιόχωροι Καρχηδόνος, ἣν ὠκίσαν ἐκ καινῆς πόλιν.

D ALTHÆA, urbs Olcadum. Olcades autem Iberiæ gens est, Carthaginiensi, quam novam urbem appellant, finitima.

Gen-

---

chamædaphne, carpophyllon, daphnitis. Latini pernicem, victoria foliorum, laurum Alexandrinam, Macedonicam, Lauream, majestatis imperatoriæ vocant.

[66] Ἐξ ἧς ἐστέφετο Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς ἀγῶσι.] Cave hæc intelligas de Alexandro Magno: sunt enim de Alexandro Paride accipienda, qui in agonali certamine omnes vicebat atque superabat. Servius ad lib. v. Æneid. & speciatim ad hæc poetæ verba;

Salus qui Pyridem solitus contendere contra.

Salus hic Paris, secundum Troicus Nereus, fortissimus fuit, adversus Troje agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem: quamvis mater in somnis fingeret gladium, dicit se esse germanum, quod altatis crepundiis probavit: qui habitu regio adhuc latebat.

[67] Τινὲς δὲ δαναΐδα αὐτὴν καλοῦσιν. οἱ δὲ χαμαιδάφνην.] Libri cuduo exarati à vulgatis nihil differunt, attamen contendit Salmasius in margine sui Stephani hic debere legi: τινὲς δὲ δαΐφυλλον αὐτὴν καλοῦσιν, οἱ δὲ χαμαιδάφνην. Utroque modo hæc planta appellatur & δαναὶς & δάφνη, verum quia in Stephani verbis sequitur, οἱ δὲ χαμαιδάφνην, à partibus Salmasii starem, & pro δαΐφυλλον etiam δαΐφυλλον reponerem. Dioscorides lib. IV. cap. CXLII. hanc herbam δαΐφυλλον appellat; cujus verba ex optimo codice ita emendavit Salmasius: Δαΐφυλλον Ἀλεξανδρεῖς, οἱ δὲ Γελῶοι, οἱ δὲ Δανοῦλα, οἱ δὲ Σικελοὶ, οἱ δὲ πάντων Ἀλεξανδρεῖς καλοῦσι, φύλλα ἔχουσιν ὑγρὰ ἰσχνά. Quæ autem sit Alexandria, quæ danaë, quæ daphne & chamædaphne apud Salmasium in Scholiasten legito.

[16] Δευτέρα πόλις Αἰολίδος.] Stephanus tres Assos describit: sed quas tres hoc nomine urbes recenset, non sunt plus quam una, uti bene observavit Salmasius ad Solinum: nam Lydiæ Assus, eadem & Mysiæ est, ubi Mytilenæi coloniam condiderunt, quam noster ex Alexandro Cornelio meminit. Quod autem alteram in Aeolide collocet, & ab aliis diversam existimet, in eo quoque graviter errat, nam Æolis & Mysia non differunt, imo ipsa Lydia aliquando pro Troade vel proxima regione accipitur apud antiquos.

[17] Καὶ ὁ Ἐπιθέτης, ἡ Κεκρόπιον.] Hæc verba non satis accurate situm oppiduli, de quo nunc agitur, exprimere videntur, cum Assus ad sinum Adramyttenum, regione Methymnæ civitatis in Lesbo, sita sit, & nemo Geographorum ibi Hellespontii initium statuat. Praeterea circa Hellespontum Cecropium non novi: in mediterraneis majoris Phrygiæ Cecropia reperitur; sed ad hunc locum non pertinet.

[18] Ἀλέξανδρος δ' ὁ Κορνήλιος.] De hoc scriptore vide etiam in vocabulo Ἄβυδος, & commentariis ad illum locum.

[19] Μιτυληναίων ἄποικον.] Testatur Myrsilus apud Strabonem libro XIII, Assum à Methymnæis conditum esse: φησὶ δὲ Μύρσιλος Μηθυμναίων κτίσμα εἶναι τὴν Ἄσσον. Constat itaque Lesbios fuisse, qui Assum habitatoribus frequentarunt.

[20] Ὅπου ὁ σαρκοφάγος γίγνεται λίθος.] Plinius lib. XXXVI cap. XVII. *In Asso Troadis sarcophagus lapis fissili vena findatur. Corpora defunctorum condita eo, absumi constat intra XL. diem, exceptis dentibus. Mutianus speculatus quo ea, & frigidis & vestes & calcinentur: a illata mortuis lapidi vim mirum est.* Plura de hoc lapide addere non libet, quæ Salmasius in Plinianis Exercit. fusius eum declarat.

[21] Ἔστι δὲ λειμὼν ἐν τῷ Καϊκείτῃ πεδίῳ τῆς Λυδίας.] Secundum nostrum ille campus Ἄσσος erat appellandus: verum committit hoc loco μετωνυμίαν ἀμφίβολον: in antecedentibus enim de illo mentionem fecit, cum nuncupavit Ἄσσον λειμῶνα sive Ἄσιον, ita enim ille in voce Ἄσιος. Ἔστι δὲ Ἄσσος λειμὼν, Ὅμηρος,

Ἄσιός θ' λειμῶνι. - - -

Hinc nemo accurate & Ἄσιος λειμὼν situm cognoscet, de quo suo loco noster ne χρὼς quidem dixerat.

[22] Ἠπείρῳ πεδίῳ.] Ita hunc locum emendavimus, suadente chartaceo Vossiano, & ipso Stephano: Κλεάνθης, πόλιν τῆς Ἐφυρίας λέγει Κλεάνθη δὲ πολίτην &c.

[23] Ἐκ δὲ τῆς Ἄσσου, Κλεάνθης ὁ πολὺς φιλόσοφος &c.] Hæc & quæ sequuntur usque ad τὸ Ἰθωμεύς, non ambigo, quin noster ex Strabone hauserit, ita enim libro XIII legitur. Ἐντεῦθεν δὲ Κλεάνθης ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος, ὁ διαδεξάμενος τὸν Ζήνωνος καὶ Κλεάνθους σχολὴν, καταλιπὼν δὲ Χρύσιππον τὸν Σολέα.

[24] Τὸ ἔθνικὸν, Ἄσσιος.] Hoc gentile Græcis & Latinis scriptoribus usurpatur: apud Strabonem lib. XIII, & apud Plinium lib. XXXVI cap. XVII reperitur.

[25] Εἰσὶ δ' ἔθνη καὶ πρὸς τοῖς Σύροις.] Non tantum illi *Assyrii* appellabantur, quod nomen magis proprie *Assyrios* trans Euphratem & Tigrim habitantibus competebat, sed etiam *Syri*, *Sidonii*, *Phœnices* & *Syrophœnices*, uti optime observat eruditissimus Bochartus lib. IV cap XXXIV, Geograph Sac. ubi quoque veram nominis originem addiscet lector.

[26] Ξενοφῶν μὲν οὕτω διακρίνει ἐν πέμπτῃ.] Xenophontis locus libro citato non reperitur: alios ejusdem auctoris libros percurrere jam non vacat.

[27] Λέγονται δ' Ἀσσυριανοὶ & Ἄσσυριοι.] Palatini codices suppeditabant hanc lectionem, & quidem, uti existimo, verissimam: Λέγονται δ' Ἀσσυριανοὶ & Ἀσσύριοι. Nihil omnino obstat, quod τὸ Ἀσσυριανοὶ hoc loco repetatur: nam illi quoque πρὸς τοῖς Σύροις appellabantur Ἀσσυριανοὶ & Ἀσσύριοι. Huc apprime faciunt verba Eustathii, quæ legunter in commentariis ad Dionysium de Situ Orbis pag. 70. Ἔστιν δὲ ὅτε καὶ Κιλικικῶς πρὸς τὸν & Κίλικας λέγοντας, ὡς & Ἴβηρας, οἱ Ἰβηρικοί, οὕτω καὶ Ἀσσυριανοὺς, Ἀσσυρίους. Et pag. 103 etiam Eratosthenis auctoritatem citat: Ἔστιν δὲ ὅτε καὶ τοῖς παλαιοῖς πρὸς τοῦ Ἐρατοσθένους Ἀσσυρίους οἱ Ἀσσυριανοὺς λέγοντας, ὡς & αὐτὸ τοῦτο εἴρηκε, λαὸν Ἀζηνίων & Ἀσσυρίων.

[28] Εὐφορίων Ἀρτεμιδώρῳ.] Constanter sic legunt libri editi & calamo exarati; verum Xylandro hic locus de mendo est suspectus. Salmasius ad marginem sui Stephani putat legendum, ἐν Ἀρτεμιδώρῳ γεωγρ. Sed præter hanc conjecturam, etiam mentionem faciloci ex Apollonii Rhodii Scholiasta, qui magnopere huc facere videtur; citatur enim ab ipso ad librum primum *Euphorionis in Apollodoro*, quemadmodum nunc à Stephano *Euphorionis in Artemidoro*. Hæc sunt Scholiastæ verba, Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος πεποίηκεν τὸν Κύζικον & Δόλιονα ἐρωτᾶν, Εὐφορίων δὲ ἐν Ἀπολλοδώρῳ μυθεύεται. τὸν δὲ Κλείτορα ὁ Μίλητος λεχθήσεσθαι, Θρᾷττιον δὲ τὸν Βιθυνὸν. Ego autem nihil statuo, donec aliunde clarior lux affulgeat.

[19] Δαίμων ὁ Ἀμφιλύσιον ῥέων.

Ἄσσωριον [20], πόλις Σικελίας. πρώτῃ περιηγήσεως ἀστωρὸν καλεῖ Ἀπολλόδωρος, [21] ἐν πρώτῃ χρονικῶν. [22] τὸ ἐθνικὸν, Ἀστωρῖνος, ὡς Ῥηγῖνος.

Ἄστραι [23], ἔθνος Θρᾴκης. [24] Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τ' ἐνδεκα. τὸ κλητικὸν, Ἄστραξ, καὶ Ἀστική.

Ἄστακος [25], πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Ἀστάκου τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Νύμφης Ὀλβίας, ὡς [26] Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς ἱστορεῖ. [27] ἔστι δὲ καὶ χώρα Βυζαντίων, ὡς Θεόπομπος ἐν πεντεκαιδεκάτῃ ἐλλήνων. [28] ἔστι δὲ Ἀκαρνανίας πόλις. οἱ δὲ, Κεφαλληνίας ἄποικον. τὸ ἐθνικὸν, Ἀστακηνὸς, ὡς Ῥωδακηνὸς, Πριαπηνός· [29] καὶ Ἀστακηνοὶ, καὶ Ἀστάκιοι, καὶ Ἀστακία. ἀφ' οὗ Ἀστακιδῆς, ὡς Οἰχαλία Οἰχαλιδῆς· καὶ Ἀστακιήτης, καὶ Ἀστακίδης πατρωνυμικῶν· Πείσωνδρος δεκάτῃ.

Ἄσταπαῖοι [30], Λιβύης ἔθνος· Ἀππιανὸς ἕκτῳ.

Ἄστάρτη, νῆσος ἐν Αἰθιοπίᾳ· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ πρώτῃ· ἐντεῦθεν ἄρχει

A Felicis Amphilyſi fluentum.

ASSORIUM, urbs Siciliæ, quam Apollodorus libro primo Chronicorum tribus ſyllabis Aſſorum nominat. Gentile Aſſorinus, ut Rheginus.

B ASTÆ, gens Thraciæ, cujus meminit Artemidorus in epitome librorum undecim. Poſſeſſivum Aſticus, & Aſtica.

ASTACUS, urbs Bithyniæ, quæ ab Aſtaco Neptuni & nymphæ Olbiæ filio nomen habet, uti Arrianus in Bithyniacis refert. Eſt item Byzantinorum regio, cujus Theopompus libro XLVII meminit. Eſt porro Acarnaniæ urbs, quam nonnulli Cephallenæ coloniam eſſe dicunt. Gentile, Aſtacenus, uti Rhyndacenus, Priapenus: Et Aſtaceni & D Aſtacius & Aſtacia, à quo Aſtacienſis, uti ab Oechalia Oechalienſis: Et Aſtacieta, & Aſtacides patronymicum, auctore Piſandro libro decimo.

ASTAPÆI, gens Libyæ, cujus Appianus libro ſexto meminit.

E ASTARTE, inſula Æthiopiæ, de qua Marcianus libro 1 Peripli mentionem facit. Inde incipit

[19] Δαίμων ὁ Ἀμφιλύσιον ῥέων.] Ita exhibent editi & MSS, excepto uno, in quo Salmaſius invenit: Δαίμων ὁ Ἀμφιλυσιεὺς ῥέων: exiſtimabatque veram lectionem eſſe.

[20] Ἄσσώριον.] Cujus auctoritate Stephanus quatuor ſyllabis hujus oppidi nomen protulerit, non video. Genuinum nomen Cluverius tribus ſyllabis facit Ἀσσωρίς. In antiquo numiſmate Urſinus excuſum vidit juvenis imberbis caput, prolixa cæſarie redimitum, cum inſcriptione ΑΣΣΩΡΙΝΟΥ, quiobliquus caſus eſt à recto jam nominato. Apud Ciceronem in Verrina IV obliquus caſus *Aſſoro* invenitur. Hodie tenue eſt oppidulum, in edito colle inter Ennam & Agyrium ſitum, quod vulgari vocabulo *Azaro* nuncupatur.

[21] Ἐν πρώτῃ χρονικῶν.] Voſſianus: ἐν δ' χρονικῶν.

[22] Τὸ ἐθνικὸν Ἀστωρῖνος.] Idem gentile noſter etiam producit in vocabulis Ἀλαβανδῖνος, Ἀμπλῖνος & Ταγγῖνος. Eadem forma Ciceroni paſſim in Verrinis, atque Plinio libro III cap. VIII *ASSORINI* dicuntur. Stephanus in voce Πεῤῥαιβία hinc deduxit gentile Ἀστωρηνός: τὸ ἐθνικὸν Πεῤῥαιβηνός, ὡς ἀπὸ Ἀστώρου τοῦ Ἀστωρίνου. Hanc formam in totum non improbo, nam Siculos etiam gentilia in ηνὸς formare, ad vocem Ἀλαβανδῖνος luculenter demonſtravimus.

[23] Ἄστραι, ἔθνος Θρᾴκης.] Nihil omnino hoc loco de ſitu hujus gentis perhibet: alibi tamen eam Cabylæ civitati Thraciæ vicinam facit. Καβύλη, πόλις Θρᾴκης, ἡ πρὸς τῇ Ἀστῶν χώρᾳ. Πολυδεύκης πεντεκαιδεκάτῃ. Hæc eadem eſt urbs, quam Strabo lib. VII Calybem appellat, ibidem Aſtarum gentem collocans, ita enim ille: Ὑπέρκεινται δὲ τῆς Βυζαντίων τοῦ μὲ Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Κάλυβη, Φιλίππου δὲ Ἀστείαν τὴν πρὸς τοῖς ἐσχατιαῖς ἐπιτειχίσαντος.

[24] Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τ' ια'.] Sic repoſuimus ex codicibus Palatinis & chartaceo Voſſiano. Libri editi exhibent: Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τ' ἐν ἐνδεκάτῃ: Enim vero, potius ſequendam eſſe lectionem ſcriptam, etiam manifeſte liquet in vocibus Δίφιλος, Κάλλις, & aliis quam plurimis.

[25] Ἄστακος, πόλις Βιθυνίας.] Quo tempore & à quibus Aſtacus fuerit, condita refert Memnon: Τὸν Ἄστακον δὲ Μεγαρέων ἄποικον ὄντων, ὀλυμπιάδι ἑπτακαιδεκάτῃ ἐξ, Ἄστακον ἐπικλῆσιν ἔσχε χρησμῷ θεοῦ πιθόμενον τοῦ Λιχαβήτου Σπαρτιάτου ἐν χρησμοῖς τῶν ἐν Θρᾴκῃ, Ἄστακὸν τόνδε κλίσιν ἀνδρὸς ἔθεσθε ἐσθλοῦ ἐν μεγαλήτορος. Igitur à Megarenſibus circa initium Olympiadis XVII condita fuit, & à viro quodam nobili, non à Neptuni filio nomen accepit. Strabo lib. XII ſcribit, Aſtacum à Megarenſibus & Athenienſibus eſſe conditam, à Dœdalſo vero inſtauratam, & à Lyſimacho deletam. Latini ſcriptores tradunt manifeſte Aſtacum à Nicomede Bithyniæ rege Nicomediam vocatum fuiſſe. Ammianus Marcellinus lib. XXII. *Et Aſtacum ferme eodem tempore Nicomediam à rege cognominatam.* Trebellius Pollio in Gallienis: *Acceſſerat præterea his malis, quod ſcythæ Bithyniam invaſerant, civitateſque deleverant. Denique Aſtacum, quæ poſtea Nicomedia dicta eſt, incenſam penitus conflaverunt.* Verum Salmaſius ad illum locum hujus erroris fontem clariſſime detexit.

[26] Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς.] Leviſſimum mendamentum hiſce verbis correximus: libri editi exhibent: Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνικοῖς. Vide noſtrum in Βιθυνιακὰ atque aliis locis ſæpiſſime. Arrianum libro quinto rerum Bithyniacarum de Aſtaco mentionem feciſſe, alibi ex Stephano liquet. Ἀκαρνανικὴ πολίχνιον, ἀπὸ συγγενείας τοῦ Βιθυνοῦ κτίσαντος. Ἀρριανὸς πέμπτῳ. Ἄστακός τε, καὶ Ἡράκλεια, καὶ τὰ Μεγαρικὰ ἔθνη. Fortaſſis noſter hæc Arriani verba innuit.

[27] Ἔστι δὲ καὶ χώρα Βυζαντίων.] Ergo alicui regioni in finibus Byzantinis Aſtacus nomen fuiſſet, quod vix credibile rim. Fortaſſis intelligit Ἀστακὸν, regionem in qua Ἄδρα, non procul à Byzantio, habitabant; de quibus præcedenti ſectione mentionem facit. Itaque fortaſſis relicbendus eſt: ἔστι δὲ χώρα πλησίον Βυζαντίων.

[28] Ἔστι δὲ Ἀκαρνανίας πόλις.] Hanc civitatem aliquoties meminit Thucydides libro II: Ptolomæus lib. III cap. XIV & Strabo lib. X, ex quo liquet, non longe à Critheide fuiſſe: Εἶτα ἄκρα Κριθώτη, εἶτα Ἐχινάδες, εἶτα πόλις Ἄστακος ἐρήμη· πρὸ αὐτοῦ Νικομήδειον εἶτα Ἀστακηνὸς κόλπος.

[29] Καὶ Ἀστακηνοὶ.] Hoc gentile aut redundat, aut mendoſum eſt. Videtur reponendum eſſe, καὶ Ἀστακοὶ. Format enim noſter ſæpiſſime etiam gentilia fœminina.

[30] Ἀστάπαι, Λιβύης ἔθνος.] Infeliciter errat Stephanus quemadmodum optime obſervat Clariſſimus J. Voſſius in notis ad P. Melam, quod Aſtapæos Libycam gentem faciat, cum in Hiſpania ſub Carthaginenſium dicione fuerit. Meminit in Ibericis ſuis Appianus Aſtapæ urbis & Aſtapæorum, atque eos Carthaginenſibus parere. Hic error Stephani.

ἐχῆς) Αἰθιοπία, ἡ ὑπὲρ Αἴγυπτον. [41] Ἀπὸ δὲ Βαξίου ἄκρας ὑποδέχεται Τριόνωτον ὄρος. καλεῖται δὲ τοῦτο, νῆσος Ἀστάρτη. τὸ ἐθνικὸν, Ἀστάρτιος, ἢ Ἀστάρτης.

ΑΣΤΕΛΕΒΗ, πόλις Λυδίας· Ξάνθος ὁ πρῶτος Λυδιακῶν. οἱ οἰκοῦντες, Ἀστελεβεῖται.

ΑΣΤΕΡΙΑ [42], πόλις Λυδίας· Ξάνθος ὁ πρῶτος Λυδιακῶν. λέγεται καὶ Ἀστερίς. ἴσως, Ἀστεριώτης, καὶ Ἀστέριος. [44] ἔστι καὶ νησίον Ἀστερία, μεταξὺ Κεφαλληνίας καὶ Ἰθάκης. Ὅμηρος Ἀστερίδα τοὔνομα φησίν·

[45] Ἔστι δέ τις νῆσος μέσῃ ἁλὶ πετρήεσσα
Μέσσῃσιν Ἰθάκης, Σάμοιό τε παιπαλοέσσης,
Ἀστερίς, ἠδὲ μεγάλη. ----

ΑΣΤΕΡΙΟΝ, πόλις Θετταλίας· [46] Ὅμηρος·

Οἱ δ' ἔχον Ἀστέριον, Τιτάνοιό τε λευκὰ κάρηνα.

[47] καὶ νῦν Πιερσία. ἔστω δὲ καλεῖται [48] ἀπὸ τοῦ λαμπρὸν, ὅτι ἐφ' ὑψηλῆς ὄρους κειμένη, τοῖς πόρρωθεν ὡς ἀστὴρ φαίνεται. ἢ ἀπὸ Ἀστερίου τινός. τὸ ἐθνικὸν, Ἀστεριώτης· καὶ θηλυκὸν, Ἀστερίς, καὶ Ἀστεριάς.

ΑΣΤΕΡΟΥΣΙΑ, ὄρος Κρήτης [49] πρὸς νότον μέρος, ἀποβλέπον εἰς θάλασσαν· ἀφ' οὗ ἡ πόλις ὅπου τὸ Καύκασον [50] Σινδικὴ Ἀστερουσιακλήτων, Κρητῶν ἀποικία ἐκεῖσε στελλόντων. οἱ οἰκήτορες Ἀστερουσιανοὶ, καὶ Ἀστερουσῆοι, καὶ Ἀστερούσιοι.

ΑΣΤΡΑΙΑ, πόλις Ἰλλυρίας· [51] Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος α.

οἱ δὲ

A incipit Æthiopia quæ supra Ægyptum est. A Bazio autem promontorio excipitur mons Trionotum, juxta quem insula Astarte sita est. Gentile, Astartæus sive Astartita.

ASTELEBE, urbs Lydiæ, auctore Xantho libro quarto rerum Lydiacarum. Incolæ, Astelebitæ.

ASTERIA, oppidum Lydiæ, cujus Xanthus libro quarto Lydiacorum meminit. Vocatur quoque Asteris. Oppidanus, Asteriotes & Asterius. Est item parva insula inter Cephaleniam & Ithacam, quam Homerus Asteridem nuncupat.

Est autem insula quædam medio mari saxosa,
Inter Ithacamque Samumque asperam,
Asteris, non magna.

ASTERIUM, urbs Thessaliæ, quam Homerus meminit:

Qui autem habitabant Asterium, Titaniique albos vertices.

Nunc Piersia dicitur. Nomen vel à fulgore accepit; nam in sublimi monte sita, procul aspicientibus tanquam astrum apparet: vel ab Asterio quodam. Gentile Asteriota. Fœmininum Astereis: & Asterienſis in usu est.

ASTERUSIA, mons Cretæ versus austrum ad mare respiciens. Ab illo urbs Sindica juxta Caucasum Asterusia appellata est, Cretensibus eo coloniam mittentibus. Incolæ vocantur Asterusiani, & Asterusienses & Asterusii.

ASTRÆA, urbs Illyriæ, cujus meminit Adrianus libro primo Alexandriados.

Quique

[41] Ἀπὸ δὲ Βαξίου ἄκρας.] Ita vulgati omnes & scripti: Salmasius ad oram sui Stephani, Ἀπὸ δὲ Βαζίου ἄκρας reposuit, quæ lectio Ptolemæi auctoritate confirmatur, ita enim ille lib. IV cap. VII: Μετὰ δὲ τὸ Βάζιον ἄκρον, ὑπόκειται, Περσικὸς ὄρος. Ita quoque hunc montem & promontorium idem Geographus aliis in locis appellavit. A librariis autem Σ & Ζ sæpissime confundi, alibi demonstravimus.

[42] Τριόνωτος ὄρος.] Ptolemæus loco jam allegato: Περσικὸς ὄρος. Quodnam sit præferendum, alii viderint: ego à Ptolemæi partibus starem.

[43] Ἀστερία, πόλις Λυδίας.] Codices Palatini, qui nunc in Vaticana Bibliotheca custodiuntur πόλις Σοφίας. Suidas tamen Asteriam Lydiæ urbem cum nostro recensêt. Quid sit eligendum vehementer ambigo, præsertim cum alii Geographi nullam de hoc oppido mentionem faciant, & Xanthus libro quarto rerum Lydiacarum sine ullo dubio de nonnullis Syriæ civitatibus loquutus sit: refert enim noster in voce Ἀκύλιον, Aciumum Lydorum regem Ataliam ducem exercitus elegisse, ut in Syria militaret: hac igitur occasione, quod ibi urbes obsidione aut cinxerit aut subegerit, etiam hujus Asteriæ potuit fieri mentio. Verum ut quoque credam, in Syria hoc oppidum exstitisse, facit prorsus Eustathius, qui in commentariis ad Iliad. B. pag. 331 sic scribit: Ἡ δὲ Ἀστερία, καθ' Ἑκαταῖον, ἄλλη Συρίας πόλις ἦν. ἢ δηλοῖ Ὁδυσσείας Ἀστερίς, ἥτις ἐστὶ μεγάλη.

[44] Ἔστι δὲ νησίον Ἀστερία.] Vide Strabonem lib. X unde noster omnia hausit.

[45] Ἔστι δέ τις νῆσος.] Sunt versus ex Homeri Odyss. Δ circa finem.

[46] Ὅμηρος.] Locum in navium Catalogo invenies.

[47] Ἡ νῦν Περσία.] Urbem hoc nomine agnoscit Apollonius Rhodius lib. I.

---- Φαίνετο δ' ἠπείροιο
Περσαίη, Μάγνητος ὑπαὶ ζαθέοιο λιπόντες.

Hinc liquet alto in loco sitam fuisse, uti eam quoque describit Apoll. eodem libro circa initium, ubi urbis nomen singulariter profert.

[48] Διὰ τὸ λαμπρὸν.] Eadem prorsus Eustathius scribit ad navium Catalogum pag. 332. Ἀστερίων δὲ πόλις ἡ αὐτὴ Θετταλική. ἢ λοιπὸν Ἀστερία πόλις ἦρκτο, ἢ ἀπὸ τοῦ λαμπροῦ, ἐφ' ὑψηλῆ γάρ φασι κειμένη τοῖς πόρρωθεν ὡς ἀστὴρ φαίνεσθαι.

[49] Πρὸς νότον μέρος.] Sic editi omnes: Vossianus codex cum articulo: πρὸς τὸ νότιον μέρος.

[50] Σινδικὴ Ἀστερουσία.] Incomparabilis Vossius in notis ad Scylacem Caryandensem contendit, apud nostrum reponendum esse: Σινδικὴ Ἀστυπάλαια. Aliquoties Stephanum & alios scriptores hunc errasse errorem, ibidem luculenter demonstrat.

[51] Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος α.] Ejusdem auctoris liber primus allegatur in voce Σοφία.

οἱ δ' ἔχον Ἀφραίωπι, [51] Δόβηράμπι.

Ἄστυ, ἡ κοινῶς πόλις. [52] Διαφέρει δέ, ὅτι τὸ μὲν κλῖσμα δηλοῖ, ἡ δὲ πόλις τὸ τῶν πολίτων. ὀκλάζει δὲ ἄστυ, [54] ὡς Φιλόχορος ἐν δεκάτῃ Ἀτθίδος, [55] διὸ τὸ πρῶτον νομάδας καὶ σποράδην ζῶντας, τότε συνελθεῖν, καὶ ἕνα ἐκ τῶν πολλῶν εἰς τὰς κοινὰς οἰκήσεις, ὅθεν καὶ μεταγνῶναι. [56] Ἀθηναῖοι δὲ πρῶτοι τῶν ἄλλων, ἄστυ καὶ πόλεις ὠκίσαντο. ὁ πολίτης, ἀστὸς, καὶ ἀστή, καὶ ἀστόν. ἀπὸ δὲ ἀστοῦ, τὸ ἀστῖτης. [57] Σοφοκλῆς, Ἀλεξάνδρῳ.

Οὐ γὰρ πρέπει μοι ποῖον ἀστῖτιν σέβειν.

[58] Καί. Ποτήρια νικᾶν ἄνδρας ἀστῖτας.

πομπὴν ἐντεῦθεν καὶ τὸ ἐν τῇ σωτηρίᾳ προάστιον· ἐξ οὗ καὶ τὸ [59] προάστιον. ὡσαύτως δὲ προαστιοῦς, ὡς Δουλιχιεύς· ἢ προάστιος, ὡς Βυζάντιος. οὕτω δὲ καὶ τὸ ἡλυκὸν εὑρίσκεται, προαστία γῆ, ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους·

Οἷα κελεύθου τῆς ἀπὸ γῆς προαστίου.

ἀπὸ δὲ τῆς ἄστεως ἡμικῆς, ἄστιος· ὅπερ ἀντιδιέστελλον τῷ ἀγροικικῷ· καὶ ἀστίζω, καὶ ἀστισμός. λέγεται ἄστυ καὶ ὁ δῆμος, [60] ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ· [61] Εἰς

A Quique habitabant Aſtreum Doberamque.

ASTU, vulgo urbs. Verum differunt hæ voces: altera fabricam, altera autem vox πόλις etiam cives denotat. Aſtu, teſte Philochoro libro I deſcriptionis Atticæ, ex eo nomen habet, quod tunc homines agreſti more ſparſimque viventes convenerint, & à divagatione quaſi communi contubernio ſubſtiterint, unde non commigravere. Athenienſes ante alios primi Aſtu & civitates condiderunt. Hinc civis appellatur aſtius: & aſta, & aſtum quoque in uſu ſunt. Ab aſtius fit B aſtita, quo Sophocles in Alexandro utitur

Non enim aſtitas vinculum decet.

Et:

Paſtorem ſuperare viros aſtitas.

Hinc etiam deducitur Proaſtita, quæ vox etiamnum in uſu eſt: illa autem non fit à *Proaſtium* ſuburbium; inde enim *Proaſtienſis* formaretur, uti Dulichienſis: ſive *Proaſtius*, uti Byzantius: non hoc modo etiam Προαστία γῆ formatum reperitur apud Sophoclem in Phrixo:

Conſuetæ viæ terræ proaſtiæ, id eſt, ſuburbanæ

A genitivo ἄστεως fit ἀστικὸς urbanus, quæ vox opponitur τῷ ἀγροικικῷ ruſticus: & ἀστίζω urbanus ſum, & ἀστικότης urbanitas. Porro & Demus Aſtu appellatur, ut perhibet Eratoſthenes in Erigone:

In

[51] Δόβηράμπι.] Fortaſſis reponendum Δοβηράμπι, quod dico inductus auctoritate ipſius Stephani, ita enim ille: Δόβηρα, πόλις Παιονίας. ὁ πολίτης Δοβήριος. In Concilio Chalcedonenſi Δόβηρα invenitur. Salmaſius in Palatinis legebat: Οἱ δ' ἔχον Ἀγραίωπι, Δοβηράμπι.

[52] Διαφέρει δέ, ὅτι τὸ μὲν κλῖσμα δηλοῖ, ἡ δὲ πόλις τὸ τῶν πολίτων.] Salmaſius in libris Palatinis conjunctionem ὅτι non reperiebat, quam tamen in omnibus vulgatis lego, verum non admodum videtur neceſſaria. Quaſi diceret Stephanus: hæc inter τὸ ἄστυ & πόλις, plerumque conſpicitur differentia: τὸ ἄστυ propriè urbis fabricam, ſed τὸ πόλις præter fabricam etiam cives, id eſt, Reipublicæ formam denotat. Hujuſmodi ſignificatu τὸ πόλις apud Ariſtotelem & Platonem, atque *civitas* apud Ciceronem alioſque ſcriptores Latinos frequentiſſime occurrit. Locus in hanc rem illuſtris exſtat apud Plutarchum in Theſeo, ubi de Atticæ regionis incolis ita ſcribit: Μάλιστα δὲ τοὺς Ἀτθίδος πολίτας, μίσγοντας ἀλλήλοις ἔτι καὶ νῦν ἐν τοῖς βαθυτάτοις τῆς τοῦ Ἀττικοῦ κοιλότητος εἰς τὸν ἄστυ, τὴν ἀρχὴν πόλιν οὖσαν ἅπασι δῆλον ἀπέφηνε, πᾶσι συνοικεῖν ἀναγκάσας καὶ τὴν χώραν πᾶσαν συμφῆναι. Clariſſimè hic conſpicitur diſcrimen illud, de quo in Stephani verbis agitur. Antiquos inter illa vocabula ſic diſtinxiſſe, etiam teſtatur Euſtathius in commentariis ad Iliad. B. pag. 1100 hiſce verbis: Ἐν δὲ τῇ πόλει ὁ ἄστυ σαφέστερον, ζητητέον εἰ πόλις μὲν λέγεται τὸ κυρίως, ἄστυ δὲ τὸ ἀπ' αὐτοῦ. ἢ ὁ ἀνάπαλιν. ἔστι δὲ ὅτε παραπλήσια ἴσως πόλις ὁ ἄστυ, ὡς ἐπεδήμησαν, πολιήλυδον ὁ τὸ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐλθόντα. οἱ δὲ παλαιοὶ φασι, πόλιν μὲν τὸν περίβολον. ἄστυ δὲ τὸ πᾶν.

[54] Ὡς Φιλόχορος ἐν δεκάτῃ Ἀτθίδος.] Salmaſius in margine ſui libri contendit debere legi, ὡς Φιλόχορος ἐν πρώτῃ τῶν Ἀτθίδων: atque in antiquis libris ſcriptum fuiſſe, ὡς Φιλόχορος ἐν ᾱ τῶν Ἀτθίδων: ex qua ſcriptura librarii eam fecerant, quam nunc vulgati præferunt. Aſſentior Salmaſio: nam eadem Philochori verba ex libro I Ἀτθίδος apud Etymologici Magni Auctorem in Ἄστυ in medium adducuntur: imo hoc ipſe rei tractandæ ordo poſtulabat, ut Athenarum origo & appelluiones primo potius, quam undecimo libro deſcriberentur.

[55] Διὰ τὸ πρῶτον νομάδας καὶ σποράδην ζῶντας.] Huc facit locus Valerii Max. lib. V cap. III. *Derrabe Athenienſibus Theſeo, nullæ, aut non tam claræ Athenæ erunt: ſiquidem ille diſperſos civeſ ſuos in unam urbem contraxit: ſeparatimque & agreſti more viventi populo, amplifſimæ civitatis formam atque imaginem compoſuit.* Huc quoque refer locum ex Plutarchi Theſeo, cujus præcedenti commentario partem in medium produximus.

[56] Ἀθηναῖοι δὲ πρῶτοι τῶν ἄλλων, ἄστυ καὶ πόλεις ᾠκίσαντο.] Diodorus Siculus lib. III, refert, Uranum Athenarum regem homines ſparſim habitantes intra urbis pomeria coegiſſe: Μεγαλοψύχου δὲ περὶ αὐτὸν ὑπαρξάντος, τὰς τῶν ἀνθρώπων διασπορὰς ἐπιτόπους συναγαγεῖν εἰς πόλεως κατοικισμόν, καὶ τὴν ἀγριότητα καὶ τὴν ἀπορίαν ἐξ ἡμερωτέρων διαγωγὴν μεταστῆσαι. Igitur Stephani verba ita ſunt interpretanda: in regione Attica Theſeum ab agreſti ad civilem vitam traduxiſſe homines, eumque ibi primum civitatis auctorem atque conditorem extiriſſe, quemadmodum plerumque in unaquaque regione hujuſmodi auctor fingitur. Mera autem fabula eſt, Athenienſes ante alios urbem & civitatem habuiſſe, cum in Mythologicis Uranus Theſeum aliquot ſeculis præceſſerit.

[57] Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ.] Ita hunc locum ſupplevit Salmaſius in ſuo Stephani codice, qui in omnibus vulgatis & libris ſcriptis mutilus conſpicitur. Certiſſimum eſt Sophoclem fabulam edidiſſe, quæ aliquando dicitur Ἀλεξάνδρα, ut Heſychio in Δασυλλίδα: aliquando Ἀλέξανδρος, ut eidem in Θηλύφρασι. Vide hac de re Caſaubonum in notis ad Athenæum lib. VII cap. III.

[58] Καί. Ποτήρια νικᾶν &c.] Salmaſius hunc locum in libris calamo exaratis aliter conſtitutum invenit, ſcilicet hunc in modum. Καί. Ποτήρια νικᾶν ἄνδρας ἀστίτας. πομπὴν. In vulgatis hodie circumfertur πομπὴ, quam lectionem præferre nequeo. Puto hæc verba etiam ex Sophoclis Alexandro eſſe deſumpta, & quidem hoc loco mentionem fieri de ludis funebribus, qui in honorem ejuſdem habebant, de quibus Hyginus Fab. XCI.

[59] Προαστίου.] Videtur legendum: ἐξ οὗ καὶ τὸ ἀστεῖον, ſine diphthongo, quemadmodum etiam Scaliger apud Sophoclem invenſſe teſtatur. Confirmant noſtram conjecturam, τὸ ἀστεῖος & ἀστεῖα, de quibus nos quoque noſter loquitur.

[60] Ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ.] Omnino ſubeſt hic aliquid vitii, quod unica literula mutata ex chartis Voſſiano inſtaurari poteſt: legitur enim ibi: Ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ. Quæ certa eſt & indubitata lectio. Et Erigo-

[1] Εἰς τὸ δὴ Θορικὸν καλὸν ἵκανεν ἔδαφος. [2] ἔστι δ' ὁ δῆμος Θορικός, δῆλόν ἐστι. καὶ κώμη Κανωβίτης Καινώβιον, ὡσαύτως τῇ Ἀλεξάνδρειαν. πλησίον, τὸ αὐτό. ὅτι δὲ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἐπεκλήθη, εἴρηται.

Ἀστυπάλαια, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. [1] ἐκαλεῖτο δὲ Πύρρα, Καρῶν κατοικισάντων. εἶτα, Πύλαια, εἶτα Θεῶν τράπεζα. Διὰ τὸ ἀνθηρὸν αὐτῆς. ἐκλήθη δὲ [2] ἀπὸ Ἀστυπαλαίας, τῆς Αἰακίδος μητρός. [3] δεύτερα, πόλις ἐν Κῷ. τρίτη, [4] νῆσος πλησίον ἔχουσα μεταξὺ Ῥόδου καὶ Κρήτης. [5] τετάρτη, πόλις ἐν Σάμῳ. πέμπτη, [6] ἄκρα πλησίον Ἀθηνῶν. [7] τὸ ἐθνικὸν, Ἀστυπαλαιεύς, καὶ Ἀστυπαλαιάτης.

Ἄστυρα [7], πόλις Μυσίας, ἑτέρως, πρὸς τῇ Τρωάδι. [7] λέγεται δὲ ἐνικῶς Ἄστυρ. [8] ἔστι καὶ κώμη πλησίον τῆς Ἀδραμυττίου, ὡς Στράβων. ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης καθ'

In Theriei pulchrū perveniebat aſtu. Res autem evidens eſt, Thoricum Demum eſſe. Reperitur quoque pagus prope Canobum, juxta Alexandriam, eodem gentili gaudens. Alexandriam vero Aſtu appellari, in præcedentibus dictum eſt.

ASTYPALÆA, una ex Cycladum inſulis. Vocabatur autem Pyrrha Caribus eam poſſidentibus, deinde Pylæa, ac denique Deorum Menſa propter amœnitatem ſuam. Ita dicta eſt ab Aſtypalæa Ancæi matre. Altera, eſt civitas in inſula Cô. Tertia, inſula oppidum habens, inter Rhodum & Cretam. Quarta, urbs in Samo. Quinta, promontorium Atticæ vicinum. Gentile Aſtypalæenſis & Aſtypalæates.

ASTYRA, genere neutro, urbs Myſiæ juxta Troadem. Dicitur quoque numero ſingulari Aſtyrum. Eſt quoque pagus Adramyttio vicinus, cujus Strabo meminit: & urbs Phœniciæ contra

Erigone Icarii filia, quæ amiſſo patre ſuspendio vitam finiit, unde illa narrant theologiæ mythicæ doctores.

[1] Εἰς τὸ δὴ Θορικὸν καλὸν ἵκανεν ἔδαφος.] Conſtanter ita legunt hunc locum codices vulgati omnes: ſed mirifice eum librarii depravarunt: in libris manu exaratis parum abeſt quin ſupereſt. In Palatinis & Voſſiano hunc in modum concipiuntur hæc Eratoſthenis verba: Εἰ ὅτι δὲ Θορικὸν κώμιόν ἐστι &c. Hinc Salmaſius in ora ſui libri ſuſpicatur debere ſcribi: Ἐκεῖνος δὲ Θορικὸν καλὸν ἵκανεν αἶαν. Deinde literam mutans, inquit emendandum eſſe: Εἰς τὸ δὲ Θορικὸ καλὸν ἵκανεν ἄλσος. Hanc verborum Eratoſthenis emendationem meo calculo comprobare non vereor: tam pro ἴδης, quod librariorum ſupina negligentia in textum irrepſit, τὸ αἶαν reponendum eſſe, ſole meridiano clarius apparet, ex gloſſemate, quod mox ſequitur: imo hic erat Stephani ſcopus, ex antiquo ſcriptore exemplum in medium adducere, in quo αἶαν pro δῆμος accipitur: Hoc enim evidentiſſimum eſt; Θορικὸν eſſe Demum (pro quo Eratoſthenes habet αἶαν) Acamantidis tribus, uti poſtea Stephanus ſuo loco docebit.

[2] Δῆμος Θορικός.] Vide Stephanum in illa voce.

[3] Σκηλίτης δὲ Πυρρᾶ.] Stephanus in illa voce inſulæ ejuſdem meminit hoc nomine: Πυρρὰ πόλις ἐν Λέσβῳ. τὸ ἐθνικὸν Πυρραῖος. Ἐν δὲ κώμῃ Λεσβικῇ. Ἐν δὲ νήσοις. An hoc loco noſter Aſtypalæam intelligat, alii inquirant.

[4] Καὶ Ἀστυπαλαίας δ' Ἀγησίου μολέειν.] Aſtypalææ patronymicum legimus apud Pauſaniam in Achaicis, & Apoll. Rhodii Scholiaſtam, cujus verba mox producemus.

[5] Δεύτερα πόλις ἐν Κῷ.] Refert Strabo lib. XIV ipſam Coorum urbem antiquitus Aſtypalæam appellatam fuiſſe: ἐν δὲ τῇ Κῴων πόλει ἐκαλεῖτο ἀνωτάτω Ἀστυπάλαια, ἧς ἐστὶν ἐν ἄκρῳ τόπῳ ἐρείπια ἔτι σῴζεται. Ὑπωδὶ δέ πως τοῦτο μεταπεσεῖν εἰς τὸν νῦν πόλιν φασὶ τὸ Σκαμανδρίωνα ἢ μεταπεσόντα μεθ' ἑαυτοῦ Κῶν ἐρημίας τῆς νήσου.

[6] Ἄκρα πλησίον ἐχουσα μεταξὺ Ῥόδου &c.] Strabo libro jam allegato, juxta agrum Myndium in ora Cariæ Aſtypalæum promontorium & Zephyrium collocat, quod inſulæ illa erit inſula, uti etiam Ortelius opinatur, qui noſter inter Rhodum & Cretam ponit.

[7] Τετάρτη πόλις ἐν Σάμῳ.] Non erat in Samo urbs hoc nomine, ſed arx, quam Polycrates Samius exſtruxit teſte Polyæno lib. I Stratag. Hæc ſunt ejus verba: Τειχίσας δ' ἀκρόπολιν τοῦ προαστείου Ἀστυπάλαιαν, ἐν μεταπεμψάμενος παρὰ Λυγδάμιος τοὺς Ναξίων τυράννου ἐφυγάδας. Teſtatur Themiſtapoeas apud Etymologici Magni auctorem, Samii portionem fuiſſe dictam Aſtypalæam ἐν ᾗ καὶ τὸ ἀνάκτορον ἵδρυται Διός. Verum doctiſſimus Bochartus in Geographia Sacra, docet eſſe nomen Phœnicium, quam videre licet, ſi rem tanti feceris.

[8] Ἄκρα πλησίον Ἀθηνῶν.] Imo Strabo promontorium hoc nomine in Attica agnoſcit, non autem Atticæ vicinum, ita enim ille libro IX. Μεταξὺ δὲ τοῦ Λαυρίου καὶ τῶν Σουνίου, μικροῦ ἄνωθεν τούτου μεταξὺ τῶν Ἀλαιέων, Ζωστήριόν ἐστιν ἄκρον μεταξὺ Θορικίας, Ἀστυπαλαιᾶς &c.

[9] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀστυπαλαιεύς.] Hoc gentili paſſim utuntur ſcriptores antiqui; imo illud Delphicum oraculum ſua auctoritate comprobavit, ita enim de Cleomede conſultoribus reſpondebat apud Pauſaniam lib. IV.

Τὸν θεῖον ἱρέων Κλεομήδεα Ἀστυπαλαιᾶα.

Eo etiam utitur Plutarchus in vita Romuli, ubi interpretes peſſimo errore vertunt *Aſtypalenſis*, quem etiam ab aliis commiſſum aliquoties obſervavi. Alterius gentilis forma occurrit apud Goltzium in vetere numiſmate, in cujus hanc inſcriptionem conſpiciebat, ΑΣΤΥΠΑΛΑΙΤΩΝ. Apud noſtrum gentile ſex ſyllabis, in numiſmate autem quinque conſtat, ex quo liquet in Stephano penultimam vocalem redundare, & Ἀστυπαλαιᾶς reponendum eſſe pro Ἀστυπαλαίτης: ex nummis enim, tanquam incorruptis teſtibus, genuinæ gentilium formæ ſunt petendæ.

[1] Ἄστυρα πόλις Μυσίας, ἑτέρως.] Hæc proprie Troadis urbs eſt, quæque tempore Strabonis jam erat diruta, uti ipſe teſtatur lib. XIII. Ὑπόκειται δὲ ὁ τῆς Ἀδραμυττηνῶν χώρας ὁ πρὸς τῇ Τρωάδι τῷ Ἀστύρᾳ, ἃ καὶ αὐτὰ μέχρι Ἀδραμυττίου ἦν, κωμοπολιτικῶν πόλις. Etiam neutro genere Geographus vocem protulit, ſed aliter Mela lib. I cap XVIII, ubi vocem fœminino genere ſingulariter uſurpavit. Verum Myſiam ſæpiſſime Troadem complecti, omnes norunt in Geographia verſati.

[2] Λέγεται δὲ ἐνικῶς Ἄστυρ.] Heſychius: Ἄστυρα, πόλιν μυσίας.

[3] Ἔστι δὲ κώμη πλησίον Ἀδραμυττίου.] Etiam Strabo hunc pagum agnoſcit & Aſtyreæ Dianæ templum, de quo intra Stephanus, qui fine dubio hæc Geographi verba reſpicit: Μυσίαν δὲ Ἄστυρα τὸν πλησίον κώμην φησίν. διὸ δὴ πολίχνιον ἐστὶ, ἐν ᾧ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ὃ κλεινὸν, ἀφορισθὲν μεθ' ἑκάστας τὰς Ἀτταλικὰς. Geographi alii non diſtinguunt inter Aſtyra urbem Troadis & Myſiæ: hanc omnes, quam Strabo & Stephanus pagi nomine deſcribunt, urbem faciunt. Mela lib. I. cap. XVIII. *Germio interiore campos Herbe nomine, Adramyttium, Aſtyram, Chryſam, oppida, eodem quo dicta ſunt ordine adjacentia, tenuere.* Sic quoque Scylax capite Lydiæ: & Plinius lib. V cap. XXX. Pauſanias præterea in Meſſeniacis Aſtyrorum è regione Lesbi meminit, ubi nigram aquam conſpexerat, cujus verba fortaſſis ita ſunt legenda: Ὑδάτων δὲ τῶν πηγῶν ἀναχεομένων μέλαν ὕδωρ ἐκβάλλει ἐς Ἄστυρα, τὰ δὲ Ἀστύρων ἀπέχοντα Λέσβου λαμβάνει ἐν θαλάσσῃ, ἧς ἐν τῷ Ἀστυρικῷ κόλπῳ. Si in Troade fuerint Aſtyra, circa Ilium & Scamandrium ultra agrum Abydenum, erunt collocanda. Sed verior ne Strabo & cum illo Stephanus ex

καὶ ἀ Ῥόδον, [71] ἐν ᾗ ἐπιφέρεται Ἀθηνᾶ Ἀσσυρίς. A
[72] ἔστι καὶ Βοιωτίας, πρὸς τῇ Πολνίαις, ὡς
Χάραξ ἐν δευτέρᾳ. [73] ἔστι δὲ χώρα Ἰταλίας.
τὸ ἐθνικὸν, Ἀσσυρινός. ἀφ' οὗ τὸ φ Ἀσυρινὴς
Ἀριθμῷ ἰσχυρόν.

ΑΣΦΑΞ, ὡς Ἄτραξ, [74] ἔθνος ἐπιχώ- B
ριον τῇ Κύπρου. μή τις ᾖ τὸ Ἄσφαξ τὸ ἔθνος,
καὶ τὸ Ἄτραξ τὸ κύριον πρόσθετον [77] ἀκριβείᾳ·
ἁπλᾶ γάρ ἐστιν.

ΑΣΧΕΙΟΝ, πόλις Ἀχαΐας. τὸ ἐθνι-
κὸν Ἀσχεῖος, ὡς Σιγχεῖος, Ῥαιτικός. C

ΑΤΑΒΥΡΟΝ [78], ὄρος Ῥόδου· Ῥια-
νὸς ἐκ τῶν Μεσσηνιακῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἀτα-
βύριος. ἐξ οὗ καὶ Ἀταβύριος Ζεύς. [79] ἔστι
καὶ Σικελίας Ἀταβύριον, ὡς Τίμαιος.
κέκληται δὲ τὸ ὄρος [80] ἀπό τινος Τελχῖνος D
Ἀταβυρίου. [81] ἔστι δὲ Περσικὴ πόλις. ἔστι δὲ
Φοινίκης.

ΑΤΑΙΑ, πόλις Λακωνική. ὁ πολίτης,
Ἀταιάτης, ὡς Κάρυα Καρυάτης· ἢ Ἀταΐτης,
ἢ Ἀταῖος. E

ΑΤΑΛΑΝΤΗ [82], ἡ νῆσος Ἀθηναίων
πλησίον τῆς Λοκρίδος· [83] Θουκυδίδης δὲ λι-
πάρας.

ASPHAX, uti Atrax, gens quæ in Cypro habitavit. Nemo autem existimet πρόσθετον Aspax (quod gentem denotat) & proprium Atrax composita esse: sunt enim simplicia.

ASCHIUM, urbs Achaiæ. Gentile Aschiensis, uti Sigiensis, Rœtiensis.

ATABYRUM, mons Rhodi, de quo Rhianus libro VI Messeniacorum mentionem facit. Gentile, Atabyrius. Ab hoc monte Jupiter Atabyrius nomen habet. Est item Siciliæ Atabyrium, teste Timæo. Montes ita dicti sunt à quodam Atabyrio Telchine. Est hoc nomine etiam urbs Persica & Phœnicia.

ATÆA, oppidum Laconicum, cujus oppidanus Atæates dicitur, uti Carya Caryates: vel Ataïtes, vel Atæus.

ATALANTA, insula apud Locros ab Athenensibus condita, cujus Thucydides libro

uno, duo diversa loca faciat, & urbs ante Straboni ætatem diruta, ipso scribente, rurium in pagi formam excreverit.

71 Ἐν ᾗ ἐπιφέρεται ἡ Ἀθηνᾶ Ἀσσυρίς.] Sic ille locus continuatim est legendus, qui male in Xylandriana editione nova distinctione capitis à sua serie est divulsus. Nos MSS codicum fidem sequimur & editiones, quæ Xylandrianam præcesserunt. Xylander sic incipit novum membrum: Ἀσσυρίς, ἔστι δὲ Βοιωτίας. Verum ipsa conjunctio καὶ hoc antecedentibus connectit: præterea ex ipsa re firmissimum argumentum colligitur, hæc non esse separanda: nam noster antea mentionem fecerat duarum urbium uniusque vici, à quibus nullum deduxerat gentile: sic non solet, licet de ignobili oppido aut vico verba facit.

74 Ἔστι δὲ Βοιωτίας.] Ignobile admodum videtur fuisse oppidum, & cujus ne rudera quidem ætate Pausaniæ superfuere, nam in Bœotiæ periegesi nullam de eo mentionem habet.

77 Ἔστι δὲ χώρα Ἰταλίας.] Cluverius in antiquæ Italiæ descriptione lib. III cap. VII existimat, male nostrum hoc loco τὸν χῶρον pro τὸν χωρίον scripsisse, & prædium Ciceronis, cujus Plutarchus in ejus vita meminit, in regionem convertisse. Fateor hoc mendæ genus sæpissime apud Epitomatorem esse obvium, sed manifeste vir doctus non probavit, hoc loco non posse regionem Italicam intelligi. Fluvium & insulam hoc nomine invenies apud Plinium libro III cap. V: *Antium colonia, Astura fluvius & insula, fluvius Nymphæus, Clostra Romana, Circeji.* Et oppidum, apud Servium in Virgil. Æneid. lib. VII. *Haud longe à Terracina oppidum est Astura, & ejusdem cognominis fluvius.* Ergo non male circumjacens regio à nostro χώρα Ἰταλίας appellatur. Omnia illa loca, ubi Cicero in Epistolis ad Atticum de *Astura* mentionem facit, non intelligo de ipsa regione neque oppido, sed de villa, quam in illa regione possidebat. Sic Tusculum & Baias sumpsit pro prædiis, quæ Tusculi & Bajis habebat. Liquet hoc evidentissime ex Plutarcho in Ciceronis vita, quæ verba etiam Cluverius, sed alium in finem citat. Ἡγοῦμαι δὲ τοῦτον, ὁ Κικέρων ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐλθὼν πρὸς Τερέντιον, ἔχων ἐν ἀδείᾳ μεθ' ἑαυτοῦ. ἐπιβὰς δὲ τῆς ἀποχρεφίδος, ἐφέρετο εἰς Ἄστυρα μεσόπλουν, χρόνῳ παρὰ λίγον τοῦ Κικέρωνος. Erat Cicero in propriis agris circa Tusculum, id est, erat in Tusculano suo: verum intellecta proscriptione cum fratre statuit Asturam proficisci, id est in prædium suum vel in Astura.

76 Ἔθνος ἐπιχώριον.] Chartaceus Vossianus: ἔθνος ἀσσυρίον.

77 Ὀρθῇ.] Male in editione Xylandri: ἀκριβεῖ, quæ typothetarum est vitium.

78 Ἀτάβυριον, ὄρος Ῥόδου.] Strabo libro XIV montem *Atabyrium* nominat. Veram appellationem nosse videbatur. Vide Diodorum Sicul. lib. V: Pindarum Olympio II. Apollodorum & alios.

79 Ἔστι δὲ Σικελίας Ἀταβύριον.] Cluverius Siciliæ Atabyrium inter loca incertæ positionis refert, verum manifeste apparet ex Polybio lib. IX prope Agrigentum fluvium fuisse montem hujus nominis, ita enim ille: Ἐπεὶ δὲ ἡ περὶ Ἀγρίγαντα ἐπιφάνεια, καὶ Διὸς Ἀταβυρίου, καθιδρυμένη πανταχόθεν ἐστὶ φύσεως. τῶν δὲ Ἀκραγαντίνων τινὲς Ῥοδίων ἀποικοῦντες, ἐκπεσόντες ὑπὸ τῶν αὐτόθεν ἰσχυροτέρων, διὰ δὲ πολλὰ πλοῖα Ῥόδιοι ὄντες τῶν αὐτῶν ἰσχυόντων ἀποτυγχάνουσι, διὰ δὲ πολλὰ πλοῖα Ῥόδιοι. Ergo non solum fluvium, sed & montem hujus nominis, ita enim illic: Ἐπεὶ δὲ ἡ περὶ Ἀγρίγαντα ἐπιφάνεια, καὶ Διὸς Ἀταβυρίου, καθιδρυμένη πανταχόθεν ἐστὶ φύσεως. τῶν δὲ Ἀκραγαντίνων τινὲς Ῥοδίων ἀποικοῦντες, ἐκπεσόντες ὑπὸ τῶν αὐτόθεν ἰσχυροτέρων, διὰ δὲ πολλὰ πλοῖα Ῥόδιοι ὄντες τῶν αὐτῶν ἰσχυόντων ἀποτυγχάνουσι, διὰ δὲ πολλὰ πλοῖα Ῥόδιοι.

80 Ἀπό τινος Τελχῖνος Ἀταβυρίου.] Telchines Phœneo rege Argivorum & Parrhasiis bello superati, & pene pulsi in Rhodum secessêre, quemadmodum Eusebius & Orosius lib. I cap. VII auctores sunt. Quam male Telchines apud antiquos audiverint, narrat Diodorus lib. V. Strabo lib. XIV: Et Ovidius lib. VII Metamorph.

81 Ἔστι δὲ Φοινίκης.] Existimo Stephanum hoc loco innuere urbem propriè in Cœlesyria sitam, de qua Polybius lib. V mentionem facit hisce verbis, postquam de Seleuco, Tyro, Philoteria & Scythopoli loquutus est, Ἀνέβαλλε πρὸς δὲ Φιλωτείαν πόλιν, ὑπερβαλὼν τὸν ἀπὸ Σκυθῶν ποταμὸν ἐκ τῆς Ἀταβυρίου. Et mox apud eundem sequitur: Ἀνέβαλλε πρὸς δὲ τὸ Ἀταβύριον, κἀνταῦθα, καθ' ὃν καιρὸν, ἐπολιόρκει Πτολεμαῖος &c.

82 Ἀτάλαντα, ἡ νῆσος Ἀθηναίων.] Hic aliquid excidit scilicet oppidi vel insulæ nomen, in dubium vocari non potest. Loquitur de Atalanta Cedrenus in Compend. Hist. Καὶ ἀστραπῶν γλυφάων, ἡ ἀπὸ Λοκρῶν Ἀτλάντη πρὸς ἑσπέρην ἐξέπεσεν. Vix puto Cedrenum vera pronunciare, fuit ante terræ motum omnino erat insula, & accidente motu quæ etiam navibus esset pervia, geminæ insulæ exiere. Lege Straboneum lib. I. hujus infortunii mentionem facientem: Vide quoque Scaligerum ad Eusebium. Scribitur deinde apud nostrum ἡ δ' ἧν, quod hoc pertinere videtur.

83 Θουκυδίδης δὲ λιπάρας.] Verba Thucydidis hæc sunt: Ἐτείχισε δὲ καὶ Ἀτάλαντα τὴν Ἀθηναίων φρούριον, τὸ πρὸ

νία. ἔστι δὲ νῆσος. [84] καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Πει- A bro II meminit. Est item insula quædam, & alia juxta Piræum. Insulanus, Atalantæus.
ραιεῖ. ὁ νησιώτης, Ἀτταλαντιεύς.

ΑΤΑΡΒΙΚΙΣ [85], πόλις ἐν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ. τὸ ἐθνικὸν Ἀταρβικίτης, ὡς Προσωπίτης.

ATARBĬCIS, urbs in insula Prosopitide. Gentile Atarbicita, uti Prosopita.

ΑΤΑΡΝΑ [86], πόλις μεταξὺ Μυσίας B καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου. [87] ὁ πολίτης, Ἀταρνεύς, ὡς Ὀδυσσεύς· καὶ θηλυκὸν, Ἀτάρνις.

ATARNEUS, oppidum inter Mysiam & Lydiam prope Lesbum. Oppidanus dicitur Atarnensis, uti Odyssensis: fœmininum, Atarnis.

ΑΤΑΦΥΝΟΙ [88], ἔθνος μέγα Ἀραβίας, ὡς δὲ Γλαῦκος ἐν δευτέρᾳ. C

ATAPHYNI, gens magna Arabiæ, cujus Glaucus libro secundo meminit.

ΑΤΕΛΛΑ [89], πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας, μεταξὺ Καπύης καὶ Νεαπόλεως. τὸ ἐθνικὸν οὐκ Ἀτελλαῖος, [90] ὡς Ἀγυλλαῖος, ἀλλὰ Ἀτελλανός· ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ, [91] Ἀτελλανοὶ παρέδοσαν αὐτούς.

ATELLA, urbs Opicorum Italiæ inter Capyam & Neapolim. Gentile non est Atellæus uti Agyllæus, sed Atellanus, quo Polybius libro IX utitur. Atellani sese tradidere.

D

ΑΤΕΡΙΟΝ, ὡς Ῥήγιον, πόλις Σικελίας. ὁ πολίτης, Ἀτερῖνος.

ATERĬUM, uti Rhegium, oppidum Siciliæ, cujus oppidanus Aterinus dicitur.

ΑΤΗΝΗ, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς. [a] φησὶ γὰρ αὐτὴν Αἰολίδος Φρύνιχος. ὁ δημότης, Ἀτηνεύς· [91] Παυσανίας Ἀτηνεὺς ἐχορήγει, [94] ἢ Παυσακλῆς. Διονύσιος, Ἀτηνίαν μὲν δῆμον. ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τὸ Ἀτηνεὺς, ὀφεῖλον Ἀτηνιεύς.

ATENE, populus Antiochidis tribus: Phrynichus dicit esse Attalidis. Popularis Atenensis. Patrocles Atenensis ludos edebat, & Pantacles. Dionysius populum Ateniam vocat: sed non permittit gentile Atenensis, quod Atenienſis esse debebat.

ΑΤΙΝΤΑΝΙΑ, μοῖρα Μακεδονίας. οἱ κάτοικοι, καὶ Ἀτιντᾶνες, καὶ Ἀτιντάνιοι. ἔστι δὲ ἀπὸ Ἀτιντᾶνος, υἱοῦ Μακεδόνος. λέγεται δὲ Ἀτιντανὶς τὸ θηλυκόν. λέγεται καὶ Ἀτιντᾶν, καὶ Ἀτιντανία, καὶ Ἀτιντάνιον ἐθνικόν. F

ATINTANĬA, pars Macedoniæ, cujus incolæ Atintanes & Atintanii vocatur: ita autem dicta est ab Atintane Macedonis filio. Genere fœminino Atintanis reperitur. Dicitur quoque Atintan & Atintania, & neutro genere Atintanium.

ΑΤΛΑΝΤΕΣ, ἔθνος Λιβυκὸν· Ἡρόδοτος G

ATLANTES, gens Libyca, cujus Herodotus

τὸν πλοῦτον, ἐπὶ Λακεδαίμονος τοῦ Ὀνησικλέους τοῦτο ἐμήνυσε.

[84] Καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Πειραιεῖ.] Hujus meminit Strabo lib. IX, referens cognomincm esse Euboicæ Locrensisque.

[85] Ἀτάρβικις, πόλις ἐν τῇ Προσωπιτικῇ νήσῳ.] Hæc pessime contaminata conspiciuntur in omnibus vulgatis: Ἀτάρβεις, πόλις ἐν τῇ Προσωπιτικῇ νήσῳ. Nos ex libris MSS veterem veramque lectionem reduximus, quam mirifice librarii corruperant. Subolfecerant mendum illud Ortelius & Tristanus, idem plane conjicientes, quod Salmasio codd. Palatini, atque mihi Vossianus exhibuere. Insula hæc erat in Delta Ægypti: urbis & insulæ memoria reperitur apud Herodotum lib. II, ubi urbanos Ἀταρβήχεις, sed Ἀταρβήχεως appellatur. Ἀτανὶς] ἡ ἑφεξῆς πόλις βάρις ἐν τῇ Προσωπιτικῇ κληθεῖσα νήσῳ. τὴν μὲν ἐν τῇ Δήλῳ, πορίσματος δὲ αὐτῆς εἵνεκα φασὶ, τὴν παύσην δὲ ἐν τῇ Προσωπιτικῇ νήσῳ ὕστερον μὲν ἐκ πόλεως πυρροῦ, ἐν δὲ αἷς βάρεις παρεχόμενοι] ἀπαρασκεύῳ τε ἐπὶ τὸ βιᾶσαι. ὄνομα τῇ πόλει Ἀτάρβηχις.

[86] Ἄταρνα, πόλις μεταξὺ Μυσίας.] Constanter sic legunt librarii omnes exarati & editi: nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo. Sine dubio oppidi nomen in mendo cubat, quod auferetur referibendo Ἀτάρβεις. Hac enim forma Scylax, Strabo lib. XIII, Xenophon lib. III Hellenicorum, Isocrates in Panegyrico & alii vocem istam protulerunt. Imo sic olim Stephanum scripsisse, non est quod ambigam, apud quem alibi sic leginus: Φασηλὶς, ἔστι δὲ Ἀτάβυρις, τὸ ἐθνικὸν, Φασηλίτης ὡς οἱ, ὡς δὲ Ἀταρβεύς, Ἀταρνίτης. Vide etiam in voce Τασηλὶς, & de hac emendatione cis certissimus. Ad situm quod attinet, noster Atarnea Adio vicinum facit: Ἄδος, πόλις Λυδίας, πλησίον Ἀταρνέως. Locum lege & ad eum nostrum commentarium.

[87] Ὁ πολίτης, Ἀταρνεύς.] Plurima occurrunt in hac epitome exempla, ubi gentilia & urbium nomine plane eadem sunt, cujus rei ratio redditur in voce Ἀγυρώνα. Verum cum ipse Stephanus aliquoties ΣΤ ΑΤΑΡΝΕΙΤΗΣ meminit, nequaquam illud est rejicicndum. Præterea hæc forma etiam apud idoneos scriptores occurrit, apud Diogen. Laert. Pausan. Callimachum atque alios.

[88] Ἀταφωνοί, ἔθνος.] Codex Vossianus & Palatini exhibent Ἀταφωνοί, ἔθνος. Ita quoque in Aldina editione reperies: verum in Florentina, Ἀταφῆνοι, ἔθνος μέγα Ἀραβίας. Quid sit præferendum alii dispiciant.

[89] Ἄτελλα, πόλις Ὀπικῶν.] Testatur Cluverius inter Capuam & Neapolim hodie conspici oppidum Averſa dictum: circa quod quædam antiquorum operum visuntur ruinæ. Multis scriptoribus hoc oppidum memoratur, Ciceroni, Livio, Straboni, Silio, Ptolemæo atque aliis.

[90] Ὡς Ἀγυλλαῖος.] Scribe: ὡς Ἀγυλλαῖος. Vide in voce Ἀγύλλα, & de hac emendatione non dubitabis.

[91] Ἀτελλανοὶ, παρέδοσαν αὐτούς.] Ita hunc locum supplevimus, qui in vulgatis mutilus circumferebatur. Salmasius sic etiam ad oram sui Stephani emendaverat. Goltzius vidit nummum cum inscriptione ΑΤΕΛΛΑΝΩΝ.

[92] Φρυνίχος δὲ ἐν Αἰολίδος φησίν.] Emendabat doctissimus Meursius: Φρυνίχος δὲ ἐν Ἀτταλίδος φησίν.

[93] Παυσανίας.] In Palatinis legebat Salmasius. Παυσανίας.

[94] Καὶ Παυσακλῆς.] In antiquitatibus hic non est notus. Fortassis scribendum: καὶ Παυζακλῆς, de quo Pausanias in Eliacis prioribus.

δείκτης πεπόρτης. [91] ἔστι καὶ τὸ ἔθνικὸν ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ δύο Ἀτλάντων. [92] Ῥιανὸς δὲ ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρᾳ Ἀτάραντας μετ' αὐτοὺς εἶναί φησι, καὶ Ἀτλαντίτας [93] καὶ ἔτι ἃ βλέπουσιν ἃ τοῖς ὀνείρασι. λέγεται τὸ κτητικὸν Ἀτλαντικὸς, [94] καὶ Ἀτλαντικὴ θάλασσα· καὶ Ἀτλαντικὸς, καὶ Ἀτλαντία θάλασσα.

ΑΤΡΑΙ, πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγρητος· Ἀρριανὸς ἐπτακαιδεκάτῳ Παρθικῶν.

ΑΤΡΑΜΙΤΑΙ [95], ἔθνος εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὡς Οὐρανίος ἐν τρίτῃ Ἀραβικῶν. Ἀρτεμίδωρος δὲ Ἀτραμωτίτας αὐτοὺς καλεῖ.

ΑΤΡΑΞ, καὶ Ἀτρακία, πόλις Θεσσαλίας [96] ἀπὸ Πελασγιώτιδος μοίρας. ἐκλήθη ἀπὸ Ἀτράκως τοῦ Πῆνέως καὶ Βιρᾶς παῖδος κληθείσης. [97] τὸ ἐθνικὸν, Ἀτράκιος· καὶ θηλυκὸν, Ἀτρακία. καὶ Ἄτραξ, ὁμοφώνως τῇ πόλει. Λυκόφρων,

Καὶ δεύτερος ἔπεμψαν [98] Ἀτράκας λύκος.

πῶς δὲ ἀφῆκε τὸ γ ἐκλιναν, Ἄτραγος· ὡς Εὔπολις,

[99] Εἰς Ἄτραγα νύκτωρ. - - - -

ἔστι καὶ Ἀτρακὶς θηλυκόν.

ΑΤΡΗ-

dotus libro IV meminit. Hoc nomen illis à duobus montibus, qui Atlantes nuncupantur, inditum est. Rhianus libro secundo Achaïcorum refert: Atarantas post ipsos esse, & Atlantas, qui nulla insomnia videant. Possessivum Atlanticus dicitur, & Atlanticum mare: & Atlantius, & Atlantium pelagus.

ATRÆ, urbs inter Euphratem & Tigrim, cujus Arrianus libro XVII Parthicorum meminit.

ATRAMĬTÆ, populi Felicis Arabiæ, uti Uranius libro III Arabicorum refertur. Artemidorus eos Atramotitas appellat.

ATRAX & Atracia, urbs Thessaliæ in tractu Pelasgiotidis: nomen habet ab Atrace Penei & Buræ filio, qui eam condidit. Gentile Atracius: genere fœminino Atracia: Et Atrax, quod sonat ut nomen urbis, Lycophron

Et secundos miserunt Atracas lupos.

Quidam vero in casu obliquo faciunt Ἄτραγος quod reperitur apud Eupolin.

Ad Atragem noctu. - - - -

Genere fœminino dicitur Atracis.

ATRE-

[91] Ἔστι δὲ τὸ ἔθνικὸν ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ δύο Ἀτλάντων.] Constanter sic legunt libri calamo exarati & editi. Salmasius in margine sui Stephani contendit legendum esse: Ἔστι δὲ τὸ ἔθνικὸν τοῦ ὄρους τοῦ δύο Ἀτλαντίων. Et sic locum emendatum esse à viro incomparabili in Plinianis Exercit. postea cognovi. Vel hoc modo verba constituenda putat: ἔστι δὲ τὸ ἔθνικὸν ἀπὸ ὄρους τοῦ δύο Ἀτλ. ut dicat Stephanus, Atlantas populos à montibus Atlantibus nomen esse adeptos.

[92] Ῥιανὸς δὲ ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρᾳ.] In voce Ἄτραξ ejusdem Rhiani liber secundus Ἀχαϊκῶν citatur: ad quem locum obiter admonuimus, Eustathium aliquando pro Rhiano allegasse Arrianum; quem errorem etiam nunc committit, ex Ethnicographo hunc de Atlantibus locum transcribens, ita enim ille in comment. ad Dionysium de situ Orbis pag. 15. ὁ δὲ περὶ Ἐθνῶν γράψας, ἐπὶ τῶν Λιβυκῶν λέγει τοὺς Ἀτλαντίους. καὶ Ἀρριανὸς δέ φησιν, Ἀτάραντας ἔφησε, καὶ μετ' ὀνείρους λαμβάνει τοὺς Ἀτλαντίους, οἳ ἃ λέγονται μὴ βλέπειν ὀνείρους. Aut Archiepiscopus Thessalonicensis in depravatum Stephani codicem incidit, aut locum festinando male transcripsit: nam Rhianum Ἀχαϊκῶν scripsisse, non vero Arrianum, apud omnes in confesso est.

[93] Καὶ ἔτι ἃ βλέπουσι κατὰ ὀνείρους.] Fabulas quas de Atlantibus narrant Mela, Plinius, Solinus aliique, ex Herodoto hauserunt, qui de illis lib. IV, jam à Stephano allegato, ita scribit. Ἔχουσι δὲ οὐδὲ τούτων ὀνόματα οἱ ἄνθρωποι Ἄτλαντες. ἔστι δὲ οὔτε ἔμψυχα πάντα. λέγουσι δὲ ὅτι δι' αὐτῶν διὰ μέσων ὄρεα ὑπερμεγέθεα ἀναβαίνει, τῶν οὐκ οἶδα τὰ οὐδὲν ἐπιβάλλει. ἀεὶ γὰρ αὐτὰς ὀνομάζειν τρία ἔστι ἔτεα ἔστι χρόνου. καὶ κίονα δὲ γράφει λέγων ὡς ἐπιστρέφει οὗτος. ἐστὶ γάρτε δὴ ὄρεα ὡς ἀπέφηνε, ἔστι ἐκκυμαίνει ἐξάπτοντα. κρημνίζεται δὲ δὴ Ἄτλαντος. λαμβάνει δὲ ἔστι ἐμφανὲς ἐπὶ πτῶσιν ἔστι οὐδενὸς ἔστι ἐφορᾶν.

[94] Καὶ Ἀτλαντικὴ Θάλασσα.] Lepidissimum est quod narrat de etymologia maris Atlantici Lycophronis Scholiastes, nempe Atlantem Mathematicum Poenum extitisse, qui cum in montem altum conscendisset, ut diligentius astra specularetur, in subjacens mare decidens, ibi periit: unde mari nomen inditum est. Vide etiam Eustathium ad Odyss. Λ. pag. 1389 & 1390.

[95] Ἀτραμῖται, ἔθνος εὐδαίμονος.] Incidit Stephanus in dubio in Uranii codicem, in quo gentis nomen diversimode scribebatur, unde & diversas gentes videtur fecisse τοὺς Ἀτραμίτας & Χαλγραμωτίτας. Uranii verba legentur apud nostrum in voce Ἀβασηνοί: regionis, quæ Atramotitis dicitur, etiam Uranius lib. I Arabicorum commemorat, uti in τοὺς Χαλγραμωτίτας liquet, eamque maritimæ vicinam statuit. Quibusnam autem appellationis illorum regio, & gens ipsa insignebatur lege apud Solinum in Solinum pag. 489. Et Bochartum in hoc Phaleg lib. II cap. XVI.

[96] Ἄτραξ Θεσσαλίας.] Hæc vox formam τοῦ ἰθνικοῦ repræsentat. Non possum quin assentiar Salmasio existimanti τοῦ Ἀτράμωνος loco nomen esse, unde gentile Ἀτραμωνίτης deducitur: nam plurima oppida & vici in felice Arabia sic terminantur, quemadmodum τοῦ Ἀλλάφ, τοῦ Χαλάφ, τοῦ Θάρμῳ & similia.

[97] Τῆς Πελασγιώτιδος.] Etiam Ptolemæus lib. III cap. XIII, hanc urbem inter Pelasgiotidas recenset. Δολίχη, Ἀξίωρος, Πύγασα, Γόνοι, Ἄτραξ, Γίρτων &c.

[98] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτράκιος.] Apud Statium lib. I Thebaïdos hoc gentile occurrit:

- - - *Tyrales per nubila Phœbes*
Atracia rubet arte labor. - - -

Et Valerius Flaccus lib. VI:

Quantum Atracio Lemnos spirare sereno
Sciret, & Æmonias agitari cantibus undas.

Idem gentile hinc deducit noster etiam in voce Κυπάρ.

[99] Ἄτραγος λύκος.] Constanter ita exhibent MSS & vulgati codices: & Eustathius ad Iliada B constitutur, ἐν τοῖς Stephani exemplaribus etiam hanc scripturam reperisse, verum communes Lycophronis codices ἄτρακτον λύκον habuisse, hæc sunt ejus verba: Ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἄτρακτος Ἄτραξ. ἐκ δὲ πολίσματος, Ἀτράκιος παρὰ Λυκόφρονι τῷ δεύτερον Ἄτραγος λύκος (ὁ γραφεὶς ὁ Εὐπολίδειος ἄτρακτον λύκον γράφων παρὰ τὸν λυκογράφον τραγῳδίαν.

[1] Εἰς Ἄτραγα νύκτωρ.] Codex Vossianus male τὸν Ἄτραγα νύκτωρ.

Ἀτρήνη [6], πόλις. Φιλοστέφανος φησὶν ἀπὸ Δαΐσου [7] τοῦ Ἀτρῶνος, [8] καὶ Ἀτρέως τῆς Ἀργείας Κύκλωπος καὶ Φρυγίας νύμφης ἀποκαλουμένης. τὸ ἐθνικὸν, Ἀτρηνὸς, καὶ Ἀτρηνίτης, καὶ Ἀτρηναῖος.

ATRĒNA, urbs. Philoſtephanus perhibet, eam à Deuſo & Atrone, & ab Atrena Argetis Cyclopis & Phrygiæ nymphæ liberis denominatam eſſe. Gentile Atrenenſis, & Atrenites, & Atrenæus.

Ἀτρία [9], πόλις Τυρρηνίας, Διομήδους κτίσμα. [10] χαμαὶ συμπεσοῦσα, καὶ μετὰ τὴν ἀποσωθῆναι, [11] καλέσαι Αἰθρίαν. καὶ παραφθαρὲν ὕστερον τοῖς βαρβάροις τὸ ὄνομα. [12] ἔστι δὲ ἄλλη πόλις Βοιῶν, ἔθνους Κελτικοῦ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτρεὺς, καὶ Ἀτριεύς. ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον. [13] σωτήρια γὰρ Ἰταλοῖς τύπος, ὁ δεῦρο καὶ αὖθις.

ATRĬA, urbs Tyrrheniæ à Diomede condita. Qui poſtquam è tempeſtate, qua mari fuerat jactatus, incolumis evaſiſſet, urbem Æthriam vocavit. Quod nomen deinde à Barbaris corruptum fuit. Eſt quoque alia Boiorum urbs, gentis Celticæ. Gentile, Atrianus, & Atrienſis, & Atriates. Verum primum reliquis præſtat. Forma enim in anus deſinens, Italis eſt uſitata.

Ἀτροπατία [14], καὶ Ἀτροπάτιος, ἡ δὲ μία δυτικὴ μερὶς (ἡ γὰρ πρώτη, καθ' ἣν ἐστὶ τὰ Ἐκβάτανα, ἡ μητρόπολις, καὶ τὸ βασίλειον τῆς Μηδίας) ἀπὸ Ἀτροπάτου ἡγεμόνος Ἀτροπατηνὸς τὸ ἐθνικὸν, Ἀτροπατηνὸς, καὶ [15] Ἀτροπατικός.

ATROPATĬA, & Atropatius, altera pars Mediæ (illa enim eſt prior pars, in qua ſunt Ecbatana, metropolis & Mediæ regia.) quæ à duce Atropato nomen accepit. Gentile, Atropatenus & Atropatene.

Ἀττάλεια [16], πόλις Λυδίας, πρότερον Ἀγρόειρα, ἢ Ἀλλόειρα καλουμένη. [17] ἔνιοι δὲ, τὴν Κιλικίας Κώρυκον ἔτω φασὶ λέγε-

ATTALĬA, urbs Lydiæ, quæ antea Agroira ſeu Alloira vocabatur. Nonnulli tradunt Ciliciæ Corycum ita nominari, inter quos

[6] Ἀτρήνη πόλις.] En manifeſtiſſimum in hiſce verbis epitomes argumentum. Imo vix verisimile eſt, Hermolaum compendii auctorem ſic ſcripſiſſe: nam neque regionis neque provinciæ nomen, in qua *Atrena* ſita fuerit, in libris vulgatis aut MSS exprimitur. Si quid conjectura niti, cenſeo Stephanum hic de urbe Italica, in Volſorum mediterraneis ſita, loquutum fuiſſe, eandemque eſſe, quam Livius lib. IV cap. LXI tranſpoſitis literis *Artenam* appellarit. *Dirutæ & arce & urbe Artena, reduſtæ Latini ex Volſcis, amniſque vis Romana Veios converſa eſt.* Et mox ſequitur. *Sunt qui Artenam Veientium, non Volſcorum fuiſſe credant: præbet errorem, quod ejuſdem nominis ubi inter Cære atque Veios fuit.* Hæc literarum tranſpoſitio antiquis adeo fuit familiaris, ut opus non ſit eam pluribus comprobare exemplis: pro ἄρδηκες dixere ἄραδοι, pro ἄγκων ἄγκος & ſimilia. Si quis vel ex antiquitate, vel ex melioribus libris certius aliquid attulerit, maximas habebo gratias.

[7] Ἀπὸ Δαΐσου.] Codices editi conſentiunt in hanc ſcripturam: Voſſianus: ἀπὸ Δάσου. Nomen hujus heroïs prodidit, quod ſciam, non occurrit: difficulter itaque dictum, quid præferendum ſit.

[8] Καὶ Ἀτρέως.] Certiſſimum eſt hanc vocem non eſſe ſui coloris, atque imperitos librarios ex duabus unam confluſſe. Salmaſius in margine ſui Stephani totum locum hunc in modum conſtituit: Φιλοστέφανος φησὶ, ἀπὸ Δάσου ἢ Δαΐσου τοῦ Ἀτρῶνος, καὶ Ἀτρέως τοῦ Ἀργείου τοῦ Κύκλωπος ἢ Φρυγίας νύμφης ἀποκαλουμένης. Hanc conjecturam tam firmam exiſtimat, ut non dubitet eam in textum recipere.

[9] Ἀτρία, πόλις Τυρρηνίας, Διομήδους κτίσμα.] De appellationibus, ſitu & conditore hujus urbis conſulendus Cluverius in antiq. Ital. deſcriptione. Ita quoque hæc urbs Ptolemæo vocatur, & in emendationibus Pliniii codicibus, auctore Hermolao Barbaro in caſſigat.

[20] Ἐν ᾗ Σικελίας Χερσόνησος ἐν τῷ στενῷ ἰσθμῷ.] Non poſſum non mirari vel Epitomatoris in geographicis imperitiam, vel librariorum incuriam, qui hunc locum ita concepérant: Ἐν ᾗ Χερσόνησος ἐν τῷ στενῷ Ζ ἰσθμῷ. Hæc ita intelligentes, quaſi in Sicilia eſſet urbs Thapſus, & hoc nomine Cherſoneſus in anguſtiis iſthmi Corinthiaci. Nos veterem lectionem, non manu exaratorum codicum fide, ſed ope Thucydidis revocavimus, certo ſcientes, Stephanum olim in genuino opere ejus verba vel inquiſſe, vel citaſſe, ita enim ille lib. VI: Καὶ τὰς πρὸς Λιβύην ἐκπλεούσας, ταύτῃ τε κρατοῦσι καὶ τῇ Θάψου καλουμένῃ· ἔστι δὲ Χερσόνησος ἐν τῷ στενῷ ἰσθμῷ ἐσχάτου ἡ πόλις· ἔστι δὲ καὶ Σικελικὴ πόλις ἐπ' ἄλλῃ παραλίᾳ ὁμωνύμῳ. Plura de Thapſo ejuſque ſitu non addam, quia non lubet Cluverii & Bocharti theſauros compilare.

[21] Οἱ πολῖται, Θεᾶς.] Sine ſenſu in vulgatis legitur: Θέας, πόλις Λακωνικῆς· Φιλόχορος τρίτῳ· Θεᾶς, ὡς Θουκυδίδης.

[22] Θεαγγελεύς.] Hæc vox, ſi appellativæ accipias, denotat præconem, qui ſpectacula & deorum ſolemnia promulgat. Heſychius: Θεαγγελεῖς, οἱ πρὸ τῶν ἱερῶν ἀγγέλλοντες. Fortaſſis ipſa urbs a promulgata quadam panegyri nomen accepit. Urbis meminit Plinius lib. V cap. XXIX: *Sex oppida contributa ei ſunt a Mag. Alexandro, Theangela, Sibde, Medmaſſa, Euranium, Pedaſum, Telmeſſum.*

[23] Θεβήθα, Φρούριον.] Peſſime hanc ſectionem excepérunt librarii, in omnibus enim editis legitur: Θεβήθα, Φρούριον Μεσοποταμίας· Ἀρριανὸς ια'· ὁ οἰκήτωρ, Θεβηθηνός ὡς Ἐμαθὰ Ἐμαθηνός. Aldina tamen & Florentina editio agnoſcunt nomen munimenti Θεβήθα, quod nobis quoque MSS exhibuerunt.

[24] Θεμβρίμιος, πόλις Καρίας.] Vulgati omnes Θεμβρίμιος, ſed nos, ratione duce, Θεμβρίμιος reſtituimus, nam urbs a *Thembrimo* nomen habet, atque inde recte citur gentile *Thembrimeus*. Oraclius cenſet Ideam aliquam pidum, quod a Strabone Θεμβρίμιον dicitur & pro habetur. ita enim ille lib. XIV: Ἔστι (ſcilicet a Myrina) δὲ σταδίους πεντε μετὰ κώμην Καρικὴν Θεμβρίμιον.

ΘΕΜΙ΄ΣΚΥΡΑ [11], πόλις, ἡ ἐστιν ἀντίον Α θερμωδόντος. κεῖ οἱ οἰκοῦντες πλὴν χώρας, Θεμισκυρεῖς. λέγεται δὲ Θεμισκύρια.

ΘΕΜΙΣΣΟ΄Σ [12], πόλις Καρίας, ἣν ἔκτισε Δαΐδας, ἀπὸ Θεμισσοῦ παιδὸς, ὃν λύκοι διεχρήσαντο. ὁ πολίτης, Θεμισσεύς. B

ΘΕΜΙΣΩ΄ΝΙΟΝ [13], χωρίον Φρυγίας. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ. τὸ ἐθνικὸν, Θεμισώνιος.

ΘΕ΄ΝΝΑΙ, [14] πόλις Κρήτης· οἱ δὲ Ἀρκαδίας. εἰσὶ δὲ ὄρος. τὸ ἐθνικὸν, Θεννεάτης, καὶ Θεννία, καὶ Θεννεύς. C

ΘΕΟΔΟΣΙ΄Α [15], Ταυρικὴ πόλις παραλία· Σταδίων ζ. τὸ ἐθνικὸν, Θεοδοσιανὸς καὶ Θεοδοσιεύς.

ΘΕΟΥ΄ΠΟΛΙΣ [16], ἡ μεγίστη τῶν κατὰ τὸν πόλις, ἥτις ἐξ Ἀντιοχείας μὲν τῆς ἐπὶ Δάφνην ὠνομάσθη δὲ ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ. [17] ὁ πολίτης, Θεουπολίτης. D

ΘΕ΄-

THEMISCYRA, urbs e regione Thermodontis. Locum inhabitantes, Themiscyrii. Dicitur quoque Themiscyria.

THEMISSUS, oppidum Cariæ, quod Dadas condidit, & a Themisso filio, quem lupi discerpserunt, sic nominavit. Oppidanus Themissensis.

THEMISSONIUM, oppidulum Phrygiæ, de quo Artemidorus in Epitome. Gentile, Themisonius.

THENNÆ, urbs Cretæ, quam alii Arcadiæ attribuunt. Nonnulli vero monte esse perhibent. Gentile, Thennæus, & Thennæa, & Themensis.

THEODOSIA, urbs Tauricæ maritima, de qua Strabo libro VII. Gentile, Theodosianus, & Theodosiensis.

THEOPOLIS, maxima orientis civitas, ex Antiochia post terræ motum a Justiniano sic dicta. Oppidani nomen, eodem modo formatur.

THE-

[11] Θεμισκύρα, πόλις.] Tres olim circa Thermodontem fuere urbes, quas incoluerunt Amazones, Lycastia, Themiscyra & Chalybia, quarum meminit Apollon. Rhod. lib. II.

Ἔνθα δὲ Δολιονίδαο πεδίον· χαλύβων δὲ πόλιες
Τηλοσε Ἀμαζονίδων. - - - - - - - -

Hæc locum Scholiastes: Πλησίον δὲ, φησὶ, τῶν Δολιονιδῶν ἐστὶ τρεῖς πόλεις, ἔνθα κατῴκησαν αἱ Ἀμαζόνες, Λυκαστία, Θεμισκύρα, καὶ Χαλυβία. Vide præterea Etymologicum. Auctorem in Θεμισκύρειον. Ipsa regio, in qua ista erat, campus sive πεδίον Θεμισκύρειον appellatur, atque se extendit a Chadisia usque ad Thermodonta, ut perhibet Hecatæus apud nostrum: Ἡ δὲ Θεμισκύρα πεδιὰς, ἀπὸ Χαδισίας μέχρι Θερμώδοντος.

[12] Θεμισσός.] Sallustius in Fragmentis: *Deinde campi Themiscyrii, quos habuere Amazones, a Tanai flumine mentum quamobrem digressæ.* Vide quoque Justinum lib. II. *Subjectisque Themiscyreos campos occupavere.* Eodem redibit, utrum penultimam apud Sallust. per I, an apud Just. per E longum pronunciaveris, nam τὸ Θεμισκύρειον in usu esse, liquet satis ex femminino Θεμισκύρεια, quod noster subjungit: Eo quoque utitur Apollonius Rhod. lib. II, de Amazonibus, quæ Themiscyram incolucrant, ita enim ille:

Ἔνθα Θεμισκύρειαι Ἀμαζόνες ἀπολίζονται.

Obiter notandus hoc loco Servius, qui idem Sallustianum frag. cit. pro *Themiscyrii*, pessimo errore, & contra omnium auctoritatem legit *Thraciis*. ita enim ille ad Æneid. lib. XI: *Tanais fluvius est, qui separat Asiam ab Europa &c. Quod & Sallustius testatur, dicens: Deinde campi Thraciis, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine incertam quam ob causam digressæ.*

[13] Θεμισσός, πόλις Καρίας.] Idem revera est oppidum, quod a Stephano deinde Τελμισσὸς vocatur, & cujus lucolentum satis descriptionem exhibet.

[14] Ὃν λέγει διεχρέωσεν.] Perperam in libris MSS, & editionibus ante Xylandrinam excusis: διεχρείωσεν.

[15] Θεμισώνιον, χωρίον Φρυγίας.] Memorantur Straboni lib. XII & Pausaniæ lib. X. Verum confer Holstenium ad geographum Sac. Caroli a S. Paulo, hunc locum Θεμισώνιον appellari in Act. Concil. Chalced. act. VI, ubi Zosimus ejus Episcopus legitur, & nomen loci in MS Latino *Themisonium* duplici SS vertitur. Gentile nomen apud nostrum est Θεμισώνιος, quod an rectum sit dubito. Pausanias lib. X habet Θεμισωνίδες, quod deducitur a Θεμισωνὶς: sed mallem apud Pausaniam legere Θεμισσωνίδες.

[16] Πόλις Κρήτης.] Ex nostro manifestum est Themnas non procul a Cnosso abfuisse, ita enim ille: Ὀνομάζεται πόλις Κρήτης, πλησίον Θεννῶν & Κνωσσοῦ. Idem liquet ex Callimacho Hym. in Jovem:

Ἐστὶ Θενὰς ἀκτὴ, ἐπὶ Κνωσσίῃ φέρουσα
Ζηὸς παίπαλ', ἐ τύμβος ἐν (Θεννῇ δ' ἔπορε ἐξοχὰ Κνωσσῷ.)
Τυτθὰ τε πίειρ, ἐλαίῃσι, πὰρ' ἀμφαλίς. - - - -

[17] Θεοδοσία.] Pessime vulgatos codices exhibere Θεοδόσιος, non duntaxat elementorum ordo docet, sed quoque Strabo lib. VII, quem noster tectim citat: Μετὰ δὲ τὸ Σαμβάκιον λιμένα τὸν μέχρι Θεοδοσίας πόλεως ἡ Ταυρικὴ παραλία, χιλίους καὶ ἑκατὸν τὸ μῆκος, σταδίους, καὶ ἐρημία. Idem Strabo auctor est eodem libro, hanc urbem habuisse portum centum navibus recipiendis aptum. Imo Stephanum olim exaratse Θεοδοσίη, & inde formasse gentile Θεοδοσίτης manifestissime liquet in voce Παρθένιος, πόλις Τυρρηνίας· τὸ ἐθνικὸν, Παρθενίτης· ἔνιοι δὲ καὶ Παρθενεύς, ὡς ὁ Θεοδοσίτης Θεοδοσεύς.

[18] Θεούπολις, ἡ μεγίστη τῶν κατὰ τὸν πόλις.] Sic appellata fuit Antiochia, celeberrima totius orientis civitas ad Orontem fluvium sita: verum rationem istius denominationis noster reticet, quæ tamen invenitur in epitome chronologica ex Cyrillo & Georgio Pisside confarcinata: Ἡ Ἀντιόχεια σεισθεῖσα σὺν ἄλλοις, μέχρις ἐδάφους ἠφανίσθη ἀνῃρέθησαν ὑπερεκάθησαν τῆς τοῦ ποταμοῦ τὸ φλοῦς, χρόνος μετ' ἐκεῖνον, ἔτη· καὶ τότε ἐβασίλευε, ἔτη ἑπτὰ· ὃν διῴκησε Θεούπολις. Insignem hujus urbis descriptionem habet Phocas in Itinerario; eam suarum splendoribus, templorum structuris, copia civium, & divitiarum magnificentia superbam ac tumentem perhibet, ita enim ille: Ἡ δὲ νῦν λεγομένη καὶ οὖσα τῶν Ὀρθοσιάδων Ἀντιόχεια, μεγάλη ἐπάρχουσα, πάνυ κομψευομένη, καὶ ταῖς ἀφθονίαις χαίρουσα, πλείστῃ τε πολυανθρωπίᾳ, καὶ πολυτελείᾳ χρημάτων βριθομένη, καὶ λαμπρὰ ὑπεραφθόνῳ τῇ τῶν ἀκατάλλων χρόᾳ πάντων πόλεων. Variis hanc urbem terræ motibus concussa est, tempore M. Ulpii Trajani, qui dum Antiochiæ hyemat, urbe ingenti terræ motu quassata, ferme periisset. Refert etiam Zonaras sub Leone magno Antiochiam tam valido terræ motu quassatam, ut ferme tota collapsa fuerit. Etiam ætate Justini, cum Ephræmius Præfectus orientis ad Antiochiæ Episcopatum vocabatur, tam ingentem terræ motum passa est, ut præclarissima ædificia brevi momento corruerint, & tercentum millia Antiochenorum interierint, teste Procopio lib. II de Bello Persico cap. XIV: quam deinde totam incendio delevit atque excidit Chosroës. Sed post Justinum Justinianus urbem magnifice instauravit, auctore eodem Procopio de Ædificiis Just. lib. II: Μάλιστα δὲ ἅπαντων Ἀντιόχειαν, ἡ κατὰ Θεούπολιν ἐπικλησιν, πόλιν τε ἐκ τοῦ ἐδάφους ἀνῳκοδόμησε καὶ μείζονα ἢ αὐτὴν πρὶν ἐποίησατο.

[19] Ὁ πολίτης, ἐθνικῶς.] Suspectum mihi est vocabulum ulli-

Θ Ε Ρ Α Ι Ν Α Ι [14], πόλις Λακωνική. ἰδίως Α τινες Σπάρτην φασίν. ἔστι δὲ τέμενος, ἔχων ναὸν τῶν Διοσκούρων, διὰ τὸ ἐκεῖσε τίθεσθαι πομπάς. [15] Θεραπεύειν γὰρ, τιμᾶν σημαίνει, καὶ οἶκος τοῦ οἰκέτου, ἔνθα δεῖ θεραπεύεσθαι. τὸ ἐθνικὸν, Θεραπναῖος, καὶ Θεραπναία, καὶ Θε- B ραπναῖον.

Θ Ε Ρ Μ Α [16], χωρίον Σικελίας· Φίλιστος τρίτῳ. [17] τὸ ἐθνικὸν, Θερμαῖος. [18] ἔστι καὶ Βιθυνίας Θέρμα, τὰ μὲν Πύθια, τὰ δὲ ἐν Περσίδι βασιλικὰ λεγόμενα, τὰ δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ, τὰ δὲ ἐν Συρίᾳ, τὰ δὲ Δορυλαΐου. οἱ οἰκοῦντες, Θερμηνοί. C

Θ Ε Ρ Μ Η, πόλις Θρᾴκης. [19] Ἀπολλόδωρος δὲ Μακεδονίας φησὶ, καὶ Θουκυδίδης. ὁ πολίτης, Θερμαῖος. ἔστι καὶ Θερμαῖος D κόλπος.

Θ Ε Ρ-

THERAPNÆ, urbs Laconica, quam nonnulli Spartam appellant. Eſt quoque locus, templum habens Dioſcurorum, propterea quod illic colantur. Θεραπεύειν enim *colere* ſignificat, & οἶκος *domum*, ubi Dii colantur. Gentile, Therapnæus, & Therapnæa, & Therapnæum.

THERMA, oppidulum Siciliæ, de quo Philiſtus libro III. Gentile, Thermæus. Eſt quoque Bithyniæ Therma, quæ Pythia appellantur, quæ vero Pruſæ ſunt, Baſilica. Eſt etiam Therma in Cappadocia, & in Syria, & alia Dorylaï. Incolæ, Thermeni.

THERME, oppidum Thraciæ, quod Apollodorus & Thucydides Macedoniæ attribuunt. Oppidanus, Thermæus. Eſt quoque Thermæus ſinus.

THER-

lum ultimum, nam civis nomen non poteſt eſſe Θεσπιεύς: quippe noſter, ubi vocabulo ἐμῶν utitur, innuit nomen urbis & gentile nihil differre. In voce Ἀμφίλοχοι inquit, καὶ ὁ πολίτης ἐμῶν, ὡς Θάσιος, καὶ Θασίτης, καὶ Ἀκαρνὰν καὶ Διλάρ., ἀπὸ Ἀμφιλόχου. Quare putem hoc forte ſubſtituendum, ὁ πολίτης, Θεσπιλόχης, quod ferme in contextum recepiſſent.

[14] Θεράπνη, πόλις Λακωνική.] Libri vulgati peſſimo errore exhibent Θέρμνη, & inde deducunt gentile Θερμναῖος, ſed error facile errorem trahit: nos MSS. cuſtodem fide repoſuimus Θεράπνη, & deinde τὸ ἐθνικὸν Θερμναῖος, καὶ Θερμναία, καὶ Θερμναῖον. Quin imo video Meurſium & alios rectiſſime hunc locum ſic conſtituiſſe, auctoritate aliorum auctorum, qui hujus urbis meminere. De ſitu & origine nominis nihil addam, cum idem Meurſius hoc recte præſtiterit, duntaxat illa correcturus, quæ hac lectione corruptiſſima apparent. Hoc tamen aliqua obſervatione dignum, quod addat noſter, Therapnas Spartam fuiſſe appellatam, cum alii dicant locum hoc nomine in Sparta fuiſſe. Apollonii Scholiaſtes: Θεράπνη, τόπος ἐν Σπάρτῃ· ἀπὸ Θεραπνοῦς, τοῦ ἡρωος Ἀπόλλωνος. Suidas: Θεράπνη, τόπος ἐστὶν ἐν τῇ Λακεδαίμονι.

[15] Θεραπεύειν γὰρ τιμᾶν σημαίνει, καὶ ὁ ναὸς τοῦ οἰκέτου, ἔνθα δεῖ θεραπεύεσθαι.] In tota Stephani epitome non erat locus inquinatior, & intellectu difficilior: legebatur enim in vulgatis, quaſi omnia eſſent ſana & integra, ſine ullo defectus ſigno: Θεραπεύειν γάρ, τιμᾶν σημαίνει, σημαίνει δὲ καὶ οἰκέτου τὸ ἐθνικὸν, Θερμαῖος. Deſperatus & incurabilis manſiſſet, niſi codices calamo exarati huic vulneri, quod vel temporis injuria, vel ſcribarum vecordia cauſata eſt, præbia præſtitiſſent. Verum præterquam quod MSS. veram & antiquam lectionem exhibeant, etiam me Heſychius de hac correctione ſatis evidenter adverterat, in quo legimus: Νεώς, οἶκος ἔνθα ἄγαλμα ἵδρυται. Templa Deorum gentilium εἰκοὶ paſſim appellabantur, quod innumeris locis apud Herodotum liquet. Erat tamen οἶκος proprie cella, ſeu facellum, ubi imago alicujus Dei collocata erat & ſtabat, unde alibi Heſychius οἶκος explicat εἰδώλου οἰκίαν. Notiſſimum eſt, prima noſtræ religionis fundamenta diſcentibus, templum Hieroſolymitanum, ſanctiſſimum illum locum, a ſacris ſcriptoribus per excellentiam οἶκον τοῦ θεοῦ *domum dei* appellari, quia ibi erat Arca, divinæ præſentiæ ſymbolum. Et ſic quoque Græci veteres Templum Cereris Eleuſiniæ, in quo myſteria celebrabantur οἶκον appellarunt, inter quos Ariſtides erat. Eleuſinia. Dioni Chryſoſtomo orat. XII οἶκος μυστικὸς dicitur: Arriano in Epict. lib. III cap. XXI μυστικὸς οἶκος. & Ariſtoph. in Nubibus μυστικὸς οἶκος. Sic quoque templum illud Epheſiæ Dianæ, ab omnibus inter mundi miracula relatum, οἶκος dicitur ab eodem Ariſtoph. in Nub.

Πᾶ δ' ἐ Ἔφεσον μεγάκτισ. πύργ-
χους ἔχοις ἑκὼν· ἐν ᾗ
Κόρᾳ τε Λυδῶν μεγάλως σέβασται.

Verum Stephanus videtur intelligere οἶκον, in quo Dioſcuri celebantur, quos Therapnæos ſummo honore affeciſſe conſtat ex Helenæ laudatione apud Isocratem, in qua ille de Helenæ fratribus: Ἐπὶ γὰρ ἐκ ταύτης ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς, ἵνα τιμὰς αὐτοῖς ἱδρύσατ ἐ πολίται ὑπὲρ τῶν, καὶ ὡς ἥρωσιν, οὐδ' ὡς θεοῖς ἀμφισβητοῦσιν ἔτι. Imo ibi Dioſcurorum fanum extitiſſe, liquet manifeſte ex Pindari Schol. ad Iſthm. Od. I: Γέγονε, ὅτι τῆς Λακωνικῆς ἐν Θεράπναις τὸ ἱερὸν ἵδρυσαν Διοσκόροις. Stephanus ergo urbis originem non deducit a Therapna Lelegis F. de qua Pauſanias lib. III, ſed a vocibus θεραπεύω & ναὸς, quaſi Θεράπνη eſſet locus anguſtus, venerandus & ſacra ſtatio, nam θρησκεία Heſychio dicuntur κόλπος, & σεβάσμ. Et θεραπεύω ſæpiſſime pro *colere* & *venerari* apud Baſilium Seleuciæ Epiſcopum oratione XLII: ἐ τὸ εἶναι πᾶσ' ἐμοὶ θεραπεύσιμον, ἀλλὰ τὸ εἶναι ἐν ἐμοὶ ἀδιαλείπτως, καὶ τὸ ἐμὲ ἐκείνου θεραπεύεσθαι.

[16] Θέρμα, χωρίον Σικελίας.] Subintelligo ὄνομα. Auctoritate Philiſti χωρίον appellat, quia ejus ætate nondum erat πόλις, & intelligit Γ' μπαῖα Θέρμαι, ubi poſtea Romani coloniam Thermas condiderunt. Vide Cluv. in Sic. deſcriptione.

[17] Τὸ ἐθνικὸν, Θερμαῖος.] Oppidani a Cicerone vocantur THERMITANI. Johannis Epiſcopus Eccleſiæ τῆς Θερμιτάνων τῆς ἐν Σικελίᾳ Act. IV ſubſcripſit Suggeſtioni Synodi Romanæ, obſervante Holſtenio ad Ortelium. Ubi etiam τὸ ἴδιον ſubintelligi putem.

[18] Ἔστι δὲ Βιθυνίας Θέρμα, τὰ μὲν Πύθια.] Videntur hæ *Aquæ Calidæ* prope Aſtacum fuiſſe: nam ipſe Stephanus Aſtaceno ſinui, Pythium ſtatuit vicinum. Quin imo illi fontes aquæ calidæ exiliſſe luculenter teſtatur Procopius lib. V cap. III de Ædif. Juſtiniani: Περὶ δὲ θερμῶν ὑδάτων ἃ Βιθυνοὺς ἰδίᾳ νοσοῦντας ἐκ παλαιοῦ ἐς χρῆσιν ἐπιτηδείως παρέχεται, Πύθια. Multi eo proficiſcebantur, ſed præſertim ægri ex urbe Byzantio, ut, hauſtis illis aquis, recrearentur & priſtinæ ſanitati reſtituerentur.

[19] Ἀπολλόδωρος δὲ Μακεδονίας.] Quemadmodum Apollodorus & Thucyd. hanc urbem inter Macedonicas numerarunt, ſic quoque eam in Macedoniæ deſcriptione recenſet Scylax: Ἀπὸ δὲ Πάλλης παράπλους Μακεδονίας ἐστὶν ἴδε· καὶ κόλπος Θερμαῖος &c. Ἀξιὸς παράπλους· Ἐχέδωρος παράπλους, Θέρμη πόλις. Hæc urbs deinde Theſſalonica appellata eſt, teſte Strabone lib. VII: Ὅτε μὲν τὴν Ἄξιον παράπλου ἡ Θεσσαλονίκη ἔλαβε πόλις, ἡ παράπλους Θέρμη ἐκαλεῖτο. Et Scholiaſta ad Thucyd. lib. I: Ὅτε δὲ καὶ Θεσσαλονίκη πόλις, πόλιν Θέρμην ἐκάλουν· ἔστι δὲ Μακεδονικὴ πόλις, ἣν ἐ ἡ Πυδνα πόλις Μακεδονική. Et quemadmodum ab oppido Therma ſinus Thermæus nomen invenerat, & hodie ab Italis *Golfo di Salonichi* vocatur, ab oppido cui nomen nunc *Salonichi*, ſive Theſſalonica.

ΘΕΡΜΟΣ[40], πολίχνιον Αἰτωλίας, ὡς Πολύβιος. τὸ ἐθνικὸν Θέρμιος. καὶ τὸ κτητικὸν, Θερμικός.

ΘΕΡΜΥΔΡΑ[41], λιμὴν ἢ μιᾶς τῶν ἐν Ῥόδῳ πόλεων. τὸ ἐθνικὸν, Θερμυδρεύς.

ΘΕΡΝΗ[42], πόλις Θρᾴκης. τὸ ἐθνικὸν, Θερναῖος.

ΘΕΡΣΙΤΑΙ, ἔθνος Ἰβηρικόν· Πολύβιος τρίτῳ.

ΘΕΣΠΕΙΑ, πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος,

Θέσπειάν, Γρεΐάν τε. ----

Θεσπιάδης κλίσμα, τοῦ Θεσπιεύς, τοῦ Παυσίνιος. χράφεται καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ ἐκτείνεται, καὶ συστέλλεται ἀπὸ Κορίννης. καὶ ἐπίγραμμα τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν Περσῶν· ἐπὶ τῇ Φιλιάδου Μεγαρέως·

Ἄνδρες θ' οἱ πρὶν ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος,

[43] Λήμασι τῇ αὐχεῖ Θεσπιὰς Δρύοχος. Πληθυντικῶς δὲ Θεσπιαὶ ὀξυτόνως. [44] καὶ ῥῆμα, ὡς τὸ ἐνικὸν διὰ διφθόγγου χράφεται. δευτέρα, Θεσσαλίας. [45] τρίτη ἐν Σαρδοῖ. ὁ πολίτης, Θεσπιεύς, καὶ Θεσπιακός, καὶ Θεσπίς.

ΘΕΣΠΡΩΤΙΑ, πόλις καὶ χώρα ἔξω τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου. τὸ ἐθνικὸν, Θεσπρωτός, καὶ Θεσπρωτικός, καὶ Θεσπρωτικός.

ΘΕΣΣΑΛΙΑ, ἀπὸ Θεσσαλοῦ· ἡ πρότερον

THERMUS, oppidulum Ætoliæ, de quo Polybius. Gentile, Thermius, & poſſeſſivum, Thermicus.

THERMYDRA, portus cujuſdam urbis in Rhodo. Gentile, Thermydrenſis.

THERNÆ, urbs Thraciæ. Gentile, Thernæus.

THERSITÆ, gens Iberica, de qua Polybius libro III.

THESPIA, urbs Bœotiæ, de qua Homerus:

Theſpiam Greamque. ---- ----

Condita eſt a Theſpiade, qui fuit filius Thectrantis, Pandionis nepos. Scribitur quoque per Iota, & producitur; ſed apud Corinnam corripitur, ut & in epigrammate Philiadæ Megarenſis in laudem eorum, qui ſunt a Perſis trucidati:

Et viri qui aliquando habitarunt verticem Helicons,

Quorum animo gloriatur Theſpias amplæ.

Numero plurali dicitur Theſpiæ, cum accentu in ultimo, & mirum eſt, qua ratione ſingulare per diphthongum ſcribatur. Secunda, Theſſaliæ: Tertia, in Sardinia. Civis, Theſpienſis, & Theſpiacus, & Theſpis.

THESPROTIA, urbs & regio extra ſinum Ambracicum. Gentile, Theſprotus, & Theſprotiacus.

THESSALIA, a Theſſalo nomen habet,

[40] Θέρμος, πολίχνιον Αἰτωλίας.] Videtur noſter ſatis hujus loci aliquantulum extenuare appellatione πολίχνιον: ſed revera oppidum non erat, neque etiam oppidulum: carebat is locus muris & portis, qui tamen (teſte Polybio lib. v, quem ipſum noſter citat) totius Ætoliæ celeberrimus, ubi comitiis magiſtratibus creandis, & inſignes quotannis mercatus agitabantur: præterea natura loci erat tam firma, ut omnino totius Ætoliæ tutus haberetur. Loci nomen Polybius genere maſculino & neutro uſurpavit, & Strabo numero plurativo lib. x: Τὰ δὲ περὶ Θέρμον τὸν Αἰτωλίας, ἔνθα τὰς ἀρχαιρεσίας ποιοῦσι τῶν ἐθνῶν οἱ Αἰτωλοί. Gentile & poſſeſſivum, de quibus Stephanus, apud Polybium in uſu ſunt lib. v: Καὶ τὸ τῶν Θερμικῶν πᾶσιν ἐπιτήδειον. Et in Excerptis Legat. IX: Ἐδήωσε δὲ καὶ τὴν χωρὶς ἀδείας, ἕνεκα ἐπὶ τὰ τῶν Θερμικῶν συνεδρίου. Nullo molimine Palmerius probat, peſſime a Caſaubono poſt: *Exemplo Cornelius ab eo diſcedens Thermopylas ad Græcorum conventum venit.* Bene monet, hoc Polybium non agere de conventu Pylaico, qui Thermopylis agebatur: ſed tamen non bene Græca interpretatur: *Veniens in conventum, qui Thermica vocabatur.* Non enim fuit ſic doctiſſimus in Græco textu aliquid latere, ubi ſine ullo dubio reſcribendum, ἕνεκα ἐπὶ τὰ τῶν Θερμῶν συνέδρια: *Veniens in Thermicorum conventum.* Vel legendum eſſet ἐπὶ τὸν Θερμικὸν συνέδριον: *ad Thermicum conventum.* Qui gentilium & poſſeſſivorum uſum perſpectum habent, de hac emendatione non dubitabunt.

[41] Θερμύδρα.] Ab Apollodoro lib. II numero plurali θερμυδρεῖς appellatur, ita enim ille: διεῖλον δὲ Ἀθῆναι Θερμυδρεῖς Ῥοδίων λιμένι ἀσφαλεῖ. Habuerunt Rhodii duos portus, magnum & parvum, de quibus Diod. Sicul. lib. XIII, & Vitruvius lib. II cap. VIII.

[42] Θέρνη, πόλις Θρᾴκης.] Hoc nomine oppidum apud antiquos auctores non invenitur, ſed Goltzius & Spanhemius mentionem faciunt de nummo, cum inſcriptione ΘΕΡΝΑΙΩΝ. Cenſeo tamen cum Ortelio, eſſe Cedreni Τζερνα, vel Antonini Zerna.

[43] Λήμασι τῇ αὐχεῖ.] Maxima incuria priores voces librarii conjunxerunt, cum eſſent disjungendæ, quod manifeſte ſatis liquet ex Euſtathio ad Hom. Iliad. B: Ἐν δὲ πᾶσι Ἐθνικοῖς φέρεται ἡ Θεσπιὰς Θέσπια ἡ Σαρδόα· ἐν δὲ τῇ κοινῇ Βοιωτίᾳ, ἐπῆρε κρᾶσις Φιλιάδα ἢ Μεγαρίς πιθανὸν ἐπὶ τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ Περσῶν.

Ἄνδρες θ' οἱ πρὶν ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος
Λήμασι τῇ αὐχεῖ Θεσπιὰς ἀδρύοχος.

Verum hoc monendum, libros manu exaratos pro αὐχεῖ exhibere αὐχῇ, quam lectionem etiam ſequuntur editiones Veneta & Florentina, & dubito quid præferendum; nam ſino ſatis ſenſu verti poſſet, ſi τῶν pro δὲ accipias, *quorum virtute & audacia nunc imperium habet Theſpias.* Hoc quoque obiter notandum, in editionibus illis, de quibus jam mentionem feci, peſſime contra metri legem exulem eſſe ἀδρύοχος.

[44] Καὶ ῥῆμα, ὡς τὸ ἐνικὸν διὰ διφθόγγου χράφεται.] In ſingulari non duntaxat per diphthongum ſcribitur, ſed etiam in plurali, ita enim noſter in Ἀγκύλιε· ἐκλείψει δὲ ἔτι, διὰ τὸ σπανίως παραδίδοσθαι τὰς Θεσπιὰς· τὸ δὲ Θεσπιὰ χράφεται, ἐμφρόνως κἀγώ. Quare ſcribatur Θεσπιὰ & Θεσπιά, ejus rei rationem reddit Etymologici Mag. Auctor in voce Εἷς, quem ſi quis legerit, cum noſtro diverſam ſcribendi rationem nequaquam mirabitur.

[45] Τρίτη, ἐν Σαρδοῖ.] Cum certum ſit Theſpiadas aliquando Sardiniæ præfuiſſe, dubitari non poteſt, quin oppidum ibi condiderint, Theſpiadarum nomen gerens. Vid. Diod. Sicul. lib. V, & Pauſan. in Phocicis.

περὶ Πελασγίας. [46] ἐν πόλει οὖν ἔξεστι τοὺς πελαργοὺς κτείνειν· τοὺς γὰρ ἐν χώρᾳ ὄφεις ἀναιροῦσιν. ὁ πολίτης Θετταλιώτης, καὶ Θεσσαλιώτης, καὶ Θετταλὸς, καὶ Θεσσαλὸς. ἔστι δὲ Θεσσαλὶς ὑποδημά τι πῶμα, [47] ὡς Λύσιππος ἐν Βακχαῖς. [48] τὸ Θεσσαλὴ δράμα Μενάνδρου, βαρυνόμενον ὑπὸ τῆς Α παντὸς, εἰς ἰδίαν τιθέμενον πρόθεσιν. λέγεται δὲ Θεσσαλίζω, ὡς Δωρίζω· ἀφ' οὗ τὸ [49] ἐνεθεσσαλισάμεθα, ἤτοι τῷ Εὐπόλιδι ἐν Μαρικᾷ· τουτέστι, χλαμύδα Θεσσαλικὴν ἐφορέσαμεν, ἢ Θεσσαλικὴν πέρην.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ, πόλις Μακεδονίας,

bet, prius dicta Pelasgia. In illa non licet ciconias interimere: illius enim regionis serpentes de medio tollunt. Civis, Thessaliotes & Thettaliotes, & Thettalus, & Thettalis. Est quoque Thettalis quoddam calceamenti genus, de quo Lysippus in Bacchis. Vox Thettala, quo nomine Menandri fabula circumfertur, apud Atticos accentum habet in penultima, ad quid peculiare posita. Dicitur quoque Thettalizo, uti Dorizo: unde vox ἐνεθεσσαλισάμεθα apud Eupolidem in Marica, hoc est, *chlamydem Thessalicam gessimus*, sive Thessalicam alam.

THESSALONICA, urbs Macedoniæ,

[46] Ἐν πόλει οὖν ἔξεστι τοὺς πελαργοὺς κτείνειν.] Quod in Tibi longe ac latissime inveniatur copia, ranisque et serpentibus Thessalia scatere dicatur, quam diximus in eadem considerare operæ pretium est. Ciconiæ frequentantur, luviales, & capitalibus tempore belli humanæ longinquæ protectione. Has perhibet esse causas, quamobrem Thessalia magno numero serpentes reperiantur: Et Lejus vitia adscribam: Ὅτι δὲ ἔφυσε δύο καὶ τριάκοντα κύνας, καὶ ὅλως ἐπιμελὴς ἦν, ἡ πόλεμος δὲ χρῆσις αὐτῶν ἐφαίνετο· ἢ ὅτι καὶ ὄφεσι πολλοῖς ἐνέκειτο· ἢ καὶ ὅτι καὶ Θεσσαλίαν πολὺν ἔφασαν ἔχειν ὄφιν. Imo perhibet Aristoteles in Mirabilibus, circa Thessaliam tot generari serpentes, ut, nisi ciconiis interimerentur, regio esset deserenda: ἐμοὶ Θετταλίαν μονοφάγιον ἂν ἔφη ζωγρεῖν τις ἔχειν, εἰ μὴ τοὺς τῶν πελαργῶν ἀνῄρουν, ἀναχωρεῖν ἂν ἀνάγκη. Sed cum ciconiæ serpentes non minus, quam anguillas & ranas, deglutiant, & sic ingentem quotannis copiam de medio tollant, a Thessalis sub pœna exilii lege sancitum est, ne quis ciconias perimat, tam necessarias atque incolis utilis animantia. Docet hoc Plutarchus lib. de Iside & Osiride: Θετταλοὶ δὲ πελαργοὺς, ὅτι πολλοὺς ὄφεις ἡ χώρα ἀναδίδωσιν ὑπερφυεῖς ἐξέλυσε κτείνειν· διὰ τὸ νόμῳ ἐξεῖναι φονεύειν, ἵνα δὲ Νειλώτην πελαργόν. Vide præterea Eustathium ad Dionysium Periegetam pag. 61. Sed alii pœnam capitalem statuunt, inter quos Plinius lib. x cap. xxiii: *Homines serpentium exitio tantos, ut in Thessalia capitale fuerit occidisse.* Quin imo ciconiæ apud Thessalos tanta in dignatione fuisse perhibentur, ut eas divino honore afficerint; cujus rei testem habemus Clem. Alexandrinum Admonit. ad Gentes: Θετταλοὶ δὲ ἱεροὺς, τοὺς πελαργοὺς τετιμήκασι, διὰ τὸ πολλοὺς ἀναιρεῖν ὄφεις.

[47] Ἢ τὸ Λύσιππος ἐν Βακχαῖς.] Libri editi & MSS constanter exhibent ἢ τὸ Λύσ. ἐν Βακχαῖς, sed vitium est, quod ex compendiaria scriptura ortum existimo: omnes enim qui Bacchanum meminere, illud drama Lysippo, non vero Lysidi attribuunt. Admodum opportune hue ex Pollace adducam Lysippi locum, in quo horum calceorum mentionem facit, ita enim ille VII cap. XVII: Καὶ Θεσσαλὶς δὲ ὑποδήματος μέρος τὰς ἐξωτίδας· μέμνηται δὲ αὐτῆς Λύσιππος ἐν Βακχαῖς, Βλαύτην κρούσας, Θεσσαλίδι, Et ad confirmationem nostræ emendationis non parum momenti adfert, quod idem Lysippus aliquoties, idemque drama a Pollace allegetur, ut & Hesychio in voce Ἀχερωνόβλιτος, ac Athenæo lib. III & VIII. Fuit tamen aliquis Lysis Pythagoricus, cujus sunt *aurea illa carmina*, quæ vulgo Pythagoræ nomen in fronte gerunt, de quo vide Vossium de Poëtis Græcis, sed ad hunc locum non pertinet, uti jam satis copiose demonstravimus.

[48] Τὸ Θεσσαλὴ δράμα Μενάνδρου βαρυνόμενον.] Indicat hoc loco Stephanus, quid discriminis sit, si τὸ Θεσσαλὴ scribas cum accentu in penultima, & ultima, de quo etiam Scholiastes ad Aristophanis Nubes hisce verbis mentionem facit: Ἐν τοῖς περὶ τῆς διαφορᾶς Θεσσαλὴ ἐστὶ τὸ ὄνομα· ὀξύνεται γὰρ ἡ μέση· ὅταν δὲ τὸ θηλυκὸν ἐπιθετικὸν ᾖ τοῦ Θεσσαλὸς, περισπᾶται· φασὶ δὲ ἐν Μήδοις Σοφοκλέους, κύνα Θεσσαλὴν φερόμενον εἶναι τὸ διάστημα· τὸ δὲ Θεσσαλὸς λέγεις βαρυνόμενος ἀντὶ τοῦ Θετταλὸς, ἐκ τοῦ Θετταλία. Verum, quod omnibus est notissimum, τὸ Θεσσαλὸς dicitur pro nuncupativo Thessalica, & pro regione: quia autem veneficiis erant in fama, pro veneficia, quæ Græcis φαρμακὶς dicitur. Propertius I. II. 24.

Quod mihi non ullo pepulit pulsante timori,
Ejicere aut vapo Thessala fata manu.

Et apud Lucanum lib. v de regione sumitur:

Thessalicæ quidquid rerum tellusque ferarum
Ruribus ingenuit ....

[49] Θεσσαλίζω.] Sumitur ab Æliano in Var. Hist. lib. II cap. XV pro Thessalorum partibus favere, Ἐπεὶ δὲ ἐπολέμησε τοῖς τύραννοι, καὶ οὐ πάνυ ἐθεσσάλιζε, καὶ τοῖς Μήδοις ἐπεφύκει· ὁ δὲ ἐθεσσάλιζε βραδέως. Utitur quoque eadem voce Parthenius in Eroticis cap. XXIV de Hippaso, Thessalorum linguam imitante: Θεσσαλίζων δὲ τῇ φωνῇ, ἐπιτιμήσειν ἔφασκε πλουσίῳ. Sic λακωνίζειν τῇ φωνῇ Laconica lingua uti, apud Plutarchum in Sapientum Convivio: Ὁ δὲ Χίλων λακωνίσας τῇ φωνῇ, Κεῖται, ἔφη, βραδέως ἐκ τηλοῦ τὸ ἐμόν. Verum δωρίζω, quod noster addit, significat Doriam harmoniam modulari. Hesychius Δωρίζει, ἀντὶ τοῦ Δωριστὶ ᾄδει. Et Dorica lingua uti. Etymologici Mag. Auctor in Γέγωνε· Εἴρηται ἀπὸ τοῦ Λατίνου γέγωνα ἀντὶ τοῦ γέγωνε ἐκ τοῦ ἐκφωνέω, ἰδίως γὰρ τὸ γέ, τῆς πυθμὴν φωνῆς δωρίζουσι. Aliud tamen est apud veteres Δωρίζω, quod universaliter sumitur pro γυμνάζω. Puellæ Peloponnesiacæ cum saltarent, veste pellucida tegebantur, ut ferme totum corpus transpareret: ἀφ' οὗ τοὺς Δωρικοὺς χορεύειν. Vide Hesychium & Etymologici Mag. auctorem.

[50] Ἐνεθεσσαλισάμεθα.] Male in omnibus editis & etiamnum exaratis legebatur ἐνεθεσσαλίσαμεν absque augmento, quod perfecto deberi addi: Vocem hanc in eandem ipsa docet ratio, sed præterea Pollucem testem advocabo, ex hic utentem, ita enim ille lib. VII cap. XXIII: Τὰς δὲ Θετταλικὰς χλαμύδας, Θεσσαλικὰ πλοῦτος ἐνεθεσσαλίσαμεν ἔλεγον, τὰ γλαφυρὰ ῥαπίσματα. Hesychius Ἐνεθεσσαλίσατο, ἐκατηλλαξάμεθα· ἐπαίξεις γὰρ Θετταλικὰς ἐμελέτησαν. Ita legendus hic locus, in vulgatis pessime corruptus. Verum Pollucis verba eum in finem adduxi non ut unicum illud in Stephano meadum expungerem, sed aliud quoque, quod in ultima hujus dictionis vocabula latet: nam illud Θεσσαλικὰ πλοῦτος, quod omnes libros occupat, vela mala scribentes manu Θεσσαλικὰ πλοῦτος fecit, vel alio quodam fato Stephano adhæsit, pro quo Θεσσαλικὰ πλοῦτος reposui, Pollucis & aliorum auctoritate motus. Thessalica illa πλοῦτος erant γυναικεῖα, ex utroque latere chlamydibus istis Thessalicis affixa, his plane similes, teste Etymologici Mag. Auctore: Θεσσαλικὰ πλοῦτος· τῶν ἱματίων λέγεται ἀφ' οὗ τὰς Θετταλὰς χλαμύδας πλέκουσι, τὰ ἐν τοῖς πλαγίοις ἐπιρράμματα· ἐπὶ δὲ τῶν ἱματίων τὰ ἐπίπαν πλοῦτος λέγεται. Ab aliis vocantur ῥάβδοι, quæ earumdem in Thessalia pretii loco exercebantur. Docet hoc Eustathius ad Iliad. B: Καὶ Θετταλικὰ πλοῦτος, ἀφ' οὗ πλέκουσι φασὶ τοὺς Θετταλοὺς χλαμύδων ἐπιρράμματα ἐκ διαφόρου χρώματος, Θετταλικὰ πλοῦτος λέγοντες. Hoc vellitus indutus fingitur Protesilaus apud Philostratum in Heroicis: Καὶ ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἡ Θετταλικὴ χλαμὺς, ἣν τὸ ἔρυθρὸν ἐκόσμει. Thessalica stola utebantur, eaque hoc quoddam ornamenti vellitus, quia Græcorum omnium maxime in septentrionales, & frigidissima incolebant loca, unde Strabone lib. XI Βοιωτιάρχαι appellantur, sed fugit hunc locum

τίας· ἧς ἄρχε [11] Ἐκαλήσῃ Ἀλία, Κασσάν- A
δου κτίσμα· [11] ἢ ὅτι Φίλιππος ὁ Ἀμύντα
ἐκεῖ Θετταλὸς νικήσας, ἔτως ἐκάλεσε.
[11] Ἀρκιλλᾶς δὲ ὁ Ταρραῖος περὶ Θεσσαλο-
νίκης τοῦ Ἑλλίου ἔγραψεν, ὃς φησιν, ὅτι Φί-
λιππος θεασάμενος κόρην ἐκπρεπῆ καὶ ἐ- B
ξοχὴν, ἀδελφιδῆ, ἔσημε, καὶ
γαμεῖ, [11] τῇ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ τοῦ λοχείας πέθνη-
κεν· ἀναλαβὼν δὲ ὁ Φίλιππος τὸ παιδίον,
[11] ἔδωκε Νίκῃ τρέφειν, ἣν ἐκάλεσε Θεσσαλο-
νίκην· ἡ γὰρ μήτηρ τοῦ παιδὸς Νικασίπολις C
ἐκέκλητο. Στέφανος δὲ Θεσσαλονικέων αὐ-
τὸ φησι. [10] τὸ ἐθνικὸν, Θεσσαλονικεύς.

ΘΕΣΤΩΡΟΣ, ὡς Κύτωρος, πόλις
Θρᾴκης· Θεόπομπος εἰκοστῇ δευτέρᾳ. τὸ
ἐθνικὸν, Θεστώριος. D

ΘΕΣΤΙΔΕΙΟΝ [17], πόλις Θεσσαλι-
κή. Ἑλλάνικος δὲ διχᾶ τοῦ σ φησὶν, ἀπὸ Θέ-
τιδος. [18] ἔστι δὲ λίμνη Θρᾴκης, παρ' ἣν Νῦσα
χωρίον. τὸ ἐθνικὸν, Θεστιδεύς.

ΘΕΣΤΙΣ, πόλις Ἀράβων, καὶ ἄλλη Λι- E
βύης. ὁ πολίτης ἑκατέρας Θεστίτης χρημα-
τίζει.

ΘΗΒΗ, πόλις Βοιωτίας Διδύμου, ἀπὸ
θυγατρὸς τῆς Προμηθέως. ὁ πολίτης, Θη-
βαῖος, καὶ Θηβαιεύς, καὶ Θηβαΐς, καὶ ἡ F
χώρα, καὶ ἡ γυνή. ἔστι δὲ ἄλλη Αἰγυπτία,
περὶ ἧς Καλλίμαχός φησιν, ὅτι καλὰ πὰς
Αἰγυ-

niæ, quæ olim Halia vocabatur, a Caſſandro condita. Vel nomen habet inde, quod Philippus Amyntæ F. ibidem Theſſalos vicerit, & ſic vocaverit. Sed Lucillus Tarrhæus, qui de Theſſalonica librum conſignavit, inquit, quod Philippus, poſtquam vidiſſet puellam formoſam & nobilem (erat enim Jaſonis ex fratre neptis) eam duxerit, quæ pariens, vigeſima puerperii die mortem obiit. Philippus igitur infantem ſuſcipiens Nicæ tradidit, ut educaret, & vocavit Theſſalonicam: mater enim pueruli Nicaſipolis appellata fuerat. Strabo urbem Theſſaloniciam nominat. Gentile, Theſſalonicenſis.

THESTORUS, uti Cytorus, urbs Thraciæ, de qua Theopompus libro XXII. Gentile, Theſtorius.

THESTIDIUM, urbs Theſſalica. Hellanicus vocem ſine S ſcribit, & a Thetide deducit. Eſt quoque Thraciæ palus, juxta quam oppidum Nyſa. Gentile, Theſtidenſis.

THESTIS, oppidum Arabum, & aliud Libyæ. Utriuſque oppidanus Theſtita appellatur.

THEBÆ, urbs illuſtris Bœotiæ, a Theba Promethei filia nomen gerens. Civis, Thebæus, & Thebæenſis & Thebaïs, quod de regione & muliere dicitur. Eſt etiam alia Ægyptia, de qua Callimachus perhibet, circa

Ægy-

lm, chlamydem etiam, utrinque πλοκῇ ornatam geſſiſſe videntur, fortaſſis, vel ut frigus & æëris injuriam tuto melius arcerent, vel quod eam in agone præmii loco acceperant, quod non obſcure ex Euſtathii allegatis verbis conjicere licet.

[11] Ἐκάλεσε Ἀλίαν.] Sic quoque Theſſalonicam vocatam cenſet Etymologici Mag. Auctor: Θεσσαλονίκη, πόλις Μακεδονίας, ἧς Ἀλία ἐκαλεῖτο, Κασσάνδρου κτίσμα· ἢ ἐπὶ Θετταλὸς νικήσας, ἔτως ἐκάλεσεν· ἢ ὅτι Φίλιππος θεασάμενος κόρην εὐπρεπῆ καὶ ἐξοχὴν, ἔγημε. Et ſic porro totam hiſtoriam illuſtrat, uti Stephanus, verbis perſequitur, niſi quod omiſerit Lucilli Tarrhæi nomen.

[11] Ἢ ὅτι Φίλιππος ὁ Ἀμύντα.] Debebat in Stephano illud ἢ adhuc ſemel ſubjungi, uti factum videmus in verbis Etymologi proxime citatis. Interim hinc diſcimus Amyntæ filium urbis conditorem eſſe, quem etiam ſtatuit Conſt. Porphyrogenneta lib. II cap. de Them. Φίλιππος ὁ Ἀμύντου Θετταλὸς ἐκεῖ νικήσας, τῇ ἑαυτοῦ, καὶ τῇ τῶν ἐπιφανεστάτων τῶν ἐκεῖσε ἔθνους.

[11] Λάκιλλος.] Variis modis ſcribitur hujus Hiſtorici prænomen: In Palatinis libris ſemper ſcribi Λάκιλλος teſtatur Salmaſius. Λούκιλλος quod apud noſtrum in Τελμισσῷ occurrit, manifeſte mendoſum judico. Cod. Voſſianus Λουκᾶς, quod etiam ab aliis imitatur. Scholiaſt. ad Ariſtoph. Nubes. Τῷ δὲ πάππῳ αἱ αὐταὶ τοῦ Λουκίλλου τοῦ Ταρραίου καὶ Σοφοκλέους καὶ Θέωνος ἱερωδουλίαι πάντα φασίν. Et ſic quoque hunc auctorem vocat anonymus in vita Apollonii Rhodii, adeo ut hactenus dubius hæſerim, utrum Λάκιλλος, quod in multis MSS, an vero Λούκιλλος præferendum, quod etiam in MSS & vulgatis reperitur. Λάκιλλος ſine dubio habendum pro diminutivo a Λούκιλλος.

[11] Τῇ ὀκτωῇ.] Salmaſius in veteri manu exarato codice invenit ϛ, id eſt, octavo die, eamque lectionem veriorem exiſtimat.

[11] Ἔδωκε Νίκῃ τρέφειν.] Sic repoſuimus ex MSS pro τρέφων, quod hodie in vulgatis circumfertur. Etiam Etymologici Mag. Auctor hanc hiſtoriam referens, illud τρέφειν agnoſcit.

[10] Τὸ ἐθνικὸν, Θεσσαλονικεύς.] Apud Triſtanum & alios inveniuntur nummi cum inſcriptione ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Legitur tamen etiam Θεσσαλονικαέων apud Anonymum de Vita & rebus geſtis Alexandri Mag. adhuc in editum: Ἦν δέ τις ἐκεῖ Παυσανίας ἀνὴρ μάλα ἀγαθὸς καὶ πολίτης τῶν ἐκείθεν Θεσσαλονικαέων.

[17] Θεστίδειον, πόλις Θεσσαλική.] Peſſime hunc locum tractarunt librarii, omnis geographiæ imperiti; nam libri MSS & hactenus editi exhibent, Θεστίδειον, πόλις Θεσσαλονίκης. Quaſi vero Theſſalonica provinciæ vel regionis nomen eſſet, vel civitas Theſſalonica fines ſuos tam longe extendiſſet, ut etiam Theſtidium ditione ſua comprehenderet. Noſ errorem vidimus, & ratione duce pro Θεσσαλονίκης repoſuimus Θεσσαλική, proxime cum vulgata conveniens. Eſt enim Theſtideum, vel Thetidium, ut alii ſcribunt, Theſſaliæ oppidum in Peläſgiotide prope Pharſalum ſitum, teſtibus Strabone lib. IX, & Polyb. lib. XVII, aliiſque. Verum alius quoque eadem ſectione latebat error, in omnibus libris legebatur Ἑλλάνικος δὲ διχᾶ τοῦ δ φησὶν. Cum revera διχᾶ τοῦ σ legendum ſit, uti jam noſtra exhibet editio: plurimi enim Θεστίδειον ſcribunt, inter quos Polybius lib. XVII, Plutarchus in Pelopid. Euripides in Androm. Zenes in Lycoph. & Pindari Scholiaſt. in Nem. od. IV.

[18] Ἔστι δὲ λίμνη Θρᾴκης.] Potior eſt hæc MSS codicum lectio, quam vulgata, ἔστι δὲ λίμνη ἐν Θρᾴκῃ, quanquam & ſtare & defendi poſſit. Quod autem de antro illo circa Thebas Ægyptias refert Callimachus, id in ipſa urbe fieri tradit Hellanicus Lesbius teſte Antigono in Paradoxis: Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος ἐν Θήβαις τῆς Αἰγύπτου ἱστορεῖ

Αἰγυπτίας Θήβας ἐς ἀντίλεξιν, ὃ δὲ μὲν ἄλλαις ἡμέραις πληρᾶται ἀνέμῳ, καθ' ἃς δὲ ἱερομηνίας ἀ πνεῖ πάντῃ. τὸ τρίτον, Θετταλίας τῆς Φθιώτιδος. τέταρτον, ἐν Κιλικίᾳ ὑπὸ Πλακίᾳ, πλησίον τῆς Τροίας· ἧς ὁ πολίτης, Θηβαίτης. πέμπτον, Ἰωνίας καθὰ Μίλητον. ἕκτον, ἐν τῇ Ἀττικῇ. ἑβδόμην, τῆς Καταονίας. ὀγδόην, ἐν Ἰταλίᾳ. ἐνάτην, ἐν Συρίᾳ. τὸ κλητικὸν, Θηβαϊκὸς, καὶ Θηβαϊκή. τὰ τοπικὰ, Θήβηθεν, Θήβαζε, Θήβηφι.

A Ægyptias Thebas repetiri antrum, quod aliis diebus repletur vento, sed quod trigesimo mensis omnino non spirat. Tertia, Thessaliæ in Phthiotide. Quarta, in Cilicia Hypoplacia prope Trojam, cujus civis Thebaïtes. Quinta, Ioniæ juxta Miletum. Sexta, in Attica. Septima, Cataoniæ. Octava, Italiæ. Nona, Syriæ. Possessivum, Thebaïcus. Localia ex, ad & in Thebis.

ΘΗΓΩ'ΝΙΟΝ, πόλις Θεσσαλίας· Ἑλλάνικος πρώτῃ Δευκαλιωνείας. τὸ ἐθνικὸν, Θηγώνιος.

THEGONIUM, urbs Thessaliæ, de qua Hellanicus libro primo Deucalioniæ. Gentile, Thegonius.

ΘΗΜΑΚΟΙ, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς· ὡς δὲ Φρυνίχος, τῆς Πτολεμαΐδος. ὁ δημότης, Θημακεύς. τὸ τοπικὸν, Θημακή-θεν, Θημακόνδε, Θημακῆ.

THEMACI, populus Erechtheïdis tribus, sed secundum Phrynichum, Ptolemaïdis. Populeris, Themacensis. Localia ex, ad & in Themacis.

ΘΗ'ΡΑ [61], νῆσος τῶν Σποράδων, κίσσα [62] Μεμβλιάρου, ἑνὸς τῶν μετὰ Κάδμου. [63] ἐν ᾗ τὰς ἐτῶν ὀκτὼ ἢ ἑπτακαίδεκα σὺν ἱερήνῃσι, ἀδὲ τὰς ἑπτά. ἔστι καὶ Ῥόδου πόλις τοπική. καὶ Καρείας ἄλλη, καὶ Σογδιανῆς ἄλλη· ὁ οἰκήτωρ, Θη-

THERA, insula Sporadum, condita a Membliaro, uno ex Cadmi sociis. In qua pueros octavo, & quoque septimo decimo anno morientes non lugent. Est etiam Rhodi urbs, humili loco sita: & alia Cariæ, & alia Sogdianæ. Incola, The-

πολίτης καὶ ἀστὴ, καὶ ὁ πάνυ μὲ τοὺς μὲ τριακοσίους πλουσίους, τοὺς οἱ ἄλλους ἡμέρας, ἀόριστον.

[59] Τρίτον, Θετταλίας.] Alio nomine hæc urbs *Philippi* vocabatur, teste Stephano in illa voce: ὀνομάσθησαν Φίλιπποι ἐκ τοῦ Θήβης Θετταλίας. Philippus in hanc urbem Macedonum coloniam ducens, eam de se nominavit, auctore Polybio lib. v: Γενόμενος δὲ κύριος τῆς Θήβης, τὰς μὲν ἀνθρωπίνας ἐπιστροφὰς ἐξωφθαλμισμένως· Μακεδόνας δ' ἐποικίσας Φιλίππους τὴν πόλιν ἀπὸ Θήβης προσηγόρευσεν. Thebæ Phthiæ a Livio appellabatur, eratque Thessalis emporium maritimum, quæstuosum & frugiferum, eum videsis lib. XXXIX.

[60] Ἐν Κιλικίᾳ ὑποπλακίᾳ.] Intelligit Adramyttium Troadi vicinum. Etymologici Mag. Auctor: Θήβη, τὸ νῦν Ἀτραμύττιον ἐμπόριον. Quod etiam habet Phavorinus in Lexico. Et hic quoque Homerus Iliad. Z. hanc urbem appellat.

Ἠτοι μὲν ἐς Τροίην ὑποπλάκιον ἦλθεν ἄνακτος,
Θήβην ὑποπλάκιον, Κιλίκεσσι ἄνδρασι ναίων.

Ad hunc Homeri locum optime docet Eustathius, quare Thebæ & Cilicia Hypoplacia dicitur: quia autem Archiepiscopi verba Stephanum non mediocriter illustrant, ex hoc transcribam: Παραστρέφει δὲ Ἡρακλείδης ποιητὴς φάσκων, ὡς λαβὼν τὴν Θήβην ὁ τῆς Τροίας, ἔδωκε τῷ κατὰ Κιλικίαν ὑποπλακίῳ Ἡετίωνι· ἐκεῖθεν δὲ ἐπανελθὼν ὁ Πάτροκλος ἔφερε τὸν κατὰ Θήβην τὴν ὑπὸ τὸν Πλάκιον. Multa deinde addit de Cilicia & Cilicibus, quos Homerus ad Adramyttenum sinum post Lelegas collocat, quæ ibi commodius legi possunt. Hi Cilices, juxta Strabonem, in duas provincias olim fuere divisi, quarum altera Eetioni, altera Myneti parebat. Idem refert a Cillo quodam, Pelopis auriga, nomen accepisse, ita enim inquit lib. XIII: Ἐφ' ᾗ δὲ ἐκβάσει τοῦ ἱεροῦ ἡ Κιλλὰ Ἀτραμυττηνῷ χώρα μέρος· ἐκλήθη δὲ τοῦτο Πελοπικὸν φασὶ ἡνιοχεῖσαι τὸν τόπον ἀφ' οὗ τοὺς ἡνιόχους Κιλλαίους. Verum hoc addendum, Strabonem censere Adramyttium & Thebas non idem esse oppidum, sed distare Thebas ab Adramyttio LXXX stadiis.

[61] Τῶν μετὰ.] Vide Ortelium, qui præter Lucanum Thebas, de quibus lib. III cap. II. alias ex Varrone commemorat, nempe in agro Sabino, via Salaria, non longe a Rheate. Quas innuerit Stephanus, dictu difficillimum.

[62] Σισσα.] Sine dubio Thebas Syriæ Palestinæ intelligit, quas LXX Seniores Θέζω, & Josephus lib. V Antiq. cap. IX Θέσσες nominat. Celebratur quoque ejus memoria lib. Judicum cap. IX: 50.

[63] Ἐν ᾗ τὰς ἐτῶν ὀκτὼ ἢ ἑπτακαίδεκα σὺν ἱερήνῃσι, ἀδὲ τὰς ἑπτά.] Hæc est confusa editorum librorum lectio, & quoque plurimorum calamo exaratorum. In qua tamen pro ἐτῶν ὀκτὼ ἢ ἑπτακαίδεκα legitur, ἐτῶν ὀγδοήκοντα

[64] Θήρη, νῆσος τῶν Σποράδων.] Sita est insula in mari Ægæo, prope Anaphen & Diam, ad septentrionale Cretæ latus, a quo LXX stadia distabat, teste Strabone lib. X. Antiquissimum insulæ nomen erat *Callistè* Καλλίστη, quasi dicas *Pulcherrima*, quo omnino gaudebat, cum Cadmus Agenoris F. Europam quæritans, in eam effet appulsus, ubi Membliarum consanguineum suum & Phœnices quosdam alios reliquit. Verum deinceps Theras Autesionis F. Tisameni Nep. Thersandri pronepos ex Lacedæmonia cum ingenti tribulium multitudine, non ad Membliarum & socios ejiciendos, sed ad una habitandum & insulam pluribus incolis frequentandam, missus, insulam de se Theram transnominavit. Apollon. Rhod. lib. IV Argonaut.

---- ---- ἐκ δὲ λιμένος
Σποργίου Λέπτινον ἴθι, πολὺς ἔχεται Θῆρις
Καλλίστη ἐπὶ νῆσος· ἀμυδρὸν δ' ὄπασεν Θήρη
Ἐξ ὕδατος. ---- ----

Plurima hac de re veterum testimonia ex Callimacho, Pindari Pythiis ejusque scholiasta, & Pausaniæ Laconicis & Achaïcis peti possent, sed potissimum commendo Herodotum, qui omnium accuratissime in Melpomene scripsit testatur, qua occasione Cadmus Membliarum in Callista reliquerit, & Theras eo coloniam duxerit. Verum hoc non est prætermittendum, Theram & Therasiam, mirum quodam modo, e mari enatas esse, uti refert Strabo lib. I. Emicabant e mari flammæ per quatuor dies, adeo ut totum ferveret atque arderet mare: quæ paulatim elatam veluti instrumentis quibusdam, atque e massis compositam insulam ediderunt. De Therasia mentionem facit Seneca Nat. Quæst. lib. VI cap. XXII: *Aquæ, si ventum detrahas, inertes sunt. Hunc demum impetum sentunt, cum illos agit flatus: qui potest dissipare magna spatia terrarum, & novos montes subrectos extollere; & insulas non ante visas, in medio mari ponere. Thorasiam nostra ætate insulam, spectantibus nostris in Ægæo mari enatam, quis dubitat, quin ex hoc spiritu exierit?* Vide præterea Plinium lib. II cap. LXXXVII, & Justinum lib. XXX.

[65] Μεμβλιάρου.] Sequimur Xylandrinam: Veneta & Florentina pessimo errore Μυμβλιάρου.

[66] Ἐν ᾗ τὰς ἐτῶν ὀκτὼ ἢ ἑπτακαίδεκα σὺν ἱερήνῃσι, ἀδὲ τὰς ἑπτά.] Hæc est confusa editorum librorum lectio, & quoque plurimorum calamo exaratorum. In qua tamen pro ἐτῶν ὀκτὼ ἢ ἑπτακαίδεκα legitur, ἐτῶν ὀγδοήκοντα

Θηρεύς, καὶ Θηραία. καὶ Θηραϊκός. τὸ δὲ Θηρασίνος, ξένον. Θηρασία δὲ νησίον, ὡς εἰδήσεται.

A Theræus, & Theræa, & Theraïcus. Therasius vero ad hunc locum non pertinet; Therasia enim insula est, de qua dicetur.

ΘΗΡΑΣΙΑ, νῆσος [66] ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυνουρίας. τὸ α μακρὸν ἐν μεταξὺ δὲ Θήρας τε καὶ Θηρασίας. ὁ νησιώτης, Θηρασῖνος.

THERASIA insula in medio freto, quod est inter Cretam & Cynuriam. Habet A longum. Inter Theram & Therasiam. Insulanus, Therasius.

ΘΙΒΑ [67], τόπος πρὸς τῷ Πόντῳ, λεγόμενος ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων, ὑφ' Ἡρακλέους [68] ἀναιρεθείσης, κλησθῆναι. πασῶν γὰρ φασὶ τὰς μάλιστα διαφερούσας, [69] Τεμίσκυραν τε, καὶ Ἱπποκράτειαν, καὶ Θίβαν, καὶ Πάλλαν, καὶ Κοίαν, καὶ Κυνίαν. [70] ὁ τοπίτης, Θίβιος, ὡς λέγει ὁ Θίβις ἱστορικός. ἔστι δὲ ἔθνος βασκανικὸν, καὶ φθορικὸν, ὡς Δίδυμος ἐν δευτέρῳ συμποσιακῶν. θανατοῖ δὲ τὸ πνεῦμα αὐτῶν, οἷς ἂν προσ-

THIBA, locus ad Pontum, sic dictus ab una Amazonum ab Hercule occisarum. Illic enim cecidisse ferunt excellentissimas, Trailam scilicet, & Hocratiam, & Thibam, & Pallam, & Coeam, & Cecnim. Loci incola, Thibius, tanquam a casu recto Thibes. Est autem gens fascinandi facultate & exitium inferendi prædita, auctore Didymo libro II Symposiacorum. Mortem adfert eorum halitus, quoscunque attigerit, eorumque

B C D

μαλη-

me, unde conjici posset, olim a Stephano fuisse scriptum ἐκ τῆς Διδυμοσίδος, hoc est, ἐκ τῆς μετὰ Διδύμους. Interim tamen incerti manemus & aqua nobis hæret. Hunc fluctuantis animi stimulum non tollit Eustathius, qui neque quinque, neque octo annos numerat, sed quinquaginta: & sic augendo numerum, eum longius a veritatis specie recedere censeo. Hæc sunt ejus verba: Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἐκεῖνα ἐπιλύθη, ἔστι τινὰς ἐν ἔτεσιν, οὐ δέκα. Puto tamen vulgatam hactenus lectionem in Stephano esse verissimam, quod mecum fateri non recusabit æquus rerum æstimator, quam primum mentem explicuero. Videtur hoc a Theræis in memoriam gravissimæ calamitatis institutum, quam passi sunt, Grino Æsonii filio apud ipsos imperium obtinente. Is de re quadam Pythiam Delphis consulturus, responsum accepit, urbem in Libya conderet. Sed oraculum hoc negligens, ignarus ubi terrarum Libya esset sita, recusabat ex tam incerta responsione coloniam mittere. Verum Theræi insignem hujus negligentiæ pœnam dedere, nam ex illo tempore totos septem annos in Thera non pluebat, ideo ut omnes arbores, præter unam, exaruerint. Refert hanc historiam Herod. in Melpomene: Ἐν τοῦτῳ δὲ ἐπὶ τοσοῦτο ἐπέλασε τοῦ Θήρωνος τὸ πῆμα ὥστε τοὺς Θηραίους πάντας ἐκφυγεῖν τὰς ἐν τῇ νήσῳ οἰκίας, πλὴν ἑνός, ἐξωικίσθη. In hujus ergo calamitatis memoriam, censeo Theræos publico decreto statuisse, ne pueros septem & octo annorum (quem numerum Stephanus alibi quoque invenit) fano tumulos, aliquo luctu prosequerentur. Atque hæc unica causa est, mire tam densis tenebris intricata, quod omnem scripturam in Stephano, præter vulgatam, ut & quinquaginta annos apud Eustathium, hactenus flocci fecerim.

[66] Ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυνουρίας.] Libri manu exarati & typis excusi constanter exhibent ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυβωνίας, quod vitium per aliquot sæcula Stephani codicibus adhæsit, minimeque ortum videtur a mala librarii manu, sed ipse Ethnicographus ex depravatissimo Strabonis loco hausit, ubi sua ætate, & etiam nunc hodie libro I hunc in modum legitur: Οἱον εἴ τις λέγοι τὸν Θήρωνα καὶ Θηραίους, νῦν ὡς ἐξοικίσαντα ἐκ τοῦ μεταξὺ πόρου Κρήτης καὶ Κυβωνίας. Et ferme simili modo legitur lib. VIII: Πλεύσαντος ἐκ τοῦ μεταξὺ Κυβωνίας καὶ τῆς Κρήτης τόπου

Κωλύουσι τὸ τοιοῦτον τὰ δ' ὑπερθεν ἑξῆς τόπου Θήρωνος.

Sed cum nobilissimus Palmerius in exercitationibus ad Strabonem, evidentissimis & minime dubiis argumentis demonstrat, apud Strabonem pro Κυβωνίας reponendum Κυνουρίας, non potui, quin egregiam doctamque hanc emendationem meo calculo approbarem. Et cum Stephanus hæc de Therasiæ situ verba, certo certius ex Strabonis lib. I hauserit, summopere necessarium, & re geographica judicavi, nostrum ab hoc mendo repurgare, illud Κυβωνίας, tanquam infelix lolium exstirpando, & Κυνουρίας substituendo. Therasia enim erat Maris Ægæi insula prope Theram, Anaphen & Diam, Cretam inter & Cynuriam, Laconiæ regionem ex adverso Cretæ, ob quam Lacones & Argivi sæpissime bellum gessere, quod apud veteres scriptores decantatissimum est. Thucyd. lib. IV: Περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἣ αἰεὶ οἱ μὲν ἐφεστῶτες, μετοικίας ἔσης· ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ Θυρέαν καὶ Ἀνδρίαν πολίσματα. Vide præterea Herodotum, Plutarchum, Pausaniam & alios.

[67] Θίβα, τόπος πρὸς τῷ Πόντῳ.] Et hæc quoque ex Strabonis libro I esse transcripta, conferenti manifeste apparebit, suntque non longe remota ab illis, quæ præcedenti commentario produximus. Hinc mihi admodum fit verisimile, Stephanum Strabonis locum integrum, ubi miraculosum Theræ & Therasiæ ortum describit, in suum usum transtulisse.

[68] Θίβα, τόπος πρὸς τῷ Πόντῳ.] Contra elementorum ordinem peccaverant librarii. Juxta literarum seriem scribendum foret Θίβεις non Θίβις quod omnes editi & MSS agnoscunt: verum & illud vitio laborat, Salmasius in Plinianis reposuit Θίβης, quod mihi quoque suspectum: nos substituendum putavimus Θίβα, & quidem auctoritate Archiepiscopi Thessalonicensis, ita enim ille in comment. ad Dionys. Καὶ πρὸς τῷ Πόντῳ δὲ Θίβα τόπος, ἀφ' οὗ ἐγένετο τοῦ παραλήγοντος, ἀπὸ μιᾶς τῶν ὑπ' Ἡρακλέους ἀναιρεθεισῶν Ἀμαζόνων κληθῆναι τὸν τόπον. Habitationem & naturam hujus gentis ex Phylarcho describit Plutarchus lib. V Symposiac. cap. VII: Καὶ τοι τὸν ἀπὸ τῆς Θιβίδος λεγομένης πόλεως Θιβίους ἀφοσιωτέρους ἱερεῖ Φύλαρχος, ἢ πολίτας μένοντας, ἀλλὰ καὶ πολίτας ἀπελθόντας εὐθὺς· καὶ γὰρ τὸ βλίτυρον καὶ τὸν ἀπὸ σκόλου καὶ τὸν ἀφλοίου αὐτοῖς παραδιδόμενος, πάντας καὶ νοσεῖ. Opinatur Salmasius hoc debere scribi Θίβεις pro Θίβις. Sed in MS Vulcobii codice Θίβιος cum legebatur, non dubito quin in Plutarcho Θίβιος referibendum sit, præsertim & ipse Stephanus noster loci incolam sic appellans.

[69] Ἀναιρεθείσης.] Quamquam vulgata lectio ἀναιρεθείσης stare posset, vocem numero multitudinis ex MS Vossiano huc revocavi, quam scripturam etiam Eustathius sua ætate in Stephani epitome invenit & approbavit.

[70] Τεμίσκυραν τε.] Libri omnes Τεμίσκυρά τε, quod fide manu exaratorum codicum & auctoritate Eustathii mutatum ivi, is enim Amazonum præstantissimas recensens, omnes sic nominat, in comment. ad Dionys. Αἱ Δημόφοωτι, (scilicet Amazones) ποιηταὶ καὶ ὑπογράφουσι, τῇ Ἀλκιλοχίᾳ τῇ Ἀρμοντίᾳ ἐμφέρουσι, τάδε αὐτὰς τὰ ὀνόματα, Τεμίσκυραν, Ἱπποκράτειαν, Θίβαν, Πάλλαν (sic legendum ex Stephano pro Τάλλαν) τε Κόιαν· τὴν τε Σμύρναν. Hinc quoque liquet in nostro Θίβιον scribendum, non Θίβιος, quod libri vulgati exhibent, quamquam fatendum, etiam MSS codices exhibere, quod nunc vulgavimus.

[71] Ὁ τοπίτης, Θίβιος.] Et hoc loco commissum erat vitium in vulgatis. Mana exaratorum codicum auctori-

πλησιάζει. καὶ [71] τὰ σώματα αὐτῶν ῥιφέντα εἰς βάλασσαν, ἐπιπλεῖ.

ΘΙΒΡΟΣ, πόλις [72] Λυκόφρονος,

Οἱ Θίβρων οἰκήσαντα, Σατνίου τ' ὄρος.

τὸ ἐθνικὸν, Θίβριος.

ΘΙΓΓΗ [73], πόλις Λιβύης. Ἑκαταῖος δὲ Θιγγήτης. τὸ ἐθνικὸν, Θίγγιος.

ΘΙΣ [74], πόλις Αἰγυπτίας, πλησίον Ἀβύδου. ὁ πολίτης, Θινίτης· Ἀλέξανδρος Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ.

ΘΙΣΒΗ, πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος,

---- πολυτρήρωνά τε Θίσβην.

ἀπὸ Θίσβης τῆς Ἀσωπίδος. λέγεται δὲ [75] πληθυντικῶς. ὁ πολίτης, Θισβαῖος. καὶ ὁ λιμὴν αὐτῆς τῶν Θισβαίων, ὡς φησιν Ἐπαφρόδιτος· καὶ τὸ Θήνιδον, ἀφ' ἑτέρων πλῆρες. [76] Ἱσμηνίας δὲ ὁ αὐλητὴς, Θισβὰς ἐξεμιάτιζε, [77] καὶ ὁ Ἐρετρίων αὐλητής.

ΘΜΟΥΙΣ [78], πόλις Αἰγύπτου, ὡς Ξοΐς, Σαΐς. ὁ πολίτης, Θμουίτης.

ΘΟ-

A que corpora in mare projecta non submergantur.

THIBER, urbs, de qua Lycophron:

Qui Thibrum habitant Saturniumque montem.

Gentile, Thibrius.

B THINGE, urbs Libyæ, de qua Hecatæus in Periegesi. Gentile, Thingius.

THIS, oppidum Ægyptium, prope Abydum. Oppidanus, Thinites, teste Alexandro rerum Ægyptiacarum primo.

C THISBE, urbs Bœotiæ, de qua Homerus:

---- *Et columbis abundantem Thisben.*

A Thisba Æsopi filia nomen habet. Dicitur quoque numero multitudinis. Civis, Thisbæus. Et portus Thisbæorum de quo Epaphroditus: & navale columbis refertum. Ismenias tibicen Thisbensis appellatur, & etiam Eretrio tibicen.

THMUIS, oppidum Ægypti, uti Xoïs, Saïs. Oppidanus, Thmuites.

THO-

tate integrum locum sic excudendum volui: Ὁ πολίτης Θίτης, ὡς ἀπὸ τῆς Θίτιος διδύμης.

[71] Τὰ σώματα αὐτῶν ῥιφέντα εἰς βάλασσαν, ἐπιπλεῖ.] Idem de Thibiis ex Phylarcho refert Plinius lib. VII cap. II: *Phylarchus & in Ponto Thibiorum genus, multosque alios ejusdem naturæ: quorum notas tradit in altero sexu geminam pupillam, in altero equi effigiem. Eosdem præterea non posse mergi, ne vestem quidem degravatos.* Fortassis ex perantiqua hac fabella ad multos Europæ populos, Euangelii & rectæ rationis face nondum satis illustratos, præsertim ad Germanorum ditiones, pessima hæc consuetudo dimanavit, ut in cognoscendis fascinantibus & sagis, ex injectione in aquas evidentissima signa peterentur, an aliqua facultate magica essent imbuti. Hos enim manibus pedibusque colligatis, vel pollice manus dextræ, magno digito sinistri pedis, & vicissim pollice sinistræ digito magno dextri pedis transverse vinculo adstrictis, in stagnum satis profundum, sive profluentem projiciebant: si fundum non petebant aquis innatantes, experimentum minime dubium habebatur, eos magiæ atque maleficii esse reos. Hujusmodi experimenta, cum a Medicis, Philosophis, & multis in Europa judicibus ad risum usque sint explosa, atque evidentissimis rationibus refutata, quis fidem habere poterit Plinio & nostro Stephano, Thibiorum corpora in mare projecta, ei innatare posse, quippe non offendentes illorum corpora, aliis naturalibus facultatibus, quibus hodie nostra non gaudent, esse præditos?

[72] Λυκόφρονος.] Variis modis istud oppidi nomen apud Lycophronem excusum reperitur, modo Θρέσσης, modo Θίσσης, modo Θίγγης. Alibi sine dubio latet error, vel in Lycophrone, vel in Stephano, non facile tamen Scholiastæ auxilio, neque aliorum scriptorum auctoritate averruncandus.

JUERNE, urbs in Oceano Britannico.

JUERNIA, insula. Gentile, Juerni.

JULEI, sic Romani vocantur a rege, a quo & mensi nomen est inditum, vel ab Julide. Gentile, Julensis & Julias: genere fœm. Julis.

JU-

[21] Ὄλεις &c.] Sequimur priores editiones, & manu exaratos codices. Pessime Xylandriana: Ὄλεθε, quod mirum, cum etiam alii auctores, de hoc oraculo mentionem facientes, τὸ ὄλεθε agnoscant. Vide Plutarchum, apud quem oraculum illud multo auctius circumfertur & Pausan. in Phocicis.

[18] Ἐκαλεῖτο δὲ & Φοινίκη.] Plinius lib. IV cap. XII: *Ios a Naxo viginti quatuor Mil. pass. Homeri sepulchro veneranda, longitudinis vicesimique mil. ante Phœnice appellata.* Sed insigniter errat Cl. Bochartus, dum ex hac Stephani sectione statuere conatur, hanc insulam a Lydis Lydiam nominari, cum revera hoc longissime sit remotum ab ejus opinione, vult enim noster in Lydia esse oppidum, quod *Ios* appellatur.

[19] Ὁ πολίτης, Ἴητης.] Apud veteres sæpissime occurrit hoc gentile. Paus. in Phoc. Δηλοῦσι δὲ Ἴητας & Ὁμήρου μοῖραν. Proclus in Homeri Vita: Καὶ ἄλλοι πόλεις εἰ μὲν Κολοφώνιοι αὐτὸν ἀναγράφουσι, οἱ δὲ Χῖοι, οἱ δὲ Σμυρναῖοι, οἱ δὲ Ἴητες.

[18] Ἀπὸ Ἰουδαίου Σπάρτωνος.] Et ex hoc Claudii, & ex præcedenti Polyhistoris loco manifestissime liquet, quam rudis & peregrinus noster fuerit in historia sacra, unde satis commode discere potuisset, Judaicam gentem, neque a Juda & Idumæa Semiramidis filiis, neque a Judæo Spartonis F. sed veram nominis originem deducere a Juda Jacobi filio. Optime suspicatur Bochartus ex his Claudii verbis ortam esse fabulam, Judæos & Lacedæmonios esse congeneres, sic enim scribit rex Lacedæmonum Arrius in literis ad Oniam I Macchab. 12. Εὑρέθη ἐν γραφῇ περὶ τῶν ἀδελφῶν & Ἰουδαίων ὅτι εἰσὶν ἀδελφοὶ, καὶ ὅτι εἰσὶν ἐκ γένους Ἀβραάμ. Vel uti apud Josephum legitur lib. XII Antiquit. Jud. Ἐντύχοντες γραφῇ τινι, εὑρομεν ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐσμὲν γένους Ἰουδαίων & Λακεδαιμονίων, ὄντες ἀπὸ Ἀβραάμ ἐκγονοι.

[19] Τὸ ἐθνικὸν, Ἰουδαῖος. πολλοὶ δὲ Ἰουδαίους φασίν.] Pessime hunc locum tractarunt librariorum quidam, & priores editores divulgando: τὸ ἰθνικὸν, Ἰουδαῖος. πολλοὶ δὲ Ἰουδαίους φασίν. Quod nos publicavimus, Palatinorum codicum lectio est.

[20] Ἰουερνία, ἡ Πρεττανικὴ νῆσος.] Ultimam vocem, quæ a scriptis & vulgatis abest, adjicere placuit. Sed ut fiat, quod res est: tres istæ sectiones de Hibernia agentes, ex unica conflatæ sunt, & vox νῆσος, quæ in ultima reperitur, ex prima excidit, quam nisi suo loco interseram, commodum sensum non est quod ibi percipias. Veteres enim insulas duas Britannicas statuebant, *Albionem*, de qua noster in præcedentibus, & Hiberniam. Major erat Albion, minor vero Hibernia, de qua nunc agit. Aristoteles libro de Mundo: Ἐν τούτῳ γὰρ μυθεῖ, τῶν μείζονά τε νησῶν δύο, Βρεττανικὴν λεγομένην, Ἀλβίωνα [legendum, non Ἀλβίωνα.] καὶ Ἰέρνην, τῶν ἀπορρήτων μυθεῖς, ὑπὲρ τῆς Κελτικῆς κεῖσθαι. Hoc est, vertente Apuleio: *Sed in altera parte orbis jacent insularum aggeris maximarum, Britannicæ duæ, Albion & Iverna, quas supra diximus esse majores: verum hæ in Celticarum finibus sitæ sunt.* Male, uti ego quidem opinor, Eustathius hanc insulam Οὐηρνίαν nominat in comment. ad Dionysium: Οὗτοι μετὰ βραχὺ, ἤτοι Γάδειρα ὑπονοεῖ εἰς ἀκραίαν ἀπορρίπτειν δύσιν, ἢ Βρεττανίδας καὶ Οὐηρνίαν, καὶ Ἀλβίωνα, ὅπου Βρεττανὸς & Ἀλβίων. In quibus verbis etiam pro Βρεττανὸς legere malim Γάδειρα.

[21] Ἰουέρνη, πόλις ἐν τῷ Ὠκεανῷ.] Ita hunc locum refinximus: in vulgatis & MSS legebatur pessime, Ἰούερνη πόλις ἐν τῷ πολυφορῷ τῷ Πρεττανικῷ. Sed ubinam terrarum fluvius iste sit, omnes ignorant. Melius dicitur hæc insula *Iuverna* lib. III cap. VI: *Supra Britanniam Iuverna est, pene par spatio, sed utrinque æquali tractu littorum oblonga, cœli ad maturanda fœmina iniqui.*

[22] Ἴουλεῖς, οἱ Γερμανοί.] Aliquando poëtæ Græci & clarioribus patriæ viris civitatibus imponebant nomina, cujus rei illustria apud nostrum inveniuntur exempla capitulo Ἀθῆναι, quod censeo aliquando etiam a Latinis imitatum, per adulationem cives imperatoris nomine insignientibus. Certi sumus, mensem Romanis *Quintilem* dictum, a Julio Cæsare nomen invenisse. Suetonius: *Sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia & pro tribunali &c. appellationem mensis e suo nomine.* Quid ni etiam civem ejus honorem hoc nomine appellari potuissent?

Ἴουλις [28], πόλις ἐν Κῷ τῇ νήσῳ, ἀπὸ Ἰουλίδος κρήνης· ἀφ' ἧς Σιμωνίδης ἐστὶν ὁ μελοποιός, καὶ Βακχυλίδης ὁ ἀδελφιδοῦς ἐκείνου, καὶ Ἐρασίστρατος ἰατρός· μεθ' ὧν, καὶ Ἀρίστων ὁ περιπατητικός. ἦσαν Ἰουλιῆται, περὶ οὓς νόμος ἐτέθη, ὡς Μένανδρος,

[28] Καλὸν τὸ [29] Κείων νόμιμόν ἐστι φάναι,
Ὃς μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

προστάττει γὰρ, [30] τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη [31] κωνειάζεσθαι, τῷ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὸν τροφέα. τὸ ἐθνικὸν, Ἰουλίδης, καὶ [32] Ἰουλιήτης, ὡς Πολεμιήτης.

Ἵππανα, πόλις [33] περὶ Καρχηδόνα, ὡς Πολύβιος πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππανός, ὡς Τύανα Τυανεύς.

Ἵπνος, ἢ Ἵπνεαν τινὲς, Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων. [34] τὸ ἐθνικὸν, Ἱπνεύς.

Ἵπνοτος, χωρίον ἐν Σάμῳ, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἥρας Ἱπνύτιδος. λέγεται δὲ καὶ Ἵπναία.

JULIS, urbs in insula Cô, ab Julide fonte sic dicta. Cujus erat Simonides poëta melicus, & Bacchylides ejus ex fratre nepos, & Erasistratus Medicus, & una cum illis Aristo Peripateticus. Isti omnes Julietæ fuere, apud quos lex erat lata, cujus Menander meminit:

Præclarum est Ceorum institutum Phaniæ,
Qui recte vivere nequit, ne vivat male.

Mandabat enim, ut illi, qui sexagesimum annum superaverant, vitam aconito finirent, ut hoc modo victus aliis sufficeret. Gentile, Julienſis, & Julietes, uti Polemietes.

IPPANA, urbs circa Carthaginem, de qua Polybius lib. primo. Gentile, Ippanenſis, uti Tyana Tyanenſis.

IPNUS, quam alii Ipneam vocant, urbs Locrorum Ozolorum. Gentile, Ipnenſis.

IPNúS, munimentum in Samo, ubi templum Junonis Ipnuntidis. Dicitur quoque Ipnuſia.

Ἱπ-

HIP-

[28] Ἴουλις, πόλις ἐν Κῷ.] Sic nonnulli codices: & meliùs quidem meo judicio quam ἐν Κίῳ, quod vulgati omnes repræſentant. Integrum hoc capitulum deſumſit noſter ex Strabone lib. x, ubi hunc in modum legitur: Ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος, ἣ ἦν Σιμωνίδης καὶ ὁ Μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς ἐκείνου· καὶ μὴν καὶ τῶν Ἐρασιστρατείων ὁ ἰατρὸς, καὶ τῶν περιπατητικῶν φιλοσόφων Ἀρίστων, ὁ τὸν Βοιδαντείου Βίου ζηλωτής. Παρὰ τούτοις δὲ δοκεῖ πεῖθώ ποτε νόμος, ἁμάρτημ' ἔχων Μενάνδρου.

Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι φάναι,
Ὃς μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Προστάττει γὰρ, ὡς ἔοικεν ὁ νόμος, τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη χωρὶς κωνειάζεσθαι, τῷ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὸν τροφέα. Ex hiſce verbis liquet, quemadmodum hanc ſectionem noſter confecerit, & quo pacto menda quædam ſint tollenda.

[29] Καλὸν.] Ita referibendum erat pro καλῶν, ſuadente Strabone atque ipſa ratione.

[29] Κείων.] In notis ad Val. Maximum Pighius reponit Κίων, ſed cum ipſe nullam ſuæ emendationis rationem alleget, præter rationem mihi egiſſe videtur. Καῖος enim ipſe Stephanus ſuo calculo approbat in voce Κῶς.

[30] Τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη.] Cave putes ſolos viros, hac ætate provectos, hanc legem obſervaſſe: refert enim Heraclides, eam potiſſimum fœminis incumbere: Οὗτος δὲ ἐπῄνει τὸν νόμον, καὶ δίκαιον ἦν ἀποθνήσκειν, μάλιστα δὲ τὰς γυναῖκας, ἃς ἀθρόως γηρασκούσας πλάττειν, ἀλλὰ σπεύδειν ἀποθνῄσκειν, ἢ πρεσβύτας ἤδη, οἱ μὲν μόνον, οἱ δὲ καὶ ἐπὶ ἔτεσιν ἑξήκοντα ἐξέφυγον. Illuſtriſſimæ fœminæ exemplum a Val. Maximo nota ſequenti adducetur. Verum cum eundem ætatis annum referat Strabo, miror Schefferum ad Ælianum, nimia forſaſſis feſtinatione, perhibere, Geographum dixiſſe, hanc legem in eos valere, qui annum quadrageſimum exceſſiſſent.

[31] Κωνειάζεσθαι.] Turpiſſimo mendo in omnibus editis legitur ἀχωνίζεσθαι. Viderunt hunc errorem Salmaſius in Plinianis Exercit. & Caſaubonus ad Strab. qui præterea conſet Stephanum legiſſe apud Strabonem κωνιάζειν vel κωνίζειν, quæ vox ἀχωνίζειν denotat, παρὰ τὸ κώνειον ἀχώνιστος, addens Horatium ſic virum Græcæ vocis ſuo more expreſſiſſe in iſto verſu,

Stent quas cervicale pulverem olympicum
Collegiſſe juvat.

Verum hæc, quanquam ſpecioſa videntur, minime approbanda judico, cum antiquo ritui & hiſtoriæ plane ſint contraria. Multo minus mihi arridet Pighii emendatio, ad Val. Maximum pro ἀχωνίζεσθαι reponentis ἀκωνιζέσθαι, quæ etiam Latino Latinio Viterbienſi diſplicuit. Aliis ergo emendationibus damnatis, ſummo jure in textum recepimus κωνειάζεσθαι, quæ vox aliis uſurpatur pro *cicutam bibere*, ſive *aconito vitam finire*. Suidas: Κωνειαζομένους· ἀναιρουμένους φάρμακον πινόντας· κώνειον γὰρ ἀναίρουσι δηλητήριον. Pro qua voce Ælianus Var. Hiſt. lib. III cap. XXXVII πίνειν κώνειον uſurpavit, ubi de hac apud Coos lege mentionem facit. Et Heraclides de Politiis perhibet, quoſdam papavere, alios vero cicuta ſibi ipſis vitam eripere: οἱ δὲ μήκωνι, οἱ δὲ κωνείῳ ἐκρύων. Illam conſuetudinem in inſula Co ſervari animadvertit Valer: Maximus, quo tempore Aſiam cum Sex. Pompejo petens, Iulida oppidum intraverat, uti teſtatur lib. II cap. VI: *Forte enim evenit, ut tunc ſummæ dignitatis ibi fœmina, ſed ultimæ jam ſenectutis, redditâ ratione civibus, cur excedere vita deberet, veneno conſtanter ſe deſtinarit, mortemque ſuam Pompeji præſentiæ clariorem fieri magni æſtimarit, &c. Colortata deinde ad concordiam ſuos, diſtributo eis matrimonio, & cultu ſuo ſacriſque domeſticis majori filiæ traditis; poculum in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextra arripuit. Tum deſenſis Mercurio deliberamenta, & invocato numine ejus, ut ſe placido itinere in meliorem ſedis inferæ deduceret partem; cupido hauſit mortiferam traxit potionem.*

[32] Ἰουλιήτης, ὡς Πολεμιήτης.] Invenitur primum gentile apud Ant. Liberalem Fab. I: Οἱ δὲ Ἴουλιν ἄχρι νῦν Ἰουλιήτην. Sed ultimum cum prioris terminatione non exacte convenit, deberet enim eſſe Πολεμιείτης. Sed cum Stephanus in voce Πόλις, quo nomine urbem Ægyptiam deſcribit, hujus ἐθνικῶν nullam faciat mentionem, merito illud Πολεμιήτης mihi ſuſpectum videtur.

[33] Περὶ Καρχηδόνα.] Non erat hæc urbs in Africa circa Carthaginem ſita, ſed in Sicilia, prope Panormum & Mytiſtratum, uti bene obſervat Cluverius Sicil. Antiq. lib. II cap. XIII. Erat enim illa civitas, quemadmodum & aliæ iſtius inſulæ, in Carthaginenſium poteſtate, Aulo Atilio & C. Sulpicio Coſſ. Qua de re videndus Polybius, quem noſter teſtem citat, & Legationum excerpta e Diod. lib. XXXIII.

[34] Τὸ ἐθνικὸν, Ἱπνεύς.] Urbis nomen non facile repe-

Ἵππολα, πόλις ἀρχαία Λακωνικὴ. A
[31] Παυσανίας τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππολαίτης· καὶ θηλυκὸν, Ἱππολαίτης.

Ἱππόνησος, [32] πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. ἔστι δὲ καὶ Λιβύης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐβδόμῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱπποννήσιος. B

Ἵππος [33], νῆσος Εὐρυθραίας· Θεόπομπος παραξυνοῦσῳ δευτέρῳ. ἔστι δὲ [34] πόλις Σικελίας. ἔστι δὲ [35] Παλαιστίνης. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππεύς, καὶ Ἱππῖνος, [36] καὶ Ἱππωνεύς.

Ἱπποτάμαδαι [37], δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἱπποταμάδης. τὸ πτωκὰ, ἐξ Ἱπποταμαδῶν, εἰς Ἱπποταμίδας, ἐν Ἱπποταμίδαις. C

Ἱππουάκρα [38], πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης, [39] Ἱππακρίτης.

Ἱππουρίσκος [40], νῆσος Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἱπποσκίσιος, ὡς Δωρίσκιος, Τριπόδισκιος. D

Ἵππου κώμη, Αὐκίας κώμη, ἀφ' οὗ τόπων τινῶν ἐκεῖ ἵππον δεισηνεγκόν. E
[41] οἱ οἰκοῦντες, Ἱπποκωμῆται.

HIPPOLA, urbs Laconicæ antiqua, cujus meminit Pauſanias libro III. Gentile, Hippolaïtes, & genere fœm. Hippolaïtis.

HIPPONESUS, urbs Cariæ, de qua Hecatæus in Aſia. Et alia Libyæ, de qua Artemidorus libro VII. Gentile, Hipponeſius.

HIPPUS, inſula Eretriæ, de qua Theopompus libro XLII. Eſt quoque alia Siciliæ, & Paleſtinæ. Gentile, Hippius, & Hippinus, & Hippeus.

HIPPOTAMADÆ, populus Oeneïdis tribus. Populiaris Hippotomades. Localia ex, ad, & in Hippotamadis denotant.

HIPPUACRA, oppidum Libyæ, cujus oppidanus Hippacrita.

HIPPURISCUS, inſula Cariæ. Gentile, Hippuriſcius, uti Doriſcius, Tripodiſcius.

HIPPOCOME, Lyciæ pagus, inde nomen habet, quod ibi quorundam peregrinantium equus obierit. Incolæ, Hippocometæ.

HIP-

Ἱπ-

rias apud veteres ſcriptores. Gentile occurrit apud Thucydidem lib. III: Πρῶτον μὲν ὃν τοὺς ἐμοὺς καὶ τοὺς Μυτιλήνης (πασῶν γὰρ δυσπολεμωτάτη ἡ Λεσβίς) ἵππους ἔλαβον.

[31] Παυσανίας τρίτῳ.] Sine dubio noſter hæc verba innuit: Ἐντεῦθεν δὲ πορευομένοις σταδίους, Θυρεάτις ἄκρα Τανάγρα, καὶ πόλεως ἐρείπια Γραικὸν ἴσμεν· ἐν δὲ αὐτοῖς Ἀφροδίτης ἱερὸν Γραικολιναῖον.

[32] Πόλις Καρίας.] In Ceramico ſinu collocatur a Plinio lib. V cap. XXXI: *In Ceramico autem ſinu Priapenenſes, Hipponeſius, Pſyra, Mya, &c.*

[33] Ἵππος, νῆσος Εὐρυθραίας.] Sic emendavit Maximus Voſſius in notis ad Melam, & poſt eum Holſtenius in notis ad Ortelium. Mela urbis Hippi in Ionia meminit, & ad amnis Mycandri exitum collocat, lib. I cap. XVII, quæ hodie *Gippo* appellatur. Ad quem locum ſi Voſſium conſulas, operam non perdes.

[34] Πόλις Σικελίας.] Nec Cluverius, nec alii hujus urbis meminere. Fortaſſis in depravatum cujuſdam veteris ſcriptoris codicem noſter incidit, in quo pro Ἵππωνα invenit Ἵππον, quod profecto huic auctori eſt familiariſſimum.

[35] Παλαιστίνης.] Hujus meminit Plinius in Jordanis deſcriptione lib. V cap. XV: *Ab oriente Juliade & Hippo, a meridie Tyriborea.* Sita erat in Decapolitana regione teſte eodem Plinio, libro jam citato cap. XVIII.

[36] Καὶ Ἱππεύς.] Reperitur hoc gentile apud Joſephum lib. II de Bello Jud. cap. XXXIV: Ἱππεῖοί τε καὶ Γαδαρεῖς ἀρχάς, τὸν μὲν βασιλέως ἀπωσάμενοι, τὸν δὲ φόβῳ δηλ' φυλακῆς τάξαι.

[37] Ἱπποταμάδης, δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς.] Meurſius libello de Populis Atticis corrigendum cenſet Ἱπποδαμάδης, quia Hippodamus Mileſius Euryboontis F. Athenienſibus Pirææum diviſit, & ibi forum ædificavit, quod de ſuo nomine Ἱπποδάμειον ἀγορὰν appellavit. Sed cum animadverto, hanc emendationem propter literarum ordinem, quem ſequitur noſter, non poſſe admitti, vulgatam lectionem minime follicitandam cenſeo.

[38] Ἱππάκρα, πόλις Λιβύης.] Vox videtur ex duabus compoſita, Ἵππου ἄκρα, quaſi dicas *Equi promontorium*, & ita quoque Cl. Voſſius locum Scylacis edidit: Ἀπὸ Γύαλα εἰς Ἵππου ἄκραν, Ἵππου πόλις, καὶ λίμνη ἐστὶ αὐτῇ ἐπὶ, καὶ πόλις ἐστὶ τῇ λίμνῃ. Neque aliter hic locus a Ptolemæo in Africæ tabb. appellatur, ubi obſervo binos hoc nomine locos deſcribi, quorum alter ponitur non procul ab Hippone regio, alter vero prope Philænorum Aras, ubi Africæ proprie ſic dictæ terminus eſt. Utrumtem hoc clarius pateat verba Ptolemæi tranſcribenda exiſtimo: Ἵππου ἄκρα, Σιγγανὸν ἄκρον, Ἀφροδίτης πρόλαιον, Ἱππεὺς βασιλικὸς, Γαυδανόπολις παλ. ολόκολοι, Θαλάμη πρόλαιον, Ἀπόλλωνος ἱερὸν, Ποσειδῶνος βωμοὶ, Ἵππου λιμήν. Deinde in Syrtis magnæ deſcriptione hæc habet: Φάραξ κώμη, Οἰκογρὸς κώμη, Ἵππου ἄκρον, Φλοὺς κώμη, ὑφ' ὃν οἱ ἐμόνυμοι βωμοὶ, ἄκρον Ἀφρικὸν. Sic quoque duo hoc nomine oppida ſtatuit Diodorus Siculus lib. XX ubi de Agathocle loquitur: Ἐμβαλὼν εἰς τὸν Ἵππου πρόλαιον ἄκρον, ἀχυρωτήριόν φυσικῶς τῇ παρακειμένῃ λίμνῃ. Deinde eodem libro addit, Eumachum quendam ex Archagathi ducibus, qui Agathoclis cæſibus, etiam cepiſſe urbem Hippuacram, illi alteri cognominem, quam per vim occupaverat Agathocles, ſic enim ille: Τὸν ἀναχωρήσαντα ἄκρον Ἵππου (πόλις) τοῦ ὁμώνυμον τῇ χερρονήσῳ καὶ κρηπῖδι ὑπὸ Ἀγαθοκλέους. Nequaquam igitur doctiſſimi Bocharti opinioni fulcimen pollim, primum Diodori locum intelligentis de Hippone Diarrhyto, & alterum de Hippone Regio, cum nemo ex antiquorum numero has urbes Ἵππου ἄκρα appellaverit. Quemadmodum enim Hippones duo extitere, ſic etiam duæ Hippuacræ, uti manifeſte ſatis ex Ptolemæo probavimus.

[39] Ἱππακρίτης.] Illud oppidani nomen per ſyncopen factum eſt pro Ἱππουακρίτης, quam aliquando patiuntur nomina compoſita, de qua re videſis in Ἀλιφολίδης. Eo utitur Polyb. lib. I: Διελόντες σφᾶς αὐτοὺς εἰς τριήρεις, οἱ μὲν Γυάλα, οἱ δὲ τὰς Ἱππακρίτας.

[40] Ἱππουρίσκος, νῆσος Καρίας.] Putat Voſſius vir maximus in notis ad Melam, hanc inſulæ appellationem eſſe depravatam atque conflatam ex duabus vocibus, nempe Ἵππους & Κῶς, uti quoque apud noſtrum Μεγίσσους, ex Μασσύας & Ἔβυσσος. Verum nomen eſt Ἵππουρις, occurritque apud Apollon. Rhod. lib. IV, qui eam Theræ vicinam facit:

Τῶν δ' ἦ τις Σαμοθρῆϊν ἐπὶ πλόον ἠγεμονεύσῃ
Νῆσον ὑπὲκ Λιβύης Ἵππουρίδα νίσεται ἠοῦς.

Hujus quoque meminerunt olim Timoſthenes, & Pythemetus lib. I de Ægina, teſte Scholiaſta ad illum locum.

[41] Οἱ οἰκοῦντες, Ἱππακρίται.] Legi poſſet Ἱππουακρίται: nam a Διακρίαι κώμη Λίβυος deducit noſter Διακριτικὸς. Sed a κώμη noſter format κριτὴς, quamquam

Ἵππων [41], Λιβύης πόλις· Πολύβιος δωδεκάτῳ.

Ἱππώνιον, πόλις Βρεττίων, ἀπὸ ἥρωός τινος, ἢ μᾶλλον ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων Οὐιβωναλεντίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππωνιάτης. τοῦτο δὲ τὸ ἐθνικὸν, ὡς ἀπὸ τῆς Ἱππωνίας. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἱππώνιον, ἔδει Ἱππώνιος, ἢ Ἱππωνιδίς.

Ἵρα, [42] ὄρος Μεσσηνίας· Ῥιανὸς ἐν Μεσσηνιακῶν πρώτῳ. ἔστι καὶ πόλις Μαλιέων, [43] ἀπὸ Ἴρου. ἔστι δὲ πόλις Λέσβου. καὶ ἡ παρ' Ὁμήρῳ,

[44] Καρδαμύλην τε Ἐνόπην τε Ἶρόν τε. ----

Τὸ ἐθνικὸν, Ἰρεύς, τῶν Μαλιέων.

Ἵρασα, τόπος Λιβύης, [45] εἰς ὃν μετήγαγον Βάττον οἱ Λίβυες, ὡς Ἡρόδοτος πεντε. τὸ ἐθνικὸν, Ἰρασεύς, ὡς Μύλασα Μυλασεύς.

Ἶρος, πόλις Θεσσαλίας. Λυκόφρων,

Ἴρωτα, καὶ Τραχῖνα, καὶ Περραιβικήν.

ἰμλίτης Ἰρώτης, ὡς Ἠπειρώτης, Μαλλώτης.

Ἶς, πόλις Περσική· Ἡρόδοτος πεντε. ἔστι δὲ ποταμὸς Ἶς· ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος [46] εἰς τὸν Βαβυλῶνι τεῖχος ἐκομίσθη.

Ἴσαυ-

HIPPO, Libyæ urbs, de qua Polybius libro duodecimo.

HIPPONIUM, urbs Bruttiorum, quæ ab heroë quodam nomen habet. Poſtea a Romanis appellata eſt Uiboualentia. Gentile, Hipponiates. Hoc gentile quaſi ab Hipponia formatum eſt: nam a voce Hipponium oportebat fieri Hipponius, vel Hipponienſis.

HIRA, mons Meſſeniæ, de quo Rhianus lib. 1 Meſſeniacorum. Eſt quoque urbs Malienſium, ab Iro ſic dicta. Et præterea urbs Lesbi. Et de qua apud Homerum legimus:

---- *Cardamylen, & Enopen, & Iren.*

Gentile, Irienſis, quod fit a Malienſium urbe.

HIRASA, locus Libyæ, in quem Libyes Battum tranſtulere, auctore Herodoto lib. IV. Gentile, Hiraſenſis, uti Mylaſſa Mylaſſenſis.

IRUS, oppidum Theſſaliæ, de quo Lycophron:

Et Irum & Trachinem, & Perrhæbicam.

Oppidanus, Irotes, ut Epirotes, Mallotes.

IS, urbs Perſica, de qua Herodotus lib. primo. Ubi & fluvius Is, unde aſphaltus ad ædificationem muri Babylonici comportata eſt.

ISAU-

quæquam paſſim apud alios etiam κωμήτης invenitur.

[41] Ἱππών, Λιβύης πόλις.] Duo hoc nomine in Africa quondam extitere oppida, alterum appellabatur *Hippo Diarrhytos*, & alterum *Hippo Regius*. de quibus vide Melam lib. 1 cap. VII. Strabonem lib. XVII. Plinium lib. VI cap. XXXIV: quibus adde Ptolemæum, cujus verba jamjam citavimus. Conditores habuere Græcos equites, teſte Solino, facta ex nomine conjectura, quod Cl. Bochartо falſum videtur, quia nemo ſcribit, Græcos in eam Africæ partem colonias duxiſſe, & quia non ſolebant equites in tranſmarinas colonias mittere. Hinc Sallustio potior fides, Hipponem Phœnicum urbibus accenſenti in bello Jugurth. *Poſtea Phœnices Hipponem, Utrumque, Leptim aliaſque urbes in ora maritima condidere.* Suſpicatur igitur vir doctus in Hippone latere barbarum nomen a Græcis interpolatum. *Hippo* nempe a Phœnicibus *nabo* vel *nebo* dici potuit, quia in ſinu latet. Sinus enim Syris eſt *nebo*, vel *nebbo* ut multi ſcribunt. Et Arabice *tibbon* tam ſtagnum, quam ſinum denotat. Eum videſis lib. 1 cap. XXIV de Phœnicum coloniis. Gentile nomen non habet Epitomator, quod Latino ore ſonat *Hippenſis*: nam B Auguſtinus Hipponis Regii Epiſcopus fuit, unde paſſim Hipponenſis Epiſcopus dicitur.

[42] Τὰ Ῥωμαίων Οὐιβωναλεντία.] Peſſime in quibuſdam legitur codicibus Ἀνιβωναλεντία & Ὀνιβωναλεντία. Video tamen primam lectionem ſervari in Aldina & Florentina editione, quam deinde interpolavit Xylander legendo, ἢ μᾶλλον ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων Οὐίβων & Οὐιβωνίου. Verum in antiquo Palatinæ bibliothecæ codice Salmaſius invenit Οὐιβεωναλεντία, ſine conjunctione ων, quod in hac editione imitati ſumus. Plinius: *Hippo*, inquit, *quod nunc Vibonem Valentiam appellamus.* Vibonem Romani cum Brutiis eripuiſſent, coloniam deduxerunt, nominarunt *Valentiam*, de qua Vell. Paterculus lib. 1. Quæ ut diſtingueretur ab aliis coloniis hoc nomine, quas plures deduxerunt Romani, nam & *Valentia* in Hiſpania citeriore colonia, hanc cum priſco ſuo nomine appellarunt. Strabo lib. VI: Βρεττίων δὲ κρατησάντων ἀφείλοντο Ῥωμαῖοι καὶ μᾶλλον ἐποίησαν Οὐιβῶνα Οὐαλεντίαν. Vide plura apud Cluv. in Ital. antiq. & Salm. ad Solinum.

[43] Ἀπὸ Ἴρου· ἔστι δὲ πόλις Λέσβου.] Hæc, & quæ ad finem ſectionis uſque ſequuntur in hactenus editis non inveniuntur. Hæc tamen a Stephano ſive ejus Epitomatore eſſe profecta, liquet evidenter ex commentariis Euſtathii ad Iliad. I, ita enim ille: Τέταται δὲ τοῦ Καρδαμύλου χώρα, ἡ καὶ ἰθυκῶς συγγράψας, πόλιν Μεσσηνίας φησὶν, ἣ καὶ Ἡρόδοτος Λακωνικὴν· λέγων ἐν ἄλλοις εἶναι αὐτὴν ἐπὶ Χίῳ &c. Τοῦ δὲ Ἴρου ἡ μέντοι πόλις ἐστὶν ὁμώνυμος τούτου, καὶ ἔστιν πόλις Λέσβου ἄλλη ὁμώνυμος τοῦ Ἴρου.

[44] Καρδαμύλην.] Ita emendavimus hanc vocem Homeri auctoritate: In libris calamo exaratis peſſimo errore legebatur Καρδαμύλλην τε & Καρδαμύλλην τε.

[45] Εἰς ὃν μετήγαγον.] Sic emendavi ex MSS. Male libri vulgari, εἰς δὲ μετήγαγον. Sine dubio noſter hæc Herodoti verba reſpexit, ubi vox ſine aſpirata ſcribitur: Ἔστι δὲ χώρη τούτου κούρη Ἶρασα. Hujus urbis quoque meminit Pindarus Pyth. Od. IX, ſed duplicis ſcribitur.

---- Οἵαν Λυσάνιος ἄρα.
φῦ γυναικὸς ἔδνων
Ἶρασαν ἐφ' ἁρμᾷ πόλιν Αἰολεύ-
ων, μιᾷ καθίκοντο
ματρὸς ἐγκοίταις ἀγκάλαις κεῖσαι.

Ad quem locum ita ſcribit Scholiaſtes: Ἶρασα πόλις Αἰολίας, ἀπὸ ἥρωός τινος Αἰολέως, ἐκ τῶν ἀπολιπόντος τὰς χθόνας, ὑπὸ δὲ Δωριέων Ἡρακλέους. Pindarus nomen urbis genere fœm. protulit, quod Scholiaſtes alio loco numero multitudinis & genere neut. effert: Ἔνιοι γάρ φασιν, ὅτι ὁ ἀπὸ Ἡρακλέους καθηγησάμενος Αἰτωλῶν, Ἴφικλος ἦν, ἀπὸ Ἴφικλον τῶν ἐν τῇ Θεσσαλικῇ λίμνῃ, ὡς φησι Φερεκύδης.

[46] Ἐς τὸν ἐν Βαβυλῶνι.] Ita hanc lacunam replevimus ex ipſo Herodoto, quem noſter allegat. Xylander & alii editores

Ἴ Σ Α Υ Ρ Α [48], ἡ δετέρως πόλις Ἰσαυρείας. ἡ δὲ Ἰσαυρεία μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας, πρὸς τῷ Ταύρῳ. Χάραξ ἡ θηλυκῶς. [49] τὸ ἐθνικὸν, Ἴσαυρος, καὶ Ἰσαυρῖνος.

Ἴ Σ Β Ο Σ, Ἰσαυρείας πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Ἰσβώτης, οἷς Μαλλὸς Μαλλώτης.

Ἴ Σ Ε Ι͂ Ο Ν, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἴσιδος. [50] οἱ οἰκήτορες, μεταβόλοι· πᾶσι γὰρ ἦσαν. προπαροξύνεται δὲ, ὡς Ἰρεῖον, καὶ Νεμεσεῖον, [51] καὶ τὰ ὅσα μὴ τῆς θηλυκῆς τὸ δ ἐφύλαξαν παρενικῶν· παῖδες γὰρ ὁ τύπος. πωλεῖται δὲ μόνοις τοῖς ἐμπόροις ἀθρόα τὰ φορτία, ἕκαστα δὲ τῶν τεχνιτῶν ἀγοράζοντες αὐτὰ καθ' ὁλίγα, καὶ κατὰλίζουσι τοῖς ἐγχωρίοις.

Ἴ Σ Η Π Ο Σ, ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

Ἴ Σ Θ Μ Ο Σ, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας πόλις. ὁ πολίτης, Ἰσθμιος. ἔστι καὶ Κορίνθου Ἰσθμὸς, ἐν ᾧ [52] Ἰσθμιος ὁ Ποσειδῶν.

ISAURA, genere neutro urbs Iſauriæ; Iſauria autem Lycaoniam inter & Ciliciam ad Taurum ſita eſt. Charax fœm. genere utitur. Gentile, Iſaurenſis & Iſaurus.

ISBUS, Iſauriæ urbs. Gentile, Isbotes, uti Mallus Mallotes.

ISEUM, urbs Ægypti, ab Iſide ſic dicta. Incolæ dicuntur Μεταβόλοι, id eſt, *Mercatores*, tales enim erant. Vox circumflectitur in penultima, uti Ἰρεῖον & Νεμεσεῖον, & quotquot templorum ſunt nomina, in genitivo delta non ſervantia. Hujuſmodi enim hæc vox eſt formæ. Solis mercatoribus coacervatim merces ſuas vendunt, eas ab artificibus ſingulatim ementes. Has indigenis particulatim vendunt.

ISEPUS, gens Scythica, de qua Hecatæus in Europa.

ISTHMUS, ſic Halicarnaſſus Cariæ oppidum appellatur. Oppidanus, Iſthmius. Eſt quoque Corinthi Iſthmus, ubi Iſthmius Neptunus.

editores divulgaverant: ἔστι ἡ ἀσφαλῶς τὸ δὲ * * ἐκμεῖδα. Libri MSS exhibebant, ἔστι ἡ ἀσφαλῶς τὸ δεύτερον πῆχυ ἐκμεῖδα, abſque ullo defectus ſigno.

[48] Ἴσαυρα, δετέρως πόλις Ἰσαυρείας.] In vulgatis omnibus capitulum hoc hunc in modum conſtituebatur: Ἰσαυρεία, μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας πρὸς τῷ Ταύρῳ· Χάραξ δὲ θηλυκῶς· καὶ πόλις, καὶ τὸ ἐθνικὸν &c. Valeſius vir doctiſſimus ad Amm. Marcellinum hanc ſectionem ita inſtauravit, & quanquam non moneat, utrum auctoritate veterum codicum, an vero ingenio fretus hoc negotium peregerit, nobis tamen ita placuit, ut in contextum recipere non dubitaverimus. Strabo enim πόλιν Ἴσαυραν ſemper genere neutro appellat. Sed quemadmodum Charax ſic etiam Florus gen. fœm. vocem protulit lib. III cap. VI: *Sed nec mari ſubmoviſſe contenti, validiſſimas urbes eorum, & diuſina præda abundantes, Phaſelin & Olympon evertit, Iſauramque ipſam, arcem Ciliciæ.* Nominis originem inde habere videntur, quod αὔρας ἴσας θέουσι, velociſſime, ſcilicet ventorum inſtar, currant. Hinc in epigrammate inedito οἱ Ἰσαῦραι.

Αὔρας ἴσας θέουσι, ὅθεν λάχον ὄνομα τῶνδε.

De Iſauria & Iſaurorum moribus legendus Trebellius Pollio in Trebelliano: *Non ſunt ſtatura decori, non virtute graves, non noſtrorum armis, non conſiliis prudentes, ſed hoc ſolo ſteterunt, quod in editis poſiti adiri nequeunt.* Vigorem & levitatem corporum, quæ ad epigramma referri poteſt, deſcribit Amm. Marcell. lib. I: *Rapiim igitur properantes, ut motus ſui vnumorem celeritate nimia præveniret, vigore corporum ac levitate confiſi, per flexuoſas ſemitas ad ſummitates collium tardius evadebant.*

[49] Τὸ ἐθνικὸν, Ἰσαυρεῖος, καὶ Ἴσαυρος.] Utrumque gentile apud idoneos ſcriptores reperitur. Diod. Sicul. lib. XVIII: τῶν Ἰσαύρων πόλιν. Et Conſt. Porphyrogennecta lib. I de Them. Τὸ τοῦ ἀνακλήτου καλούμενον Ἰσαυρικὸν τάγμα τῶν ἐκεῖ ἰδίων παλῶν εἶπεν Φρόντων, Λουκούλλου, Ἰσαύρου &c.

[50] Οἱ δικῆται μεταβόλοι.] Hæc profecto incolarum, ſive urbem habitantium appellatio non deducitur a voce Ἴσιον, unde vel juxta vernaculam regionis formam Ἰσεῖτης, vel juxta peregrinam Ἰσιάδης fieret: ſed deſumpta eſt a re quapiam, cui impenſiſſime ſtudebant, quæque inter ipſos maxime vigebat, ſcilicet mercatura, quam noſter eodem hoc capitulo pluribus deſcribit. Sic quoque Metapontini, Italicæ civitatis incolæ, non aliam ob cauſam, uti ego exiſtimo, Μεταβόλοι appellabantur, quam quod mutandis fructibus pro aliis mercibus, quos ex diligentiori agricultura percipiebant, cui mirum in modum præ aliis erant dediti, rem facerent, unde ab Euſtathio ad Dionyſium perhibentur πάνυ δίκαιοι πρὸς δόσεις καὶ λήψεις. Heſychius: Μεταβόλοι, ἀγοραστικοί, καὶ οἱ μεταπέμπτοι παρὰ Γυναιξί. Μεταβολὴ & Μεταβολεύς ſynonyma ſunt, & paſſim apud ſcriptores idoneos uſurpata, & inter quinque mercatorum nomina recenſita ab Antiphanis Scholiaſte ad Plutum: Πέντε δέ εἰσιν οἱ ἀληθῶς τὴν πωλικὴν· Αὐτοπῶλαι, κάπηλοι, ἔμποροι, παλιγκάπηλοι, μεταβολεῖς. Καὶ ἔστιν Αὐτοπῶλαις μὲν, ὁ ἐν τῇ οἰκίᾳ χρῆσθαι πολλὰ τῶν ἐωνημένων αὐτοῦ πράσει. Κάπηλος δὲ ὁ ἀγοράζων ἵνα αὐτοπώλῃ, καὶ πολλὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗ ἐργάζεται. Ἔμπορος, ὁ ἀγοράζων καὶ ἐπὶ ξένης πωλῶν, ἢ ἵνα ἐπὶ ξένης αὐτοπώλῃ, ἢ ἵνα ἐμπορίᾳ ἐργάζεται ἐν πολλῷ. Παλιγκάπηλος, ὁ ἵνα ἐμπορίᾳ ἐργάζεται ἐν πολλῷ. Μεταβολεύς, ὁ πολλὰ τόπου πολλῶν. Et quanquam Scholiaſtes velit τὸν μεταβολέα illam eſſe, qui heminatim aliquid vendit; videntur tamen propie denotare negotiatorem, qui merces mercibus commutat, παρὰ τὸ εἰσαγῆς μεταβάλλειν, quod etiam heminatim & κατὰ κοτύλην fieri potuit. A Polluce ſumitur proxillo, qui ſtando aliquid vendit lib. I cap. VI: Ἔμπορος, καὶ κάπηλος, καὶ μεταβολεύς, εἰ ἑστὼς πωλοῖεν. Verum indifferenter illa vox accipi poteſt apud Etymol. Mag. Auctorem in Εὔπορος. Καὶ γὰρ οἱ μεταβολεῖς, διὰφερόντως τοὺς ἀνοὴτους ὠνοῦντες, διὰφορους κερδαίνουσι. Nam & ſtando & ſedendo primos emptores fauſto omine excipere licet. Sed obſervaſſone non indignum eſt, illum a Græcis εὐώνυμον appellari, qui primus pro expoſitis mercimoniis nummum obtulit, quem Belgice appellamus **penand die hand-gift geeft**. Solet enim inſitor ramiſſe boni omnis cauſa, pretium illud a primis emptoris oblatum, recuſare: dicens, quanquam merx mihi pluris conſtet, tamen, quia hodie nihil adhuc divendidi, oblatam pecuniam non recuſabo, Belgice, **ik ſal myn hand-gift niet teruggeven**. Et quemadmodum primi emptores a Græcis εὐώνυμοι appellantur, ſic pretium ab ipſis oblatum, Græce commodiſſime ἀνώνυμον, Belgice **Hand-gift** dici poteſt: quanquam non ignorem in Cyrilli gloſſis etiam pro *ſtrena* ſumi.

[51] Καὶ τὰ ὅσα μὴ τῆς θηλυκῆς τὸ δ ἐφύλαξαν.] Vult enim dicere nomina templorum, quæ literam Δ genitivi primitivi non ſervant, in penultima circumflexo accentu notari. Exempli gratia Θέτις in caſu obliquo habet Θετίδος, unde fit Θετίδειον templum Thetidis, ſed circumflexo caret: contra vero Ἶσις, Ἰσιδος, unde Ἴσιον, quod Δ genitivi non ſervans, ideo in penult. circumflexo ſignatur. Vide Etymol. Mag. Auctorem in Δίκαιος.

[52] Ἴσθμιος.] Peſſime in vulgatis conſpiciebatur Ἰσθμός. Ex MSS veram lectionem revocavi.

ἀῶν· [54] καὶ νίκη Ἰσθμιάς· καὶ Ἰσθμιάδες πανηγύρεις. λέγονται καὶ Ἰσθμιῶται.

ἸΣΙΝΔΟΣ, [55] πόλις Ἰωνίας. [56] ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος. λέγεται καὶ Ἴσινδα. τὸ ἐθνικὸν, Ἰσίνδιος· καὶ χωρίον Ἰσινδία, καὶ Ἴσινδα.

ἸΣΜΑΗΛΑ [57], τῆς Ἀραβίας χωρίον. εἰκάζουσι, Ἰσμαηλίται.

ἸΣΜΑΡΟΣ, [58] πόλις Θρᾴκης τῶν Κικόνων. [59] Ὅμηρος· ὁ πολίτης, [60] Ἰσμάριος, καὶ Ἰσμαρικὸς τὸ κτητικόν. ἔστι δὲ [61] Ἰσμαρὶς λίμνη. Ἡρόδοτος ζ.

ἸΣΜΗΝΗ, ἡρωὶς, καὶ κώμη Βοιωτίας. ὁ κωμήτης, [62] Ἰσμηνίος, καὶ Ἰσμηνιακός, καὶ Ἰσμηνώδης, καὶ Ἰσμηνίτης. ἔστι δὲ [63] Ἰσμηνὶς πηγὴ Βοιωτίας, ἀφ' ἧς Ἰσμηνίου Ἀπόλλων, καὶ Ἰσμήνια.

ἸΣΠΑΝΙΑΙ, [64] δύο ἐστὶ Ἱσπανίαι ἐπαρχίαι· ἡ μὲν μεγάλη, ἡ δὲ μικρά. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἰβηρία. [65] καὶ Παιονία.

ἸΣΣΑ,

A nus. Et victoria Isthmias, & Isthmiades confœderationes. Appellantur etiam Isthmiotæ.

ISINDUS, urbs Ioniæ. Civis, Hindius. Nominatur etiam Hinda. Gentile, Hindius. Et cælicolum Hindia, & Hinda.

B ISMAELA, Arabiæ regiuncula, cujus incolæ Ismaëlitæ.

ISMARUS, oppidum Thraciæ Ciconum, de quo Homerus. Oppidanus, Ismarius, & possessivum Ismaricus. Est quoque Ismaris palus, de qua Herodotus libro VII.

C

ISMENE, Heroina & pagus Bœotiæ. Paganus Ismenius, & Ismenæus, & Ismenensis, & Ismenita. Est quoque Ismenus Bœotiæ fluvius, a quo Ismenius Apollo, & Ismenia.

D

HISPANIÆ, duæ Italiæ provinciæ, altera magna, altera parva. Etiam Iberia & Pania dicta est.

ISSA,

[54] Καὶ νίκη Ἰσθμιάς.] Sic rescripsi, cum in vulgatis est, καὶ νίκαι Ἰσθμίαι, quasi ultima vox obliquus esset casus Ἰσθμία. Censeo nostrum respicere quoddam Callimachi epigramma, ex quo illa verba de victoria Isthmica delumpsit, quod hodie extat apud Plutarchum lib. v Sympotiacôn:

Καί μιν Ἀλητείην πυλὸν μεγίστην
Τῶνδε, παρ' Ἀιγιαλὸν ἠνίκα πλείστης ἀρούρης,
Θεσμὸν ἔχοις σπείσασθαι Ἰσθμιάδων.
Σίλλῳ τ' Νεμείῃ, πίστιν δ' ἐπιδημίσσετο,
Ἣν οὔτε κρητῆρες ἔτι φρὴν τῶν Ἐφύρων.

Partem aliquam horum versiculorum Stephanum habuisse in opere genuino, tam certum est, quam solem modo die lucere.

[55] Πόλις Ἰωνίας.] Nunc Ioniæ, & ab aliis Cariæ adscribitur, unde liquet in utriusque regionis confinio urbem fuisse sitam. Apud Strabonem urbis nomen scribitur Σίνδη, quod politum mihi videtur pro Ἴσινδα, quæ scriptura in veteribus Stephani libris invenitur, quemadmodum diximus ad vocem Ἀμβλάδα. Strabonis tamen Σίνδη defendi aliquo colore potest, nam I aliquando nominibus propriis additur, & aliquando demitur: sic dicunt Σμύρνα pro Ἰσμυρνίς & sic porro. Censeo præterea hanc esse oppidum, quod nobis alio loco Lyciæ attribuit, & Ἰσίνδιαν appellat, quod inde liquet, quia in sequentibus Stephanus addit: καὶ χωρίον Ἰσινδία.

[56] Ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος.] In libris vulgatis legitur: ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος· εἰκάζεται· λέγεται καὶ Ἴσινδα. Verum quis Salmasius in recentiori MS vocem εἰκάζεται, quæ rectum nihili est, non invenit, nos illam obelo confodendam existimavimus. Formatum apud Polybium in Leg. Esc reperitur Γοτινδῆς, ita enim ibi: οἱ μὲν δὴ ἐκ τῆς Γοτινδῆς Πελλήνης· οἱ δὲ πολιορκούμενοι. Inde Latino ore cives appellantur ISINDENSES apud Livium lib. XXXVIII: *Insidiis arcem urbe capta oppugnabant.* Ad quem locum vide Ursinum.

[57] Ἰσμαήλ, τῆς Ἀραβίας χωρίον.] Regiunculam hanc ab Ismaële Abrahami filio nomen habere satis liquet: nam Abrahamo de Ismaële consulenti respondetur, eum fore longævum & magnarum gentium patrem, teste Josepho lib. I cap. XI de Ant. Jud. Ab illo igitur Ismaëlitæ, qui quondam cum Chuthæis & Madianitis promiscue habitarunt. Hieronymus in vita Malchi perhibet Ismaëlitas insonuisse gestasse crinem, & vitta caput redimivisse: *Erat fabro equorum camelorumque fossores Ismaëlitæ invenere, crinibus vittisque crinibus ac feminudo corpore.*

[58] Ἴσμαρος, Θρᾴκης τῶν Κικόνων.] Nomen habet ab Ismaro Mariæ & Thraciæ F. teste Oro apud Etymologici Mag. Auctorem. In Ciconia hanc urbem esse sitam, atque etiam a Ciconibus quondam habitatam, Marciani Heracleotæ testimonio evincitur:

Εἶτα Μαρώνεια ἐρυκακίσσης τὸ πρὶν
Τὴν Κίκονας ἴσασιν τὴν ὑπ' Ἴσμαρον,
Λίμνῃ δὲ Χίον ἐγγύθεν ὑπεύδει πόλις.

Graviter errare puto Hesychium, Maroneam & Ismarum eandem civitatem statuentem, ut solent grammatici geographiæ imperiti: Ἴσμαρος πόλις Θρᾴκης, ἡ καὶ Μαρώνεια. Potior erit Plinii auctoritas lib. IV cap. XI: *Nunc sunt Dicæa, Ismarus, locus Parthenion, Phalesium, Maronea, prius Ortagoreia dicta.*

[59] Ὅμηρος.] Respicit locum Homeri Odyss. I.

Ἵκόμην γὰρ ἔπειτα ἀπὸ Τροίηθεν ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν
Ἴσμαρον. ....

Vide præterea nostrum in voce Κίκονες.

[60] Ἰσμάριος.] Invenitur apud Propert. lib. II Eleg. XXIII:

Non ut Pieriæ quercus mea verba sequantur,
Aut pecus Ismaria ducere valle feras.

Liquet ex his verbis, montem hoc nomine urbi vicinum extitisse, de quo aliquoties Virgilius & alii mentionem faciunt.

[61] Ἰσμαρὶς λίμνη.] Herodotus loco a Stephano citato: Μαρωνίτας δὲ καὶ ἄλλους τοὺς ὑπερθὲν Ἰσμαρίδος. Videtur mihi eadem palus, quam alibi *Maris* nominat, & a qua urbi Maronex appellationem imponere videtur. Vide in voce Μαρώνεια.

[62] Ἰσμηνίος.] Nummus est apud Goltzium cum inscriptione ΗΙΣΜΗΝΙΩΝ: unde liquet, pagi nomen & fluvii adspirandum, quod apud Pausaniam aliosque auctores cum leni vulgo occurrit, uti contra Nonnium multis probat illustris Spanhemius.

[63] Ἰσμηνὶς πηγή.] Apollodorus, Strabo, Ptolemæus, & Latinorum nonnulli, Ovidius, Statius, Plinius, sic fluvium vocant, sed Pausanias *Ismenium* Ἰσμήνιον.

[64] Δύο ἐστὶ Ἱσπανίαι ἐπαρχίαι.] Hæc olim antiqua erat Hispaniæ divisio, de qua abunde egimus ad vocem Ἰβηρία.

[65] Καὶ Παιονία.] Libri MSS & omnes editi constanter exhibent, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἰβηρία καὶ Παιονία, sed pessimo errore. Est enim Pannonia perampla Europæ regio ad Danubium, quæ ad hunc locum non pertinet. Iberiam vero *Paniam* appellatam fuisse, refutant Sosthenes lib. XIII Ibericorum apud Plutarchum de Fluminibus, a Pane scilicet, quondam Iberiæ præfecto: Νομίσαι δὲ καὶ Ἴβηρα, Βάκχου στρατηγοῦντος ἐπὶ τόπων, ὃς πολὺ μέρος ἀπὸ αὐτῆς Πανίαν ἐκάλουν μέχρι· διὸ καὶ μαχόμενοι πολλάκις ἐφεύρομεν Σπανίους ἀντὶ τοῦ Ἰβήρων, καθὰ φησὶ Σοσθένης ὁ τῶν Ἰβηρικῶν.

Ἴσσα [66], πόλις ἐν Λέσβῳ, κληθεῖσα Ἱμέρα. εἶτα, [67] Πελασγία ἢ Ἴσσα, ἀπὸ τῆς Ἴσσης τοῦ Μάκαρος. ἔστι δὲ [68] νῆσος πλησίον ὁμώνυμον ἔχουσα τῇ Δαλματίᾳ καὶ Ἰλλυρίᾳ. [69] τὸ ἐθνικὸν, Ἰσσαῖος· ἐξ οὗ τὸ θηλυκὸν Ἰσσηΐς, ὅπερ τῆς Λέσβου, ἐφ' ᾗ Παρθενίῳ ἐν Ἡρακλεῖ. B

ISSA, urbs in Lesbo, dicta Himera, deinde Pelasgia & Issa, ab Issa Macaris filia. Est quoque insula urbem ejusdem nominis habens juxta Dalmatiam & Illyriam. Gentile, Issensis, unde femininum Isseis, quod de oppido Lesbi apud Parthenium in Hercule in usu est.

Ἰσσηδόνες, ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἀλκμὰν δὲ μόνος Ἀσσηδόνας αὐτοὺς φησιν. [70] Διὸ δεῖ τὴν ἐν τῇ δευτέρᾳ συλλαβῇ παρὰ ἄλλοις διὰ τοῦ ε. λέγειν καὶ Ἰσσηδοὺς τρισυλλάβως. ἔστι δὲ [71] Ἰσσηδὼν C πόλις.

ISSEDONES, gens Scythica, cujus meminit Hecatæus in Asia. Solus Alcman eos Assedones nominat. Invenitur quoque alia scribendi ratio apud alios per E. Appellantur quoque Issidi tribus syllabis. Invenitur quoque urbs Issedo.

Ἴσσος, πόλις μεταξὺ Συρίας καὶ Κιλικίας, ἐν ᾗ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησεν. ἡ [72] ἐκλήθη διὰ τοῦτο Νικόπολις ἀπ' αὐτοῦ· καὶ ὁ Ἰσσηνὸς κόλπος. ὁ πολίτης, Ἰσσαῖος, ὡς D Νεῖλος Νειλαῖος. [73] ἐκεῖ δὲ ποταμὸς Πίναρος ὀνομαζόμενος.

ISSUS, urbs inter Syriam & Ciliciam, ubi Alexander Darium devicit, quæ propterea ab illo Nicopolis nominata est. Et Issicus sinus. Civis, Issæus, ut Nilus Nilæus. Ibi quoque fluvius est, cui nomen Pinarus.

Ἴσσωρίον [74], ὄρος Λακωνικῆς, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Ἰσσωρία. τὸ ἐθνικὸν, Ἰσσώριος.

ISSORIUM, mons Laconicæ, a quo Diana Issoria. Gentile, Issorius.

Ἱστίαια, πόλις Εὐβοίας. Ὅμηρος, E

HISTIÆA, urbs Eubœæ, de qua Homerus:

---- Πολυστάφυλόν τ' [75] Ἱστίαιαν.

---- *multas uvas habentem Histiæam.*

Ionice

ἡ ᾶ

[66] Ἴσσα, πόλις ἐν Λέσβῳ.] Oppidum est ignobile & aliis auctoribus parum memoratum. Ejus non meminit Scylax in Lesbi descriptione, neque etiam Ptolemæus: sed Antissam omnes agnoscunt, ut & Stephanus suo loco, unde conjiciendum, Issam extitisse non procul ab Antissa, uti Rhium e regione Antirrhii, & Phellos e regione Antiphelli. Existimo tamen Plinium hujus oppidi meminisse sub Himeræ appellatione, qua quondam appellarum fuisse etiam Stephanus testatur. Ita enim Plinius lib. v cap. xxxi: *Clarissima autem Lesbos, a Chio* LXV *M. P. Hemeræ, & Lasia, Pelasgia, Ægira, Æthiope. Macaria appellata fuit, ollo oppidis inclyta. Ex iis Pyrrha hausta est mari, Arisbe terrarum motu subversa. Antissam Methymna traxit in se ipsum.* VIII *urbibus Asiæ* XXXVII *M. P. vicina. Et Agamede ablit, & Himera. Restant Eresos, &c.* Sic emendandum judico hunc locum, in quo male *Hiera*.

[67] Πελασγία.] Eustathius non *Issam*, sed universam insulam *Pelasgiam* appellatam perhibet in comment. ad Dionys. Ἔφθη δὲ ὁ Λέσβος, φησὶ, Πελασγία, quod profecto veritati magis consentaneum, cum & Plinius, loco proxime citato, ita Lesbum vocatam asserit.

[68] Νῆσος πλησίον ὁμώνυμον ἔχουσα.] Agathemero dicitur Ἴσσα lib. i cap. v: Εἰσὶ δὲ ὁ αὐτῇ Ἀθηνᾶ νῆσοι παρὰ τὸν Ἰλλυρικὸν, αἱ ὀνομάζονται Ἴσσα, καὶ ἡ Μέλαινα Κόρκυρα, καὶ Θάσος ἡ Μελίτη, ἣν οἰκοῦσι πολὺς ἀθροισθείς. Insulam hanc & urbem cognominem commemorant præterea Scymnus Chius, Strabo, Ptolemæus aliique. Agatharcides apud Athenæum lib. i perhibet, in illa insula nasci vinum, quod cum aliis collatum, bonitate antecellere compertum est.

[69] Τὸ ἐθνικὸν, Ἰσσαῖος· ἐξ οὗ τὸ θηλυκὸν Ἰσσηΐς, ὅπερ ἡ Λέσβος.] Ita hunc locum ex conjectura emendavit vir summus Salmasius in margine sui Stephani. Indigebat enim hic locus hujusmodi correctione, qui mirum in modum vel ab exscriptoribus, vel ab Epitomatoribus mutilatus in vulgatis & MSS libris hodie repræsentatur: Ἐθνικὸν τῆς θηλυκῆς Ἰσσαῖος, ὅπερ ἡ Λέσβος, παρὰ Παρθενίῳ ἐν Ἡρακλεῖ.

[70] Διὸ δεῖ τὴν δευτέραν συλλαβὴν παρ' ἄλλοις διὰ τοῦ ε.] Ita hunc locum ex conjectura supplevi, erat enim mutilus, & vox χαρᾶς mihi summopere desiderari videbatur, ut sensus esset perspicuus & commodus. Nam *Issedones* passim a Latinis vocantur, & nonnullis Græcis, quanquam noster scripturam per ι etiam in voce Ταρσὸς πρόπαροξυτόνου probaverit ex Damaste ἐκ β' Ἰθῶν.

[71] Ἰσσηδὼν πόλις.] Amm. Marcellinus lib. xxiii urbis meminit: *Exortum vero solis suspicimus Rabanne, & Asmiræ & Issedones omnium splendidissimi . . . utiles licet non multæ, magnis tamen celebrantur & opulentæ; inter quas maximæ Asmira, & Issedon, & Albastana & Sera, nitidæ sunt & notissimæ.*

[72] Ἐκλήθη διὰ τοῦτο Νικόπολις ἀπ' αὐτοῦ.] Male in omnibus libris ἀπ' αὐτῆς. Satis verisimile videtur, Alexandrum, devicto ad Issum Dario, urbem ab illa victoria Nicopolin appellasse, sed cum veteres omnes Issum & Nicopolin diversas urbes statuunt, dubito an tempore nostro fides sit habenda. Strab. lib. xiv: Ἐστιν ἐν μέσῳ σχεδὸν τόπῳ Ἀλεξάνδρεια ἡ Δαφνίς· κεῖται δὲ πρὸς ἕω τῆς Ἰσσικῆς· ἐν αὐτῇ δὲ πόλις Ἴσσος, καὶ Μυριάνδρα πόλις, καὶ Ἀλεξάνδρεια, καὶ Νικόπολις. Vide præterea Ptolemæum lib. v cap. viii.

[73] Ἐκεῖ δὲ ποταμὸς Πίναρος.] Pessimo errore Strabo hunc fluvium *Pindum* appellat, lib. jam citato: Μετὰ δὲ Αἰγυπίους Ἰσσὸς, πολιχνίον ὑφορμον ἔχον, καὶ ποταμὸς Πῖνδος. Ubi sine dubio, auctoritate aliorum scriptorum, Πίναρος reponendum. Arrianus lib. ii de Exped. Alex. Magni: Τῷ δὲ Ἰσσῷ πρόσκειται, ὅπου δὴ νῦν ἐπαλλήλοις οἰκοδομήμασι Μακεδόνων πρόκειται, τάφοις χαλκοῖς οἰκοδομημένοις κεκόσμηται· ἐς δὲ τὸν ὑπερκείμενον αὐχένα ἐσβολή ἐστι ἀπὸ ποταμοῦ Πίναρου, &c. Curtius lib. *Motis ergo castris, superat Pinarum amnem.* Et idem alio loco: *Pinarum amnem, qui duo agmina interfluebat, transire jusserat.* Hæc manifeste evincunt in Strab. Pinarum restituendum.

[74] Ἴσσωρον, ὄρος τῆς Λακωνικῆς.] Plutarchus Agesilaum Κυπαρίσσου τὸ Ἴσσωρον, ἢ πρὸς τῷ Ἀστερίῳ λόφῳ in Vide præterea Hesychium in Ἴσσωρία, & Polyænum lib. ii Strateg.

[75] Ἱστίαιαν.] Male in omnibus editis & MSS Ἑλίκην. Testatur enim Stephanus, se hoc loco sequi Ionicam scribendi rationem, apud quos ι in α vertitur, cujus rei insignis locus est apud Etymol. Mag. Auctorem: Ἀττικοὶ δὲ ἴζω, ἵσω· δῶμι δὲ δῶ ἴζω ἵσω· οἱ νεώτεροι δὲ ἵσημι· καὶ οἱ μὲν Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ι, ἵστημι· οἱ δὲ Ἴωνες διὰ τοῦ ε, ἵστεμι· οἱ δὲ Δωριεῖς διὰ τοῦ α, ἵστᾱμι· ἀμφότερα δὲ καὶ παρὰ τοῖς

ἐὰν ᾖ ἀρχὴ τοῦ ι, Ἰωνικὴ γραφή ἐστι. [76] νῦν δὲ καλεῖται Ὠρικός. ὁ πολίτης, Ἰστιαιεύς. Ἔφορος δὲ τὸ ἐθνικὸν Ἑστιαῖος φησι. [77] καὶ Ἰστιαιώτης, ὁ ἀπὸ Θεσσαλικῆς. τῆς δὲ Εὐβοΐας, διὰ φορᾶς καὶ παραφωνῆ, καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ διὰ τοῦ ε γράφεται. A

ΙΣΤΟΣ, νῆσος Λιβύης, Οὐδενὸς λεγομένη ὑπὸ Λιβύων, ὑπὸ δὲ Φοινίκων [78] κέλλα ῥαρσὶθ, [79] ὃ ἑρμηνευόμενον ἰστὸς νηός· νηὶ γὰρ ἔοικε σχεδὸν πλήσιος. τὸ ἐθνικὸν, Ἴστιος, τῷ λόγῳ τῶν εἰς ιος διαλλάττων ἀπὸ νήσων, Ἴμβριος, Ἄνδριος. B C

ΙΣΤΡΙΑ [80], χώρα κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον. οἱ οἰκοῦντες, [81] Ἴστροι καὶ Ἴστριοι.

ΙΣΤΡΙΑΝΑ, πόλις περὶ τὴν Περσικὴν θάλασσαν, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ μέμνηται. τὸ ἐθνικὸν, Ἰστριανώτης, ἢ Ἰστριανίτης. D

ΙΣΤΡΟΙ, ἔθνος ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν ἐπιχώριον, [81] Ἴστριος, ὡς τὸ Ταῦροι Ταυρικός.

ΙΣΤΡΟΣ, πόλις Κρήτης, ἣν Ἀρτεμίδωρος Ἰστρῶνα φησί. δευτέρα πόλις [83] Ἴστρος, ἐν τῷ Πόντῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἴστριος, [84] καὶ Ἰστριώτης. Ἀρριανὸς δὲ Ἰστριάν, ὡς Ὀλβίαν αὐτὴν φησι. [85] τὸ ἐθνικὸν πούτης, Ἰστριανὸς, ὡς Ὀλβιανός· E

καὶ κατὰ

Ionica scribendi ratio est, si vox in principio per I scribatur. Nunc appellatur Orcus. Civis, Histiæensis. Ephorus perhibet gentile esse Hestiæus, & Histiæotes ab urbe Thessalica deduci: verum Euboïcæ urbis scriptura indifferens est, aliquando enim per I, & aliquando per E scribitur.

HISTUS, insula Libyæ, Udenoë a Libybus vocata, sed a Phœnicibus Kella Rarsath, quod si interpreteris, malum navis denotat: est enim navi similis. Gentile, Histius, juxta formam nominum duarum syllabarum in ius desinentium, quæque insulæ sunt, uti Imbrius, Andrius.

ISTRIA, regio juxta sinum Ionium. Incolæ, Istri & Istrii.

ISTRIANA, urbs circa mare Persicum, cujus Marcianus in periplo meminit. Gentile, Istrianenus, sive Istrianita.

ISTRI, gens in sinu Ionio, de qua Hecatæus in Europa. Gentile & possessivum, Istricus, uti Tauri Tauricus.

ISTRUS, urbs Cretæ, quam Artemidorus Istrona nominat. Secunda urbs Istrus in Ponto sita est. Gentile, Istrius & Istriensis. Arrianus hanc Istriam vocat, uti Olbiam. Hujus gentile est Istrianus, uti Olbianus, & alpha

[76] Νῦν δὲ καλεῖται Ὠρικός.] Pessime hunc locum exarpere librarii, nam in omnibus libris Ὠ῾ρικὸς reperitur, monente Cl. Casaubono ad Athenæum. Correctionem hanc fundebat Strabo in principio lib. x: Οὔτε δὲ ἀνεμείναμεν ὕστερον οὔτε Ἰστιαῖς, νῦν δὲ πόλις ἐστὶ Ἰστιαία Ὠρικία.

[77] Καὶ Ἰστιαιώτης, ὁ ἀπὸ Θεσσαλικῆς.] Pessime quoque hunc locum tractarunt scribæ veteres, nam in MSS & vulgatis legitur, καὶ Ἰστιαιώτης, τῆς Θεσσαλικῆς. Vult noster hoc nihil aliud, quam a Thessalica Histiæa deduci Ἰστιαιώτης. Et ita etiam hunc locum accepit Eustathius ad Iliad. B. Ὑπῆν δέ, φασι, καὶ ἄλλη παρὰ Ὠρικὸν ὁ πολίτης ποιητῇ Ἰστιαιεύς· ὁ δὲ ἀπὸ Θεσσαλικῆς Ἰστιαίας πολίτης, Ἰστιαιώτης. Hinc ipsa hæc Thessaliæ pars Ἰστιαιώτης appellatur, de qua egimus ad vocem Διῖον.

[78] Κέλλα ῥαρσίθ.] Ita in MSS Palatinis disjungebantur hæc vocabula, quæ a Xylandro, sed non ab aliarum editionum præfectis, componuntur: unde Salmasius in ora sui codicis censet, pro ultima voce ῥαρσὶθ legendum. Suspicatur Bochartus, rescribendum Κιβλαρφὶθ, vel potius Χεβλαρφὶθ חבלרפא, id est *malum navis*. Eum vide lib. I cap. XXVI de Phœnic. colon. Quæ alii ad hunc locum comminiscuntur plane ridicula sunt & insana.

[79] Ὃ ἑρμηνευόμενον ἰστὸς νηός.] Non bene suas partes egerunt librarii, qui olim exararant ὃ ἑρμηνεύεται ἱστός, quod bene observavit Salmasius in margine sui Stephani. Nomen insulæ in omnibus editis cum leni legebatur, sed origo vocis asperum postulat, quem auctoritate Hesychii reponimus, nam ibi quoque Ἱστὸς insulam quandam denotat: Ἱστὸς, τὸ ἐξέχον ξύλον ἐν πλοίῳ, καὶ τὸ ὑφαντικὸν, ἀπὸ τοῦ ἵστημι, καὶ νῆσος.

[80] Ἰστρία.] Jam regionem, & interjecta sectione, incolarum nomen describit, quod commodissime unica sectione peragi potuisset. Litigant de scriptura hujus vocis eruditorum filii, alii eam sine aspiratione, alii vero contra scribentes: sed cum non contemnenda ex veterum scriptis ab utraque parte documenta producantur, facile crediderim, parum interesse, quemadmodum exaretur. De vocis scriptura & regionis situ legendus Cluverius Ital. Antiq. lib. I cap. XXI.

[81] Ἴστροι & Ἴστριοι.] Utrumque apud idoneos scriptores profert. Martial. lib. XII Epig. LXIV:

Uncto Corduba lætior Venafro,
Histra nec minus absoluta tessa,
Albi quæ superas oves Gelasti.

Et Scymnus Chius, qui Marciani Heracleotæ nomine circumfertur:

Ἐντεῦθεν ἔχει) Θρᾷκας, Ἴστρους λεγομένους.

[83] Ἴστρος.] In omnibus editis legitur Ἴστριος, malo errore, uti ex sequenti voce Ταυρικὸς evidenter liquet. Strabo lib. VII: Ἴστρος παραρρεῖται χιλίοις σταδίοις. Mela lib. II cap. I: *Axiaces proximus intra Callipidas Axiacesque descendit. Hos ab Istricis Tyras separat, surgit in Neuris.*

[83] Ἴστρος, ὁ τῆς Πόντου.] Ammian. Marcel. lib. XXII *Istron* appellat, alii *Istropolin*, nonnulli vero *Istriopolin*, ut Ptolemæus & Plinius. Urbem hanc condidere Milesii, ei nomen a fluvio imponentes. Auctor Peripli Ponti Euxini: Αὕτη ἡ πόλις Ἴστρος, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔλαβεν τὴν ἐπωνυμίαν· καὶ αὐτὴν τὴν πόλιν Μιλήσιοι κτίζουσι. Qua de re vide quoque Plinium lib. IV cap. XI.

[84] Καὶ Ἰστριώτης.] Occurrit hoc gentile apud Lycophronem in Alexandra:

Οἵπερ πάρος Ἴστριδες πυρπασσάλεις
Λίσσοις μανίαις ἀμφιλυσσήσουσιν ἄλγος
Γήρᾳ σιδήρου κλωσμὸν ἐκφεύγουσαν.

Confirmat quoque illud gentile nummus Goltzianus, in quo legitur ΙΣΤΡΙΗΝΩΝ, quod Ionice positum est pro ΙΣΤΡΙΕΩΝ.

[85] Τὸ ἐθνικὸν πούτης, Ἰστριανός.] Pessime exhibebant vulgati: Τὸ ἐθνικὸν, πουτὶς Ἰστριανός. Sic loqui non amat Stephanus. In genuino fragmento ubi de Dodone agit similis phrasis occurrit: Τὸ ἐθνικὸν πανὶς ἀδιάφθ. &c. Porro illud gentile Ἰστριανὸς in usu est apud Eustathium ad Dionys. Καὶ ἔστι δὲ πολυτρόπως ὁ Ἴστρος· ἀφ' οὗ τὸ Εὔξεινον Ἰστρικὸν πρόσωπον Μιλησίοις κάπηρεν, ὡς φησι Ἡρόδ. Vide quoque sequentem comment.

καὶ κατ' τροπὴν [86] Ἱστριώτης λιμένι, καὶ Ἱστριανὸς A & alpha in Eta mutato Istrienus portus, & Istrianis genere fœminino. Tertia, insula est, urbem ejusdem nominis habens, juxta Triopium Cnidiæ. Quarta, urbs Japygiæ, de qua Hecatæus libro XXIX.

θηλυκῶς. τρίτη, νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα, καθὼ Τιμόθεος ὁ Κνιδίους. τετάρτη, πόλις τῆς Ἰαπυγίας, ὡς Ἑκαταῖος ἐνάτῳ γενάτῳ.

ΙΣΤΩΝΗ, ὄρος ἀντικρὺς τῆς Κερκύ- B ρας. [87] Θουκυδίδης τρίτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἰστωναῖος, ὡς Τορωναῖος.

ΙΤΑΛΙΑ, ἡ χώρα, ἀπὸ Ἰταλοῦ τοῦ πρὶν Αὐσονία, καὶ Αὐσονίς. τὸ ἐθνικὸν, Ἰτάλος, [88] καὶ Ἰταλίς. ἀπὸ δὲ τῆς Ἰταλίας, τὸ Ἰταλιώτης, ὡς C Φθιώτης, [89] Κιλικιώτης. [90] τὶ δὲ διαφέρει τὸ Ἰτάλος τοῦ Ἰταλιώτου, ἐν τῷ περὶ Σικελίας φήσομεν. τὸ θηλυκὸν, [91] Ἰταλιῶτις, [92] καὶ Ἰταλιδὸς, ὡς τοῦ Αὐσονίας τὸ Αὐσονιδὸς. [93] καὶ Ἰταλιάζειν ῥῆμα. καὶ Ἰταλικὸς τὸ κτητικὸν, [94] καὶ D Ἰταλιωτικός. [95] ἔστι δὲ Ἰταλικὸν χωρίον Σικελίας. [96] ἔστι δὲ Ἰταλικὴ πόλις Ἰβηρίας. τὸ ἐθνι-

ISTONA, mons Cercyræ vicinus, de quo Thucydides libro III. Gentile, Istonæus, uti Toronæus.

ITALIA, regio, ab Italo sic dicta, quæ prius Ausonia & Ausonis. Gentile, Italus & Italis. Ab Italia autem fit Italiota, uti Phthiota, Ciliciota. Quæ vero differentia sit inter Italus & Italiota in voce Sicilia docebitur. Fœmininum, Italiotis, & Italiensis, uti ab Ausonia Ausoniensis. Et verbum Italiazo. Et Italicus possessivum, & Italioticus. Est quoque Italicum munimentum Siciliæ: & præterea Italica, urbs Iberiæ. Gentile,

[86] Ἱστριὼς λιμένι.] Portum hunc satis clare describit auctor Periplι Ponti Euxini hisce verbis: Ἀπὸ δὲ Σκυθίας εἰς Ἱστριανὸν λιμένα, στάδια ᵩ'. μίλια ιβ'. ἀπὸ δὲ Ἱστριανῶν λιμένος εἰς Ἰστρου λιμένα ᵩ'. μίλια ιβ'.

[87] Θουκυδίδης τρίτῃ.] Sine dubio hæc Thucydidis verba respicit: Ἀνάγκασθέντες τὸ ἔρυμα τοῦ Ἰσθμοῦ, πύργον ἐπιτειχίσαντες, ἵδρυσαν τὰς ναῦς ἐν τῇ πόλει.

[88] Καὶ Ἰταλὸς. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰταλία.] Latini poëtæ frequentius hac voce utuntur. Virgil. lib. XI Æneid.

At circum lecta comitum, Larinaque virgo,
Tullaque, & æratam quatiens Tarpeia securim,
Italides. ---- ----

Ad quem locum audiamus Servium. *Italides, ut Siculides, Atlantides. Et est pulchra derivatio, non tantum vera. Nam verum est Italæ. Italis autem, unde est Italides, magis patronymicum est.* Ita hæc verba sunt corrigenda. Martialis de Claudia Rufina lib. XI Epig. LIV:

Quale decus formæ! Romanam credere matres
Italides possunt, Atthides esse suam.

[89] Κιλικιώτης.] Libri editi perperam exhibent καὶ Λικιώνης: sed veram lectionem ex Vossiano cod. revocavi. Primam syllabam ει imperiti librarii in ηι mutavere. Eodem errore liberandus Suidas, ubi hodie in voce Ἰταλία legitur, hunc in modum: Τὸ ἐθνικὸν, Ἰτάλος, καὶ Ἰταλίς· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰταλία Ἰταλιώτης, ὡς Φθιώτης, καὶ Λικιώτης, ubi simili ratione Κιλικιώτης reponendum.

[90] Τὶ δὲ διαφέρει τὸ Ἰτάλος τοῦ Ἰταλιώτου &c.] Quid differat *Italus* ab *Italiota*, promittit noster se docturum in Σικελία. Sed hodie apud Epitomatorem hujus rei non satis evidentia vestigia reperias. Nonnulla tamen hac de re, in genuino de Sicilia fragmento, memoria reperitur, quod ex Constantino Porphyrogenneta huic operi suo loco inferendum existimo: is enim perhibet, insulares indigenas *Siculos*, & advenas *Siceliotas* appellari: sic quoque Italiæ indigenæ sunt *Itali*, advenæ *Italiotæ*. Salmasius in notis ad Vopiscum *Italiotas* interpretatur Græcos, qui eam Italiæ partem incolebant, quæ major Græcia dicebatur. In ipsaque Italiæ ora quondam etiam habitavere Pythagorici, non in Italia nati, sed aliunde oriundi. Hesychius: Ἰταλιώτης, ἀπὸ Ἰταλιώτης, ἀπὸ πολλάκις ἐθνισμοῦ, ὅτι οἱ Πυθαγορικοὶ ἐν Ἰταλίᾳ διέτριψαν, ἢ ὅτι φασὶν αὐτοὺς ἐξ ἱστοριογράφων. Respiciunt Hesychii verba, ut hoc obiter dicam, historiam vetustam, unde lucem fœnerantur: nam Pythagorai Crotone in ædibus cujusdam Myllonis erant congregati, de rebus hostilibus consilium capturi, sed domo incensa, omnes simul cremabantur, exceptis duobus Archippo & Lysidе, qui foras egressi & elucitati sunt. Vide totam historiam apud Jamblichum de Vita Pythag. cap. XXXV. Verum ad τὸ Ἰταλιώτης redeamus, quam vocem Strabo passim pro *Italo* sumit, cui deinde jus civitatis concessum est, ita enim ille lib. V: Ὀψὲ δὲ ποτε ἀφ' ἧς μετέλαβε Ῥωμαίων πᾶς Ἰταλιώτης τῶν ἰσοτελείαν, ἴδιόν τι πάθος Ἀλπινοὶ Γαλάται, καὶ Ἐνετοὶ τῶν αὐτῶν κινδύνων μοῖραν, ἀπεστερήθησαν δὲ οἱ Ἰταλιώτης πολίτου ὁ Ῥωμαίος. Sed eodem modo distinguit Suidas, uti Stephanus: διαφέρει δὲ τὸ Ἰταλὸς ἢ Ἰταλιώτης· ὅτι, εἰ μὲ δοῦλοι εἶεν ἐξ αἰχμαλώτων ἢ χώρας, ἀφ' ἧς ἐκ χώρας ἐπανεκομίσθησαν, ἀγοὶ Ἰταλοὶ Ἰταλοί. ὧν ἐστὶ Ἰταλία &c. Οἱ δὲ ἀπὸ ἐπιχωρίων, ἢ τῶν χώραν ἐξοίκων ἀφικομένων, ὡς δοῦλοι ἢ Φίλιπποι, Φίλιπποι, ἢ πως; ἀπὸ δὲ Ἰταλίας ἢ Σικελίας Ἰταλιῶται, ἢ Σικελιῶται. Verissimum est, hanc distinctionem aliquando apud Scriptores obtinere: sic *Hispaniensis*, non civis in Hispania, qui *Hispanus* dicitur, & *Germanicus* eodem modo differt a Germano, quod evidenter liquet ex Vopisco: *Bonosus homo Hispaniensis fuit, origine Britannus.* Sed hac de re vide Casaub. ad Æl. Spart. Τὸ Ἰταλιώτης, quod obiter monendum, corrupte occurrit apud Dionys. Halicarnas. lib. I, ubi male Ἰταλίτης reponitur.

[91] Ἰταλιῶτις.] Fœmininum hoc ipse Stephanus usurpat in Καυσσώνη, ubi ita inquit: μοῖρα πόλεως τῆς Ἰταλιωτίδων πόλεων. Vocem hanc hausit ex Strabone lib. VI, ubi de illo oppido loquitur: Ὑπέρκειται δὲ πόλις ἡ μὲ τῆς πόλεως μοῖρα τῶν Ἰταλιωτίδων γεγονυῖα ἀποικία.

[92] Καὶ Ἰταλιδὸς, ὡς τοῦ Αὐσονία Αὐσονιδὸς.] Male in omnibus legebatur Ἰταλὸς, quod etiam corrigendum censebat Salmasius. Idem error emendandus apud Suidam voce Ἰταλία.

[93] Καὶ Ἰταλιάζειν ῥῆμα.] Quid verbum hoc significet Epitomator non addit, & similiter quoque Suidas, qui ejus meminit, significationem reticet. Hesychius interpretationem exhibet, sed obscuram satis, ita enim ille: Ἰταλιάζει, ἐν Ἰταλίᾳ δεδεμένος διδιτῆται. Quo in loco vellem διδιτῆται, id est, *ligatus in Italia degere.* Sed quem morem Grammaticus respiciat, non facile dixerim.

[94] Καὶ Ἰταλικὸς.] Plato in epistola ad Dionis propinquos hoc possessivo utitur: Ἐλθὼν δὲ μοι ἐπὶ τὴν λιμένα ἀπὸ βίβλου Διδύμου, Ἰταλικὸν τι ὁ Συρακόσιος ἐφιππεύσας ταχέως, διήγγειλέ μοι ἀφῖχθαι.

[95] Ἔστι δὲ Ἰταλικὸν χωρίον Σικελίας.] Vel noster errat, vel referendum Ἰταλίας. Puto hic Corsinium intelligendum, de quo Strabo lib. V: Καρσέολοι τῶν Πελιγνῶν μοῖραν ἀπέδειξαν πόλιν, ἐπὶ τῷ Ῥώμῃ ἐφεστηκέναι τῇ πολίτων, μεταγαγόντες τὴν Ἰταλικήν. Sed mutato accentu referendum puto Ἰταλικὸν, ob rationes mox allegandas. Sed apud Vell. Paterculum lib. II cap. XVI genere neutro efferuntur: *Cæsar imperii sui Corfinium legerat, quod appellarat Italicum.*

[96] Ἔστι δὲ Ἰταλικὴ πόλις Ἰβηρίας.] Sic fine dubio scri-

ἐθνικὸν, Ἰτηλικήσιος. καὶ Ἰτηλικησία ἐκαλεῖτο ἡ χώρα, καὶ Οἰνωτρία, καὶ Ἑσπερία.

ΙΤΑΝΟΣ, πόλις ἐν Κρήτῃ, ἀπὸ Ἴτανος Φοίνικος, ἢ τῶν Κρητῶν ἑνὸς μιγάδος. οἱ πολῖται, Ἰτάνιοι. ἔστι καὶ ἄκρον.

ΙΤΕΑ, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἰτεαῖος. Ἀνδροτίων δὲ τριπλάσως ἔφη.

ΙΤΥΚΗ, πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος. τὸ ἐθνικὸν, Ἰτυκαῖος. ἀφ' οὗ Διονύσιος Ἰτυκαῖος, Ῥιζοτομικῶν πρώτῳ.

ΙΤΩΝ, πόλις Θεσσαλίας·

---- Ἰτῶνά τε μητέρα μήλων.

οἱ ἐγχώριοι ὀξυτόνως αὐτὴν φασιν Ἰτών. Τινὲς δὲ Σιτῶνα αὐτὴν φασι, διὰ τὸ σῖτον φέρειν. λέγεται δὲ καὶ Ἴτωνος, ἀπὸ Ἴτωνος ἥρωος· ἀφ' οὗ καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, ἧς καὶ Ἰτών. τὸ ἐθνικὸν, Ἰτωναῖος, καὶ Ἰτωναΐα ἡ Ἀθηνᾶ.

A tile, Italicesius. Et Italicesia appellabatur regio, & Oenotria, & Hesperia.

ITANUS, urbs in Creta, nomen habens vel ab Itano Phœnicis filio, vel ab uno Curetum, qui erat advena. Cives, Itanii. B Est quoque promontorium.

ITEA, populus Acamantidis tribus. Popularis, Iteæus. Androtio autem tribus syllabis vocem effert.

ITYCA, urbs Libyæ, Tyriorum colonia. C Gentile, Itycæus: cujas erat Dionysius Itycæus, uti libro primo Rhizotomicorum legimus.

ITÔN, urbs Thessaliæ.

---- *Itonemque matrem ovium.*

Indigenæ vocem cum accentu in ultima effe- D runt. Nonnulli eam *Sitonem* nominant, quia frumenti ferax est. Dicitur quoque Itonus ab heroë Itono (unde etiam Minerva Itonia) & præterea Itone. Gentile, Itonæus, & Itonæa Miner-

---

bendam est illud urbis nomen, cum in editis constanter legatur Ἰτηλικὴ, quod est possessivum femininum ab Ἰτηλικός. Sita erat urbs ad Bætim fluvium teste Strabone lib. III. Spartianus Adriani Imperatoris originem huic urbi tribuit: *Origo Imperatoris Adriani vetustior a Picentibus, posterior ab Hispaniensibus manat: siquidem Adrianus major ejus, apud Italicam, Scipionum temporibus, prodidit, in libris vitæ suæ Adrianus ipse commemorat.* Igitur Ἰτηλικὴ est possessivum, quod clare liquet ex Plutarcho de Philosophorum placitis: Ἡ δὲ τάσις αἵρεσις Ἰτηλικὴ αὐτοσχεδιάζουσα, διὰ τὸ τὴν Πυθαγόραν εἰς Ἰταλίαν χωλάσαι.

ΤΟ Ἔστι δὲ ἄκρον.] Plinius promontorium *Itanum* celebrat lib. IV cap. XII. Ubi sine dubio fuit urbs *Itanus*, quam ponit Ptolemæus ultimam inter lateris australis urbes lib. III. De origine nominis vide Bochartum de Phœnic. Col. lib. I cap. XV.

ΤΟ Ὁ δημότης, Ἰτεαῖος.] Sic correxi, cum in omnibus edicis Ἰτεάτης legeretur, quod etiam trium syllabarum erat, contra Stephani mentem.

ΤΟ Τυρίων ἄποικος.] Justinus lib XVIII: *Cum ex opibus & multitudine Tyrii abundarent, missa in Africam juventute, Uticam condidere.* Velleju: Paterculus circa Cadri tempora, qui Sauli fuit æqualis, Tyrios paucis annis post Gades, *Uticam* condidisse refert. Urbi igitur tam vetustæ nomen fecit ipsa antiquitas. Utica enim vel Itycæ Punica lingua *atica*, id est, prisca dicebatur, teste Bochano de Phœnic. Col. lib. I cap. XXIV.

ΤΟ Ἰτωναῖος.] Gentile hoc reperitur apud Polyb. in legat. CXLII: Καὶ τὸ Ἰτωναίων ἔθνος προσθήσων τῷ ἰσπίνων αὐτῶν, πᾶν Ἰμμαίους τὸν ἐκαστον ἀπὸ δώδεκα πόλεων. Latino ore UTICENSIS dicitur apud quosvis auctores. Vide præterea Plutarch. in Catone Majori.

ΤΟ Διονύσιος Ἰτυκαῖος Ῥιζοτομικῶν δ'.] Admodum dubito de nomine hujus auctoris: vereor enim ex compendiaria scriptura Διὸς, natum esse Διονύσιος, cum genuinum ejus nomen sit Διοκλῆς: & ut hoc credam mihi persuasit Nicandri Scholiastes, a quo Ῥιζοβολικὸς liber Dioclis allegatur, in quo radicum excisionem, seu herbarum lectionem docebat. Hujusmodi libri veteribus etiam Ῥιζοτομικὰ dicebantur: & hoc indice Mictionis libros fuisse intignitos, tradit Plinius lib. XX cap. XXIII. Fert hic Medicus præstantissimus, cujus Hesychius aliquoties mentionem facit: Συγγραφεὺς ἰατρικὸς, καὶ Διοκλῆς ὁ ἰατρός. Et ab eodem alio loco pessime corrupto, sed ita emendando: Λεπτίνης, ὁ παρὰ τοῖς βιβλιογράφοις καὶ Διοκλῆς δὲ τὸν ὀνομαστικὸν γράψας. Barbare & istinc hodie in Hesychio legitur, Λεπτίνης ὁ παρὰ τοῖς βιβλιογράφοις καὶ ἀκλῆς. Idem hic Medicus, teste Athenæo de vini coloribus scripsit, uti lib. I perhibet. Certe Ῥιζοτομία apud Græcos satis erat celebris: & Ῥιζοτόμοι illi appellabantur, qui simplicia duntaxat medicamenta, herbas scilicet ac radices vendebant, quas ipsi in montibus, pratis, & ripis fluminum, conquirebant, colligebant, & in usum servabant. Tradunt veteres ithac arte Chironem excelluisse, atque ejus inventorem extitisse. Etymologici Mag. auctor: Χείρων, ὁ Κένταυρος· ἀπὸ τοῦ χειρὸς τοῦ ἀριστερᾶς καὶ τοῦ τὰς χειρουργίας εἰς ῥιζοτομίας· ἐκτρέπει γὰρ τὸν ἰατρὸν ὁ χειρουργός. Hinc est quod apud Suidam legatur, Chironem primum invenisse ἰατρικὴν διὰ βοτάνων, scilicet herbis ablaqueandis, legendis, & radicibus exscindendis. Et apud Hyginum Fab. CCLXXIV: *Chiron Centaurus Saturni fil. artem medicinam chirurgicam ex herbis primus instituit.*

ΤΟ Τινὲς δὲ Σιτῶνα αὐτὴν φασι.] Sic quoque perhibet hanc urbem appellatam fuisse Eustathius ad Hom. Iliad. B. Τὴν δὲ Ἰτώνην ἀπὸ παροξυτόνου φασὶ οἱ παλαιοὶ, ἧς Μίνερνα· τινὲς δὲ ἐξήνεγκαν, λέγοντες ὅτι ἀπομάξαν ἐξ Σιτῶνος, διὰ τὸ σιτοφόρον· λέγεται δὲ φασὶ καὶ Ἰτώνη πρότερον διὰ τοῦ Ἴτων ἀπὸ Ἰτώνου ἥρωος· καὶ Ἀθηνᾶ δὲ ἐξ αὐτῆς Ἰτωνία. Hinc liquet evidenter veteres dixisse, & Ἴτων & Σιτών, unde quoque Minerva *Itonia* & *Sitonia* commode satis deduci potest. Quare Valesio ad Polybii Excerp. adstipulari nequeo, existimanti pro Σιτωνίου Ἀθηνᾶς, quod erat in MS cod. reponendum Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς. Nam præterquam, quod auctoritas Stephani & Eustathii ad convellendam istam opinionem sufficiant, etiam sciendum est, nominibus propriis in principio ut plurimum addi Σ, quod aliis in locis inculcavimus.

ΤΟ Λέγεται δὲ ἡ Ἴτων.] Est casus rectus ab obliquo. Sic urbs appellatur a Catullo in Argonauticis:

Quod tibi sit sancta concesserit incola Itoni,
Sive nostrum genus, ac sedes defendere finis,
Annuat, ut Tauri respergas sanguine dextram.

Pessime in primo versu *Ithoni* legitur, quod correctione indigebat.

ΤΟ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ.] Memoratur Plutarcho in Amatoriis narrationibus: Ἰκάριος κρύπτεται παρὰ τὸν βωμὸν τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς. Sed templum illud in quo colebatur erat Coroneæ in Boeotia.

ΤΟ Ἥτις δὲ Ἰτώνη.] Hæc non sunt referenda ad Minervam, quasi etiam hoc nomine coleretur, quæ opinio doctissimum Valesium in errorem ducebat, dum ad Excerpta Leg. Polyb. ἥτις δὲ Ἴτωνις emendabat: sed ad varias hujus urbis appellationes, vocatur enim Ἴτων, Ἴτωνος & Ἰτώνη. Hunc genuinum Stephani esse sensum, perspi-

Ἀθηνᾶ. ἔστι δὲ πόλις Ἰτώνη ἐν Ἠπείρῳ, καὶ Ἰτωλίας, [7] καὶ Βοιωτίας, καὶ Λυδίας. ὁ πολίτης, Ἰτώνιος· καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, [8] καὶ Ἰτωνιάς, [9] καὶ Ἰτωνίς. καὶ χώρα Ἰτώνη ἀπὸ τοῦ Αἵμου, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. A Minerva. Eſt quoque Itone oppidum in Epiro, & Italiæ, & Bœotiæ, & Lydiæ, cujus oppidanus, Itonius, & Itonia Minerva, & Itonias, & Itonis. Et regio Itone ſub Hæmo, de qua Hecatæus in Europa.

ἼΧΑΝΑ [10], πολίχνιον Σικελίας, ἀφ' ὃ τὸ τῇ αὐτοῦ ἀλώσει πολλὰ προσλιπερῆσαι τοὺς Συρακουσίους. [11] Ἰχανᾶν δή, τὸ ἐπιθυμεῖν. τὸ ἐθνικὸν, Ἰχανῖνος. B ICHANA, oppidulum Siciliæ, ſic dictum, quod in ejus expugnatione ſedulam operam impenderint Syracuſani: nam Ἰχανᾶν concupiſcere denotat. Gentile, Ichanitus.

ἼΧΝΑΙ, πόλις Μακεδονίας· [12] Ἡρόδοτος ἐβδόμῃ. Ἐρατοσθένης δὲ Ἄχνας αὐτὴν φησι. [13] Φιλητᾶς δὲ Ἄχνην φησὶ, ἀφὲ ἒ α. τὸ ἐθνικὸν, καὶ Ἰχναῖος, [14] καὶ Ἰχναία ἡ Θέμις. διωκομένη γὰρ ὑπὸ τοῦ Διὸς, καταλείφθη ἐν τοῖς τῶν Ἰχναίων τόποις. καὶ δοκεῖ ἒ διωχθῆναι κατ' ἴχνος ὀνομάσθη. καὶ ἔστιν ἑτέρα [15] τῆς ἀναβολικῆς πόλις. C ICHNÆ, urbs Macedoniæ, de qua Herodotus libro VII. Hanc Eratoſthenes Achnas appellat, Phileras vero Achnam per alpha. Gentile, Ichnæus, & Ichnæa Themis. Hanc Jupiter perſequens deprehendit in Ichnæorum locis: & ſic vocata eſt, quod Jupiter eam veſtigiis perſequebatur. Eſt quoque alia hujus nominis urbs in oriente. D

ἸΨΙΚΟΥΡΟΙ [16], ἔθνος Λιγυστικόν· Θεόπομπος παραφθορῶς τρίτῳ. λεῖ δὲ ἑπόμενος πρότερον Ἰψίκυροι, καὶ Ἀρβαξανοὶ, καὶ Εὔβιοι, [17] Λίγυες τὸ ἡμῖν. IPSICURI, gens Liguſtica, de qua Theopompus libro XLIII. Hanc incolebant prius Ipſicuri, & Arbaxani, & Eubii, genere Ligyres. E

ἼΩΛΚΟΣ, πόλις Θεσσαλίας·

[18] Βαθύλεώ τε γλαφυρὸν, καὶ εὐκτιμένην Ἰαωλκόν.

ὅθεν Ἰωλκεὺς ὁ Ἀμύρου, ἀφ' οὗ τὸ [19] Ἀμυρικὸν πεδίον Λαρισταίων. [20] τὸ ἐθνικὸν, Ἰώλκιος, καὶ Ἰωλκία, καὶ Ἰωλκὶς, καὶ Ἰωλκιάς. IOLCUS, urbs Theſſaliæ:

Babenque elegantem, & bene ædificatam Iaolcum.

Nomen habet ab Iolco Amyri filio, a quo campus Amyricus Lariſſæorum ſic dicitur. Gentile, Iolcius, & Iolcia, & Iolcis, & Iolcias. F

10-

cue apparet ex verbis Euſtathii jam ſupra citatis, λέγεσθαι δὲ φασι καὶ Ἰτώνη τρισσυλλάβως, cum antea dixiſſet, & Itona & Sitona nuncupatam fuiſſe.

7 Καὶ Βοιωτίας.] Noſter hic urbem hoc nomine in Boeotia collocat, ſed vereor ne intelligendum ſit templum Itoniæ Minervæ, quod Coroneæ frequentabatur, teſtibus Polyb. lib. IV, Strabone lib. IX, Plutarcho in Amat. Narrat. & Apollonii Scholiaſta ad lib. I.

8 Καὶ Ἰτωνιάς.] Occurrit hoc nomen apud Callimach. Hymno in Cererem:

Ἠΐθεοι Ἰτωνιάδ' ἰόντες ἀθρόοι ἐς ἄλσος
Οἱ μὲν ἐφ' ἵππων καλλιστοι. ----

9 Καὶ Ἰτωνὶς.] Aliquoties hoc gentile invenitur apud Apol. Rhod. in Argonaut. lib. I, & Etymol. Mag. Auctorem in illa voce.

10 Ἴχανα, πολίχνιον Σικελίας.] Cenſet Cluverius, hoc oppidum eſſe unum ex duobus, quæ a Ptolemæo Pachyno proxima ponuntur, quorum alterum Ἕλωρος, & alterum Ἶνα appellatur, quod fortaſſis ſcribarum vitium eſt, nam apud Plinium lib. III cap. VIII celebrantur ICHANENSES, qui Stephano ICHANINI dicuntur, quæ forma etiam Siculis eſt ſolita.

11 Ἰχνᾶν δή, τὸ ἐπιθυμεῖν.] Ferenda non erat vulgata lectio ἰχνᾶν δὴ τὸ ἐπιθυμεῖν, nam ἰχνεύω dicitur Homero, Euſtathio & aliis. Ἰχνάω in uſu eſt, ſed inde non deducitur infinitivus ἰχνᾶν. Vide Etymol. Mag. Auct. in voce Ἰχνεύειν.

12 Ἡροδότῳ ἑβδόμῃ.] Herodotus loco citato hujus urbis meminit, & in Bottiæa regione collocat: Ὁ δὲ Ἀξιὸς (ſcilic. Axius fluvius) ῥέων τὴν Μυγδονίην τε καὶ Βοττιαίδα· τῆς ἔχεται τὸ παρὰ θάλασσαν πόλις χοιράδες πόλις Ἰχναί τε καὶ Πέλλα.

13 Φιλητᾶς δὲ Ἄχνην φησὶ, ἀφὲ ἒ α.] Salmaſius ad marginem ſui Stephani in ſcripto libro inveniſſe teſtatur: Φιλητᾶς δὲ ἄκνην φησὶ, ἀφὲ ἒ α. Haud aliter ac ſi hæc eſſet auctoris noſtri mens, Phileram, præter Macedonicam urbem jam allegatam, teſtari, aliam hoc nomine in Theſſalia inveniri, quæ per Α ἄχνη nuncupatur. Collocat enim noſter ex Cleodama de arte equeſtri Achnas in Theſſalia, de quibus egit ſuo loco in præcedentibus. Et ut verum fatear, magis inclinat animus, ut *Achnas* in Theſſalia, & *Achnæ* (ſive ut alii volunt *Ichnæ*) in Macedonia ſtatuam; nam de Theſſalicis agit Strabo lib. IX, eaſque in Theſſaliotide, longe a Bottiæa ponit: Καὶ ὁ Φενεὸς, ὑπὲρ Ἀτρακίας ἔχων· καὶ Ἴχνη, ἔνθα ἡ Θέμις Ἰχναία πρόσκτισται. Ichnæum Macedonicam meminit Heſychius: Ἰχναῖον, χώριον τῆς Μακεδονίας, ἔνθα τὸ μαντεῖον ἐστὶν Ἀπόλλωνος κρητικοῦ, καὶ πυρκοΐα. Non puto Heſychium adeo inſinuum & mentis expertem fuiſſe, ut cenſuerit Macedoniam hoc nomine appellandam, quare τῆς Μακεδονίας referibendum exiſtimo. *Ichnæa* enim accipienda eſt pro agro Ichnis circumjacenti, in Bottiæa regione Macedonica.

14 Καὶ Ἰχναία ἡ Θέμις.] Vide Caſaubonum ad verba Strabonis jam proxime allegata.

15 Τῆς ἀναβολικῆς.] Urbs erat Græca, a Macedonibus condita, cujus meminit Iſidorus Characenus in Stathmis Parthicis: Μετὰ δὲ Ἴχνας, πόλις Ἑλληνὶς, Μακεδόνων κτίσμα· κεῖται δὲ ἐπὶ βαλίκης παλαιᾶς, σταθμοὺς γ'. Vide præterea Plutarchum in Craſſo & Appian. Alexand. in Parthicis.

16 Ἰψίκυροι.] In voce Ἀρβαξανοὶ legitur Ἰψίκυροι, quam lectionem non præfero. Deinde hanc lectionem librarii peſſimo errore Εὔβιοι pro Εὐβοῖοι exaraverant, uti manifeſte in iſthac voce liquet.

17 Λίγυες τὸ ἡμῖν.] Emendat Salmaſius ad marginem ſui Stephani: Λίγυες τὸ ἰθνικὸν, quia ſupra Εὔβιοι deſcribuntur ἰθνικὸν Λιγυστικόν.

18 Βαθύλεώ τε.] Peſſime in editis hic Homeri verſus concipitur, ut & apud ipſum poëtam. Sed docuit Cl Voſſius ad Scyllacem, quemadmodum ſit emendandus.

19 Ἀμυρικὸν πεδίον.] Male in vulgatis Ἀμυρικὸν πεδίον.

20 Τὸ ἐθνικὸν, Ἰώλκιος.] Callimachus Hymn. in Dianam:

Hæc

Ἴ Ω Α Ο Ν, ὄρ(ος) Περραιβίας. οἱ εἰκῆν- A πος, Ἰωλεῖς. Ὅμηρ(ος),

[21] Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, Μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί.

Ἴ Ω Ν Η, ἔτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀντιόχεια, ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, [22] ὑπὸ Ἀργείων. [23] τὸ ἐθνικὸν, Ἰωνίτης, ἢ Ἰωναῖ(ος), ὡς Κλεωναῖ(ος).

[24] Κλεωναίῳ Χάρωνος, τοῦ χαροπὸς λέοντος.

Ἴ Ω Ν Ι Α [25], ἡ Ἀττικὴ πρότερον, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως. ἔτω μέν οἱ Ἀθηναῖοι· ἐν μέν τοῖς Δωριεῦσιν, Αἰτωλοί. [26] ἐν δὲ Αἰολεῦσι, Βοιωτοί·

IOLUM, mons Perrhabiæ, cujus incolæ Ioli. Homerus:

Hunc sequebantur Enienes, & Menæptelemi, & Perrhabi.

IONE, sic appellabatur Antiochia juxta B Daphnem, quam Argivi condidere. Gentile, Ionita, sive Ionæus, uti Cleonæus:

Cleonæi Charonis, terribilis leonis.

IONIA, sic Attica prius dicebatur ab Ione Apollinis filio, quem suscepit ex Creüsa Erechthei filia. Sic quidem appellabantur Athenienses: inter Dores vero, Ætoli: inter Æoles, C Bœotii.

---- Πατρὸς πόθῳ Ἰάλκιον ἵδρυμ' ἀίδλου.

Et femininum Ἰαλκὶς inveniturapud Euripidem in Medea:

Ἐπὶ μητέρων δίῳ' Ἰαλκίδων χθονός.

Et quod deinde sequitur Ἰαλκὶς exstat casu accusandi apud Apollonii Rhodii Schol. ad lib. III: Διαιρεῖται δὲ αὐτὰς μάλιστα παρὰ τοῖς (loquitur de Thessaliæ divisione) Πελασγιώταις, Θησσαλιώταις, Ἰαλκιώταις, Φθιώταις. Verum illam partem, quam hic Iolcitin nominat, alii Ἰαωλκὸν sive Ἰωλκὸν vocant, quæ nomina apud Geographos multo sunt notiora, quam illud, quod est apud Apollonii Scholiastam.

[21] Τοῦ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο &c.] Libri MSS. & editiones ante Xylandrianam in lucem emisit: Τοῦ δ' Αἰνιᾶνες ἕποντο. Sed apud Strabonem, hunc Homeri versiculum citantem, etiam Ἐνιῆνες legitur: antiqua tamen exemplaria promiscuam scripturam agnoscunt, in quibus prima modo per diphthongum, & modo per secundam vocalem exaratur, teste Eustathio ad navium catalogum, unde hic versus est depromptus. Verum observatione non minus quam admiratione dignissimum censeo, ab Epitomatore verba allegari, nihil omnino ad rem & locum facientia: agit enim hic de *Iolo* monte & ejus incolis, de quibus nulla apud Homerum, & alios hunc versum citantem, memoria reperitur. Salmasius tamen, ut sensum commodum Epitomatori affingat, legendum hoc loco opinatur:

Τοῦ δ' αὖ Ἰωλεῖς ἕποντο Μενεπτολεμοί τε Περαιβοί.

Quid ergo judicabimus in Strabone etiam sic emendandum, qui fuit ætate, hunc versum aliter citavit? Mihi profecto hic hæret aqua, præsertim cum video, alios auctores hunc montem & ejus incolas nequaquam celebrare. Peritiores hac de re judicent: malo enim in re dubia judicium suspendere, quam talia proferre, nullam huic rei lucem adferentia.

[22] Ἡ ὑπὸ Ἀργείων.] Illustris Scaliger ad Eusebium, lubenter scire desiderat, si quis eum hoc docere velit, quo tempore Argivi Antiochiam condiderint? Strabo non docuit lib. XVI illud contigisse ætate Seleuci Nicatoris, qui præter cæteros etiam huc traduxit eos, qui de genere erant Triptolemi. Hunc tradunt ad inquirendam Io ab Argivis missum, cum illa apud Tyrum primo conspectui esset subtracta, per Ciliciam errasse: & Argivos quosdam, qui cum eo erant, dilectione facta, ibi Tarsum condidisse. Cæteros vero sequutos in reliquam terram, pervestigatione desperata, ad Orontem flumen cum eo remansisse, ibi urbem Ionen sive Iopolin condidisse, atque ab Io denominasse. Cedrenus Inachum urbem ædificasse perhibet in Histor. compendio: Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Πίλου, τοῦ Δωρὸς καὶ Δυκάονος τοῦ Φολόης τοῦ Ἴασον τὸν γαμον τῶν Ἀργείων Ἴναχος διεχρημάτ(ισε)· ὃς καὶ ἐν αὐτῷ βασιλεύσας, κτίζει πόλιν Ἴον, ἣ Ἰάωλκον ὀνόμασεν αὐτὴν, ἢ ἄλλως τὴν Ἰάωλκον. Verum in eo nostrum errare existimo, quod Antiochiam sic dictam censeat: fuit quidem Ione, sive Iopolis Antiochiæ vicina ad montem Silpium atque Orontem fluvium, sed ipsius Antiochiæ pars, quæ quatuor urbibus constabat, nequaquam fuit. Eustathius, in geographia non parum versatus, Iopolin etiam ab Antiochia diversam fuisse: nam cum originem Antiochiæ, in commentariis ad Dionys. multis enarrasset, & inter ejus nomina *Theopolin* enumerasset, addit: Καὶ ἔστι παρὰ τὸ Σίλπιον (male ibi Σίλλιον legitur) ὄρος κείμενον, ἔνθα ὁ πάνυ(σ)τος Ἰὼ ὁ Ἰάωλκος, λέγει ὁ Ἴδιος πολυτεχνότατος εἶναι. Sic quoque refert Suidas, Ἰὼς parentem & fratres in ejus honorem templum condidisse, & locum Ἰάωλκον vocasse, ita enim ille: Ἡ δὲ Ἰὼ λυπηθεῖσα ἐπὶ τῇ διαφθορᾷ, ἔφυγεν εἰς τὸ Σίλπιον ὄρος· ἐμισεῖ γὰρ αὐτὴν ὁ δὲ πατὴρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ τῶν μνηστήρων, κλέψαντα αὐτὴν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἀπολέσαντα τὸ τίμιον Ἰάωλκον. Hac de causa igitur, quod Ione, sive Iopolis Antiochiæ admodum vicina fuerit, noster existimavit, Ionem ab Antiochia non esse diversam, quæ sane opinio jam allegatis testimoniis plane est adversa.

[23] Τὸ ἐθνικὸν, Ἰωνίτης.] Utitur hoc gentili Cedrenus, unde liquet, illud oppidi nomen Ἴωνα, ipsi non fuisse incognitum: Ἔστι παρὰ τὸ Σίλπιον ὄρος ἰλλὼ κῶμα τῶν λεγομένων Ἀργείων Ἰωνίτων, ὑφ' ὧν ἡ ἱδίζητο ὡς ἐρημόπολις. Etiam ipsi non ignota fuit Ἰάωλκος, quia video, ipsum inde formasse Ἰωαλίτας, ita enim ille circa loca jam allegata: Χθονὸς δὲ ταύτῃ πατὴρ, ἧς τῶν ἀστυγειτόνων πεδίων τῶν Ἰωαλίτων Ὄφιονεὺς κατ' ὄνειρον ἐλθὼν πλημμυρεῖν &c.

[24] Κλεωναίῳ Χάρωνος, τοῦ χαροπὸς λέοντος.] In omnibus editis & calamo exaratis sine tenui legebatur: Κλεωναῖ(ος) ὁ Χάρων(ος). Sed quemadmodum hic locus erat supplendus atque emendandus, me docuit Suidas, apud quem sic legimus: Κλεωναῖος, ὀνόματος πάτρα, ἔνθεν διάγεται ὁ λέων, ὃν ἀπέκτεινε ὁ Ἡρακλῆς.

Κλεωναίῳ Χάρωνος, τοῦ χαροπὸς λέοντος.

Κλεῶναι, ὄνομα πάτρα παρὰ τοῖς Νεμείοις. Nemo igitur ægre ferat, quod Stephano ex Suida reddiderim, quod injuria temporis, vel aliud quoddam fatum ei abstulerat.

[25] Ἰωνία, ἡ Ἀττικὴ πρότερον.] Non possum quin addam verba Strabonis lib. IX: Τοσαῦτα μὲν οὖν Ἴωνος ἔσχε τοῦ χώρου τούτου, εἶτα ἐκ τοῦ Ἀττικοῦ, ἔστι τῶν Μεγαρέων ἐκλιπόντων. Mox apud eundem sequitur: Ἡ γοῦν Ἀττικὴ τὸ παλαιὸν Ἰωνία ἐκ τούτου, Καὶ ὁ ποιητὴς ἔστιν ὅτε φησί,

Ἐνθάδε Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες ----

τοὺς Ἀθηναίους λέγει. Plura hac de re vide apud Eustathium in Dionys. pag. 109. Verum præter alia quæ huc citari possent, locus in hunc egregius est apud Herodotum lib. VIII, quem in medium adducam, ut suppleatur, ita enim ille: Ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος ἐπικληρώσαντος Κεκροπίδης ἐκαλέοντο ἐπὶ ἐμεῦ. Ἀθηναῖοι Ἐρεχθεΐδαι μετωνομάσθησαν· Ἴωνος δὲ τοῦ ξούθου ἡγησαμένου Ἀθηναίοισι, καὶ ἐκείνους ἐκάλεον τοὺς Ἴωνας. Huic loco vox Ἐρεχθεΐδαι excideratque si abfit, sensum turbat, qui, addita illa voce, commodus est atque concinnus. Quin imo hunc Herodoti locum illhac voce augendum, liquet satis evidenter ex Stephano in Ἀθῆναι.

[26] Ἐν δὲ Αἰολεῦσι, Βοιωτοί.] Noster in Ἀσπληδών idem perhibet: Φασὶ τοὺς Αἰολεῖς ἀφίκεσθαι Βοιωτοὺς κατὰ

Βοιωτοί· ἐν ᾗ πᾶς Ἴωσιν, Ἀθηναῖοι. [57] ὁ Ἰώσιος, Ἴων, καὶ Ἰωνίς, καὶ Ἰάς, καὶ Ἰωνικὸς, [58] καὶ ἰωνικίζω ῥῆμα.

Ἰωνίδαι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἰωνίδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Ἰωνιδῶν, εἰς Ἰωνιδῶν, ἐν Ἰωνιδῶν.

Ἰωπίς, ὀξυτόνως, Λακωνικὴ χώρα· Ἡρωδιανὸς πεπείρᾳ.

Ἰωτάπατα [59], πόλις Συρίας· Ἰώσηπος τρίτῳ. καὶ Ἰωτάπατα, Ἰωταπάτης. τὸ ἐθνικὸν, Ἰωταπατηνός.

Beotii: inter Iones Athenienſes. Incola, Iōn, & Ionis, & Ias, & Ionicus, & verbum Ionicizo, quod Ionum more aliquid agere denotat.

IONIDÆ, populus Atticæ, tribus Ægeïdis, cujus popularis, Ionides. Localia ex, ad, & in Ionidis ſignificant.

IOPIS, cum accentu in ultima, Laconica regio, de qua Herodianus libro IV.

IOTAPATA, urbs Syriæ, de qua Joſephus libro III. Et genere fœm. Iotapate. Gentile, Iotapatenus.

[57] Ὁ εἰκὼν, Ἴων, καὶ Ἰωνὶς, καὶ Ἰάς.] Nobiliſſimus Heynſius in addendis ad Ovidium legendum exiſtimat: ὁ εἰκὼν, Ἴων, καὶ Ἰώνιος, καὶ Ἰὰς Sed nulla mihi hic locus emendatione indigere videtur. Ἰωνὶς enim ſæpius occurrit apud poëtas, & in Anthologia epigrammatum legiſſe memini Ἰὰς etiam frequentiori in uſu eſt, genere maſculino & fœm. Vide in Duridis epigrammate, quod eſt in Ἔφεσος. Scholiaſt. ad Nicandri Alexipharm. Κρίσπος Ἐμπεδίων, καὶ Ἀπόλλων Ἴων, ἀφ' ὧν Ἴωνες εἰ Ἀθηναῖοι, καὶ Ἰωνὶς πᾶσαι πόλις, ἐν δὲ Καλλίφων Ἰωνίσι, &c.

[58] Καὶ ἰωνικίζω ῥῆμα.] Volunt hoc verbum ſignificare, Ionum more aliquid agere. Verum a voce Ἰὰς deducitur ἰάζω, quod Ionice loqui denotat. Dicæarchus de vita Græciæ: Ἀθηναῖοι δὲ οἱ νῦν Ἀττικοὶ ἐγένοντο. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν τῇ γλώττῃ, τοῖς δὲ ἄλλοις Ἕλλησιν ἰάζουσι. Et mox ſequitur: ἰάζουσι δὲ οἱ μὲν Ἴωνες ἢ Ἀθηναῖοι φωνῇ.

[59] Ἰωταπάτη, πόλις Συρίας.] Joſephus lib. III de bello Jud. hujus urbis deſcriptionem, obſidionem & expugnationem exhibet. Appellatur ibi Ἰωταπάτη, & Ἰωταπάτη. Urbs erat Galilææ, quam etiam Syriæ, lite ſumpta, comprehendit.

K.

C.

Καβαλὶς, πόλις παλαιὸν Κιβύρας, ἀφ' ὑὸν Μαιάνδρου. Στεφάνων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. ἡ γυνὴ, Καβαλίδος. ὁ πολίτης, Καβαλεύς. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. καὶ Ἰλλυκῶς, ὡς Στεφάνων ἐν τῇ εἰρημένῃ. [1] ἀπόγονοι δ' Αὐδῶν οἱ Κιβυρήτην, τῶν καλουμένων [2] τὴν Καβαλίδα. ὁ δὲ Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος Καβάλιστας φησὶ, τὸ Ἰλλυκόν. [4] εἶναι δὲ τὸ ἔθνος αὐτῶν Ὀλβίας.

CABALIS, urbs prope Cibyram, ad auſtralem Mæandri partem, auctore Strabone libro XIII. In genitivo Cabalidis. Civis, Cabalenſis, apud Hecatæum in Aſia. Et genere fœminino apud Strabonem libro jam allegato: Cibyratæ a Lydis ſunt prognati, qui Cabalidem obtinuerunt. Alexander Polyhiſtor Cabaliſſam appellat, quod generis fœm. eſt. Perhibent hujus urbis incolas ex Olbia originem trahere.

KA-

[1] Στεφάνων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.] Hæc verba, quanquam neque in MSS, neque in vulgatis reperiantur, mea auctoritate non tam adjeci, quam Stephano reddidi: dubium enim non eſt, quin hinc exciderint vel Epitomatoris, vel librariorum negligentia, nam manifeſte hoc indicant ſequentia, ὡς Στεφάνων ἐν τῇ εἰρημένῃ. Bis enim hac ſectione Geographi auctoritatem allegat: & primo loco reſpicit hæc verba: Τὰ δὲ περὶ αὐτὸν ἔθνη ἐστὶ Κίλικες ἵππιοι ἐ μαχιμώτατοι, καὶ ἐ Σίδηται, καὶ ἐ Καβαλῆται, μεταξὺ τῆς Τραχείας ἐ τῆς Λυκίας. Quæ etiam noſtro partim ubi fuere. Plinio teſte, Cabalia fuit regiuncula Lyciæ, in qua erant tria oppida, ita enim ille lib. V cap. XXVIII: *Comprehendit in mediterraneis Cabaliam, cujus tres urbes, Oinoanda, Balbura, Bubon.*

[2] Ἀπόγονοι δὲ Αὐδῶν οἱ Κιβυρήται.] Inveniantur hæc apud Strabonem loco citato, ſed anceps eſt ſcriptura ultimæ vocis, quippe in vulgatis Geographi Κιβυρήτην (quemadmodum etiam Stephani codices repræſentabant) & Κιβυρήτης & Κιβυρήται invenitur. Nos, rejectis ſpuriis, quod jam edi curavimus, genuinum cenſemus. Apud Conſt. Porphyrogennetam lib. I de Them. Κιβυρραιῶται legitur.

[3] Τὴν Καβαλίδα.] Sic optime Stephanus ex Strabone, in quo tamen hodie peſſime exciſum eſt τὴν Καβαλίδα. Quod mirum eſt, Caſauboni diligentiam fugiſſe.

[4] Εἶναι δὲ τὸ ἔθνος αὐτῶν Ὀλβίας.] Nihil aliud his verbis ſignificat Stephanus, quam Cabalenſium originem Olbiæ, in Solymorum terra ſitæ, eſſe adſcribendam. Et hoc eſt, quod manifeſtis verbis narrat Strabo circa finem libri XIII: Σολύμους δ' εἶναι φασί τινας Κιλίκων, De hac Olbia videndus Stephanus in illa voce. Pro Cibalenſes Straboni eoſdem eſſe, quos Herodotus lib. III *Caſadios* appellat.

ΚΑΒΑΣΣΟΣ[1], πόλις ἐν Καππαδοκίᾳ, πατρὶς Ὀθρυονέως. Ὅμηρος,

---- Καβησσόθεν ἔνδον ἐοῦσα.

Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος, Καβασσὸν πόλιν εἶναί φησιν, ὑπερβαίνειν τὸ Θρᾴκιον Αἷμον. καὶ συμφωνεῖ ἡ τῶν γάμων ἐλπὶς τῶν Θρᾳκῶν ἀνελπιστία. Ἑλλάνικος δέ, τῆς Λυκίας πόλιν Καβασσόν. Ἀπίων δὲ ἀληθέστερον φησὶ, κώμην εἶναι Καππαδοκίας, μεταξὺ Ταρσοῦ καὶ Μαζάκων. Μάζακα γὰρ ἡ Καππαδοκία ἐκάλειτο Καισάρεια. ἐθνικῶς, δηλοῖ τὸ Ὁμηρικὸν, Καβησσόθεν. πολλὰ γὰρ πεποίηται, ὡς τὸ Καμιρόθεν, τὸ τοπικὸν ἐθνικῶς. δηλοῖ δὲ καὶ Καβάσιος, ἡ Καβασσίτης.

ΚΑΒΕΙΡΙΑ[8], πόλις τῆς κάτω Ἀσίας, ἧς τὴν γῆν Καβείριοι ᾤκησαν. εἰσὶ δὲ Καβείριοι ἔθνος Βοιωτίας, ὡς Παυσανίας ἱστόρησε. καὶ Κάβειρος, Καβειρία. ἀφ' οὗ τὸ Καβειράτιος, καὶ Καβειράκια, καὶ Καβείρισις, καὶ Καβείριον. τοῦτο τὸ ἐθνικὸν Καβειριος, ὡς τὸ Βυζάντιον Βυζάντιος· καὶ Καβείρις, τὸ θηλυκὸν, καὶ Καβείριας, καὶ νύμφαι Καβειρίδες, ἀπὸ Καβείρης τῆς Πρωτέως καὶ Ἀγχιόνης,

CABASSUS, urbs in Cappadocia, patria Othryonei. Homerus:

---- *Ex ipsa Cabasso, qui aderat.*

Hecataeus Milesius Cabassum urbem esse dicit, ultra Thracium Hæmum. Et nuptiarum spes Thracum incontinentiæ respondet. Hellanicus vero Lyciæ urbem Cabassum esse perhibet, verius autem tradit Apion, pagum esse Cappadociæ Tarsum inter & Mazaca. Mazaca enim appellabatur Cappadociæ Cæsarea. Loco gentilis sufficit illud Homericum, *ex Cabasso*. Plurima enim hoc modo formantur localia loco gentilium, ut etiam illud *ex Camiro*. Posset etiam inde fieri Cabassius & Cabassita.

CABIRIA, urbs inferioris Asiæ, cujus terram incolunt Cabiri. Sunt & Cabirii gens Bœotiæ, teste Pausania libro IX. Et Cabirus & Cabiria dicitur, unde fit Cabiræus & Cabiræa, & Cabirita, & Cabirium. Hujus gentile est Cabirius, uti a Byzantium Byzantius. Et Cabiris fœmininum est, ut & Cabirias. Et nymphæ Cabirides, quæ nomen habent a Cabira, filia Proteï & Anchionæ,

[1] Καβασσός.] Miror Holtmannum, contra aliarum editionum fidem, evulgasse Καβασσὰς, cum neque literarum series illam mutationem postulet.

[2] Καὶ συμφωνεῖ &c.] Videntur hæc mutila & detruncata Hecataei Milesii esse verba (quibus sane non probatur, Cabassum ultra Thracicum Hæmum esse sitam) quæ noster sine dubio integra habuit in opere suo, antequam ab Harmolao Grammatico in compendium esset redactum. Audemus tamen lectori affeverare, hæc verba respicere historiam de Othryoneo, quam pluribus describit Homerus Iliad. XIII, unde etiam illud hemistichium a nostro transcriptum est. Is enim belli Troiani fama & Priami pollicitationibus excitatus (promiserat enim filiam Cassandram, forma optimam, si Græcos Troia expellat) Cabalo venit. Verum spes ipsum frustra habuit: interficitur enim ab Idomeneo, Græcos non abigit, nec Priami filia potitur. Quæ omnia fusius narrat Homerus loco jam indicato.

[7] Μάζακα δὲ ἡ Καππαδοκία ἐκαλεῖτο Καισάρεια.] Vossius interponit voculam καὶ, & in eo legitur, ἐκαλεῖτο καὶ Καισάρεια, quod vitium a librario necessario ortum judico. Salmasius ad marginem sui Stephani ambigit, quid statuendum, primo enim vult a glossatore hæc verba esse abjecta, deinde censet legendum: Μάζακα δὲ ἡ Καππαδοκία ἐκαλεῖτο Καισάρεια. Verum in Plinianis Exercit. hoc loquendi genus suo calculo comprobat, & τὸ Καππαδοκία accipit pro gentili fœminino, quasi Καισάρεια Καππαδοκία idem esset, quod Καισάρεια ἡ Καππαδοκία, nonnulla hujus rei exempla adducens, uti Συλλογὴ Παφία, Ἀλήθεια Παφία, ad discrimen cæterarum Seleuciarum, Antiochiarum, & Cæsarearum eodem nomine gaudentium.

[8] Καβείρια, πόλις τῆς κάτω Ἀσίας.] Urbem hoc nomine in inferiori Asia geographi non agnoscunt, sed montem Phrygiæ, τὸ Καβείριον, numero multitudinis, de quo Strabo lib. XII: Πρὸς αὐτῇ δὲ τῇ μητροπόλει ἐστὶ Παπυζήνη, Καβείρια ὄρη τινὰ, καὶ ἱερὸν ἐν αὐτοῖς τῆς θεοῦ· ἐν δὲ τούτοις τὰ βασίλεια Μιθριδάτου κατεσκεύασεν, ἡ ἐκβολὴ τοῦ ζώματος &c. Et sic quoque Plutarchus in Lucullo. In hoc monte Cabiri dicuntur habitasse ante migrationem in Samum, qua de re Etymol. Magn. Auct. in illa voce, & Scholiastes Apollonii ad lib. I. Refert Strabo lib. jam citato, Pompeium Mithridatis arcem & regiam, quæ erat in Cabiris, in urbis formam adornasse, & *Diopolin* nominasse: Sed postquam operi aliquid addiderat eam *Augustam* nominari voluit. Hanc si intelligat noster, nihil ab ipso contra geographiam commissum censemus.

[9] Καβείριος.] Nomina ab hac voce deducta, Pausanias usurpavit, libro jam commentario præcedenti allegato: Δήμητρος γὰρ Καβείρου ἱερὸν ἐστὶ πλησίον.

[10] Καβείρισις.] Idem Pausanias eodem loco: Τελεσθῆναι δὲ, καὶ ἐστιν ἥδιστος Καβείροις τελεσθῆναι, ἐλπίσαντι, ἀφικέσθαι αὖθις εἰς τὸν Καβείριον.

[11] Καὶ Καβείριον.] Sic appellatur Cabirorum templum apud eundem in Græciæ Perlegesi loco jam laudato: Τρεῖς ναοὶ δὲ ἐνταῦθα τῶν Καβείρων τῶν ἐν ἀφανεῖ, θέαν οὐκ ἐπιτρέπουσι τοῖς ἐπιχωρίοις ἢ Ἑλλήνων ἄλλοις. Ex omnibus hisce manifestissime liquet, Stephanum Pausaniam non frustra citasse, cujus testimonio, quanquam hoc nihili fecerit Epitomator, omnia derivativa confirmat.

[12] Καὶ Καβείρις.] In hactenus vulgatis, meo quidem judicio, male legitur, ἡ Καβείρια, nam necessum est, hic utrumque fœmininum in ις & ια præcedere, quia in sequentibus de earundem derivatione differitur.

[13] Καὶ νύμφαι Καβειρίδες &c.] Hæc verba & quæ sequuntur, usque ad παρὰ τὸ Καβείριον, in libris Palatinis & Vossiano leguntur: Cum autem mirum in modum mythicam theologiam illustrent, non possum quin manibus istorum scribarum gratias agam, quorum diligentia illorum verborum copiam habemus. His si adjunxeris, quæ ad vocem Ἰμβρος ex Etymologici Magni auctore, atque ex Apollonii Rhodii scholiis, observavimus, multo luculentiori Cabirorum notitia fruemur, quam hactenus apud Mythicæ theologiæ doctores erat obvia.

[14] Ἀπὸ Καβείρης τῆς Πρωτέως.] In omnibus calamo exaratis constanter legebatur, ἀπὸ Καβείρου τοῦ Πρωτ. Sed auctoritate Strabonis Καβείρας reponendum judicavi, egregius enim lib. X locus invenitur, hanc ad Stephanum accessionem mirum in modum illustrans: Ἀναγέλαος δὲ ὁ Ἀργεῖος ἐκ Καβείρας τῆς Ἠρωικῆς Καμιρόθεν λέγεσθαι δὲ τρεῖς Καβείρας, ἀπὸ νύμφης Καβειρίδος· Φερεκύδης δὲ ἐξ Ἀνάκτορος τῆς Γυνέως Κουρήτιδος εἶναι τρεῖς αὐτὰς ὑπὸ τὸ Σαμοθρᾴκιον· εἶναι δὲ Καβείρας τῆς Πρωτέως τῆς Ἠρωικῆς, Καβείρους τρεῖς, καὶ νύμφας τρεῖς Καβειρίδας. Hinc evidenter liquet emendationem nostram jure admitti debere.

χίονος, ἀφ' ἧς ὁ Ἥφαιστος [11] Καδμίλος. Ἐκ δὲ τοῦ Κάβειρος τὸ Καβειρικός, καὶ ἡ Καβειρία καὶ Καβειρεύς. τὸ κτητικὸν Καβειρικός, [10] ἡ Καβειρική, καὶ [17] Καβειριάζειν ῥῆμα.

ΚΑΒΕΛΛΙΩΝ [18], πόλις Μασσαλίας. Ἀρτεμίδωρος ἐν πρώτῃ γεωγραφουμένων. τὸ ἐθνικόν, καὶ τὴν ὀπτικὴν τόπον, Καβελλιωνήσιος, ὡς Ταῤῥακωνήσιος· καὶ ἡ τὸ Ἑλλινικόν, Καβελλιωνίτης, ὡς Ταῤῥακωνίτης.

ΚΑΒΥΛΗ [19], πόλις Θρᾴκης, ἀπέχουσα τῶν Ἀστῶν χώρας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν Καβυλήνιος, ὡς Ἀρταχηνός.

ΚΑΔΜΕΙΑ [20], πόλις, ἡ Θηβῶν ἀκρόπολις· ἀφ' ἧς οἱ Θηβαῖοι [21] Καδμεῖοι, καὶ Καδμεῖονες, ἡ Καδμηΐς. [22] καὶ τὸ τεῖχος, Καδμεῖον.

ΚΑΔΟΙ, πόλις Μυσίας. [23] Στεφάνων ιβ'. καὶ Δορυλαΐον πόλις, ἡ Κάδοι. τὸ ἐθνικόν, Καδηνός.

ΚΑΔΟΥΣΙΟΙ, ἔθνος μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καὶ τοῦ Πόντου. [24] Στεφάνων ἑνδεκάτῃ.

ΚΑΔΡΕΜΑ, πόλις Λυκίας, ἄποικος Ὀλβίων. ἑρμηνεύεται ἡ σίτα [25] φρυγμὸς ἡ πόλις. τὸ ἐθνικόν, Καδρεμεύς.

Achionæ, ex qua & Vulcano Cadmilus. Cabirus deducitur a voce Cabirus; Cabirias autem a Cabirius. Poſſeſſivum eſt Cabiricus & Cabirica. Hinc quoque verbum Cabiriazare.

CABELLIO, urbs Maſſiliæ, cujus meminit Artemidorus libro I Geographicorum. Gentile, juxta vernaculam formam, Cabellioneſius, uti Tarrhaconeſius; verum juxta Græcam, Cabellionita, uti Tarrhaconita.

CABYLE, urbs Thraciæ, non longe ab Aſtarum regione, auctore Polybio libro XIII. Gentile, Cabylenus, uti Artacenus.

CADMEA, urbs & Thebarum arx, a qua Thebani Cadmeï, & Cadmeones, & Cadmii appellantur. Et munimentum, Cadmeum.

CADI, urbs Myſiæ, de qua Strabo libro XII. Et Dorylæum urbs & Cadi. Gentile, Cadenus.

CADUSII, populus inter mare Caſpium & Pontum, de quo Strabo libro XI.

CADREMA, urbs Lyciæ, Olbiorum colonia. Nomen urbis frumenti ſiccitatem denotat. Gentile, Cadremeſis.

CA-

[11] Καδμίλος.] Sic optime ſcribitur hæc vox ex recepto apud Scotias more: Scholiaſt. ad Lycophronem: Καδμίλος ὁ Ἑρμῆς Βοιωτοῖς. Pro quo communiter Κάδμιλος in uſu eſt. Varro: *Caſmilus nominatur in Samothraces myſteriis Deus quidam adminiſter Dis magnis.* Sic quoque cum appellat Mnaſeas apud Scholiaſt. ad lib. I Argonaut. Apoll. Rhodii; verum alii plerique Caſmilum, inter quos Plutarchus in Numa: Καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερεῖ τῶν Διὸς ἀρρήτων τοῦτον λέγουσι Κάσμιλον, ὃν ἔνιοι Ἑρμῆν φασι· ἔνιοι δὲ Κάσμιλόν φασι τὸν Ὀρέστου παῖδα γεγονέναι. Vide hac de voce plura apud Cl. Bochartum lib. I de Col. Phœn. cap. XII.

[16] Καὶ Καβείριος.] Poſſeſſivo illo utitur Clemens Alexand. in Protrepticо: Καβείριος δὲ τῆς Κορυβαντικῆς τελετῆς, ἣ πάλαι Καβειρικὴ προσηγόρευτο.

[17] Καβειριάζειν.] Hujus verbi uſum & ſignificationem hactenus non inveni: ſuſpicor tamen ſignificare vel ἀρτιάζειν τὰ τῶν Καβείρων μυστήρια, vel Cabirorum more aliquid agere. Himerius in Eclogis Declam. Λέγεται που ὁ Ὀλυμπιόδωρος, τὸν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης αἰδήμονα, ἐμμανίζοντα καὶ Καβείρων τὰ Σαμοθρᾴκης μυστήρια, ἰδόντα τὸν πάλαι ἐν φιλίαις.

[18] Καβέλλιον, πόλις Μασσαλίας.] Straboni lib. IV dicitur Καβέλλιον, ita enim ille: Παρῆμεν δὲ Ἀβέννιον εἰς Καβέλλιον πόλιν. Erat ſita haud longe ab Avenione, Gallis hodie dicitur *Cavaillon du Comtat.* Hæc urbs nequaquam confundenda eſt cum *Cabillono* Cæſaris, quod oppidum Gallis hodie dicitur *Chalon ſur Saone*, & in Lugdunenſi Galliæ ſitum eſt. Illud Græci Καβύλλινον appellant. Strabo libro jam citato: Μεθ' ὃν δὲ ἐστὶ Δάνουβος ἐκ τῶν Ἄλπεων ἀνιὼν τὸ πρὸς Ἑῴαν ἔθνη· πόλεις ἴσην Καβύλλινον ἐπὶ τῇ Ἄρουρᾳ. Idem oppidum ſic quoque appellat Marcian. Heracleota in Periplo Galliæ Lugdunenſis, cujus locum, quia miſerrime corruptus circumfertur, hue tranſcribam, ut curetur, ita enim ille: Τὸ δὲ τοῦ Λουγδουνησίου μῆκος ἀπὸ τῶν Ἐκβολῶν τοῦ Ἀρελάτου ἐπὶ τὸν ὠκεανικὸν πλοῦν, καθ' ὃν σταθμὸν τῆς Βιλγικῆς καὶ τῆς Σηκουανῶν παροικίας, ὡς εἶναι τὸ μῆκος ἡλίων γτοε'. τὸ δὲ πλάτος τοῦ Λουγδουνησίου ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ μεσογείου πόλεως Καβύλλου πόλεως, ἐκβαλὸν δὲ εἰς Σεκοσιανῶν παροικίαν εὐθεῖαν. Male vulgati libri hæc legunt Γαβάλλα pro Γαβύλλου. Verum multo pejus vitium eſt quod ſequitur Σεκοσιανῶν παροικίαν, qui fluvius nuſquam terrarum eſt cognitus. Emendandum ſine dubio Σηκουανῶν παροικίαν, ut ex Ptolemæo & aliis probari poſſet.

[19] Καβύλη, πόλις Θρᾴκης.] Hæc eadem urbs eſt quam in ſequentibus *Calybam* noſter nominat, & ab hac diverſam ſtatuit, quemadmodum ad illum locum docebimus.

[20] Καδμεία, πόλις, ἡ Θηβῶν ἀκρόπολις.] Copioſiorem, quæ ab omnibus libris aberat, non ſine ratione adjiciendam putavi. Nomen habet urbs & arx a Cadmo. Pauſanias lib. IX: Καλοῦσι δὲ τὴν πόλιν τὴν κυκλοτερῆ ἐπὶ ἐμοῦ Καδμείαν ἄνωθεν· Αἰσχύλος δὲ ἔστι που ἐν τῇ πόλει, ὅτου τὴν Καδμείαν ἀκρόπολιν εἰπεῖν ἐποίησε τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Arcis deſcriptionem vide apud Arrianum de Expedit. Alex. Magn. lib. I.

[21] Καδμεῖοι.] Sæpius occurrit hæc vox apud Herodot. lib. I: Μοῦνοι δὲ Ὀρχομένιοι ἀπεμνησίκακησαν, ἡ Καδμεῖοι ἡ Δρύοπες. Et apud Heſychium Καδμεῖοι ſunt οἱ Θηβαῖοι ἀπὸ Κάδμου.

[22] Καὶ τὸ τεῖχος, Καδμεῖον.] Peſſime in omnibus MSS & vulgatis: καὶ τὸ πῖλος, Καδμεῖα. Hunc errorem videns Salmaſius, ad marginem tui Stephani emendavit.

[23] Στεφάνων ιβ'.] Integer locus apud Straboneм ſic legitur: Τοῖς δὲ Ἑπταπόλεσι Φρυγίαις Ἀζανοὶ τὸ εἶτα, ἡ Νακόλεια, ἡ Κοτυάειον, ἡ Μιδάειον, ἡ Δορυλάειον πόλις, ἣ Καδηνοὶ δὲ Κάδου ἔνιοι τὸ Μυσίας φασίν. Gentile hujus urbis eſt Καδηνός, ſed Holſtenius in annotationibus ad Ortelium Magni Ducis nummum adducit, cum inſcriptione ΚΑΔΟΗΝΩΝ, unde in Stephano corrigendum conſtat ΚΑΔΟΗΝΟΣ. Similem nummum profert Triſtanus, ſed unica litera male mutata ΚΑΛΟΗΝΩΝ.

[24] Στεφάνων ἑνδεκάτῃ.] Hæc ſunt Strabonis verba: Τῇ δὲ τῶν πόλεων τῶν ὑπὲρ τοῦ Ἰρκανίου πελάγους Καδούσιοι. Horum etiam meminit Dionyſ. Periegeta, ad cujus verba Euſtathius ex Strabone ita commentatur: Καὶ δὲ οἱ Καδούσιοι, ἐφ' ὧν τὸ Δυνόπειον, ὃν ἔφαμεν ἐφ' ἡμῶν ἐπὶ τοῦ Εὐξείνου πελάγους, ἡ ἀκρωτήριόν ἐστι, ὃ ἡ Γεωγράφος φησὶ, ἡ εἶναι ὡς πλησιόχωρα παρὰ τοῖς Σινωπεῦσι. Hæc verba ideo in medium adduco, quia in Straboне non invenitur hodie illud ἔνιοι πεφασμένοι, quo ſectatur Strabo eſt ſupplendus.

[25] Φρυγμὸς πόλις.] Peſſime errore in omnibus vulgatis ex-

quod

ΚΑΘΑΙΑ [16], πόλις Ἰνδική. πρεσβύτατον δὲ τῶν καλῶν ἅπαντες ἀσκοῦσιν, ὡς τὸν βασιλέα τὸν κάλλιστον αἱρεῖσθαι. [17] ὁ πολίτης, Καθαῖος.

CATHÆA, urbs Indica. Tantopere ibi forma præstantes venerantur, ut regem pulcherrimum eligant. Civis, Cathæus.

ΚΑΪΚΙΝΟΝ [18], χωρίον Ἰταλικόν· φίλις δ' ἐν δευτέρῳ Σικελικῶν.

CÆCINUM, oppidum Italicum, de quo Philistus libro II rerum Sicularum.

ΚΑΙΝΙΝΗ [19], πόλις Σαβίνων, ἣν ἔκτισε Ῥωμύλος ἀλέτης. [20] τὸ ἐθνικὸν, Καινίτης.

CÆNINA, urbs Sabinorum, quam cepit Romulus. Gentile, Cænitæ.

ΚΑΙΝΟΙ [21], ἔθνος Θρᾴκιον· Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν πρώτῳ.

CÆNI, populus Thraciæ, de quo Apollodorus libro IV Chronicorum.

ΚΑΙΡΗ, πόλις Τυρρηνίας. τὸ ἐθνικὸν, Καιρηταῖος. ὕρη ἐν τῷ περὶ Ἀγύλλης.

CÆRE, urbs Tyrrheniæ. Gentile, Cæretanus. Dictum est de hac urbe in Agylla.

ΚΑΙΝΥΣ [22], νῆσος πλησίον Πελωριάδος, ἣν καλοῦσι Σικελίας ἄκραν, πρὸς δύσιν κεῖται. ἔστι δὲ [23] πόλις Γαλλίας Καινύσιον.

CÆNYS, insula prope Peloriadem Siciliæ promontorium, vergens ad occasum. Est quoque Cænysium Italiæ oppidum.

ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ, μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας, [24] ἡ πρὶν Εὐσέβεια, ἡ Μάζακα, ὡς Στρα-

CÆSAREA, metropolis Cappadociæ, prius Eusebia, & Mazaca dicta, ut Stra-

cessum legitur φυγῆς, sed meliorem vocem ex MSS revocavimus.

[16] Καθαία, πόλις Ἰνδική.] Non sine justa causa vulgatam lectionem, Καθαῖοι, πόλις Ἰνδική, repudiavimus. Etsi meo exemplarium codicum auctoritas suadebat Καθαῖοι, quod genuinum hujus urbis nomen ex judico, in quam sententiam quoque paullo peritiores pedibus ibunt. Quæ porro apud nostrum sequuntur, petita sunt ex Onesicrito apud Strab. lib. XV, ubi integer locus sic legitur: Ἐν δὲ τῇ Καθαίᾳ κατοικοῦσι ἰσχυρῶς τι οἱ βασιλεῖς, ὥστε πρῶτον ἀξιοφορήτους, ὡς ἔνιοι δ' καὶ θεοὺς· βασιλεῖ γὰρ ἅπαντα αἱρεῖσθαι φασὶ Ὀνησίκριτος. In quo loco olim etiam Καθαῖοι a Strabone scriptum fuisse, satis manifeste indicat Stephanus, & elementorum, quam sequitur, series. Vix dubito, quin noster loquatur, si quid mei ex similitudine elementorum conjicere licuerit, de regione, quæ hodie in mappis Europæ incolis nomine CATAIA vel CATAY cognitissima est, quæ Asiæ regio est, maxime versus orientem, & terram Sinis extensa, inter Tartariam veram ad boream, Sinas ad ausirum, & Turchestaniam ad occasum. De qua videndus doctissimus Jacobus Golius ad Atlantem Sinicum.

[17] Ὁ πολίτης, Καθαῖος.] Improbo, quod Salmasius aliorum fuit, libri Καθαναῖος emendare conetur, nam ab Ἀσσύριος fit Ἀσσύριος, a Βυρσία Βυρσῖος, non autem Ἀσσυρίος & Βυρσιαῖος & similia. Gentile Καθαῖος invenitur apud Arrianum de Exp. Alex. Magn. lib. V: Καὶ αὐτοὶ οἱ Καθαῖοι ἐπιμαχώτατοί τε ἦσαν καὶ τὰ πολέμια κρείσσονες ἐφαίνοντο. Ita quoque Polyænus lib. IV: Ἀλέξανδρος Καθαίους, μεῖζον ἔθνος Ἰνδῶν, ἐξ ἐπιπλοίας ἀδοκήτου ἐδάϊσε λεηλατῶν. Ubi optime Casaubonus vocem Καλλαίους emendabat. Strabo, loco jam supra allegato, gentile nomen facit Καθαῖος, quod atque ritatum censeo, ac primitivum Καθαία, ita enim ille: Ἴδιον δὲ τῶν Καθαίων, ἃ νῦν ἱστορεῖται, τὸ αἰρεῖσθαι τοὺς καλλίστους βασιλέας. Sine dubio, & quam minima mutatione legendum Καθαιάων, nam a Καθαία, Græca consuetudine posse formari Καθαιάς, non opus est, ut multis documentis probem: nam ab Ἰσσαία, oppidum in Euboea, deducitur Ἰσσαῖος & Ἰσσαιάς, sic quoque a Καθαία commodissime Καθαῖος & Καθαιάς. Obiter porro lector eruditus & veteris geographiæ amans est advertendus, gentile nomen apud plures auctores pessime contaminatum occurrere. Apud Diodorum Siculum lib. XVII cap. XCV Καθαιοῖ occurrunt, ubi non dubito, quin Καθαιοῖς substituendum sit. Eadem opera etiam Ptolemæum emendabimus, ubi lib. VII cap. I sic legitur: Τὰ δὲ ὑπὸ μέσην τὴν ἐπίπεδον Παλίνδην, Ἀγχισάδαι· καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς οἱ Καλλιγοι. Mirum in modum hoc hallucinantur interpretes; nam, nullam huic loco medicinam facientes, versum *Charrei*: substituunt alii *ut Chatari*, & *Chatsi*: sed pessime omnium in decima Asiæ tabula *Chatrei* invenitur. Mendum illud dilueremus, si legerimus, ὑπὲρ αὐτοὺς οἱ Καθαῖοι, &c. Atque ita Ptolemæus ab Arriano & Stephano non dissentiet.

[18] Καίκινον, χωρίον Ἰταλικόν.] Putat Cluverius hoc esse oppidum, quod Antonino in Itinerario *Cecina* appellatur. Hodie nominari tradit *Stilo*, vel *Stilo*. Eum vide lib. IV Italiæ antiq. cap. XV.

[19] Καινίνη, πόλις Σαβίνων.] Libri MSS. Καινίνη, πόλις Σαβίνων, ut & editiones Aldina Florentinaque, quam lectionem suo calculo comprobat Salmasius ad marginem sui libri: sed nullam de illa mentionem facit in notis ad Florum, ubi gentile emendandum judicat. Nomen habet hæc urbs a *Canite* conditore, teste Festo: *Canina urbs, quæ fuit vicina Romæ, a Canite conditore appellata.* Vide porro Cluverium lib. II Ital. antiq. cap. IX.

[20] Τὸ ἐθνικὸν, Καινίτης.] Idem oppidanorum nomen sæpius occurrit apud Dionys. Halicarnassæum, quod Cluverius non ab oppidi vocabulo formatum censet, sed ab auctoris nomine. Salmasius vero in suis ad Florum notis reponendum judicat Καινινίτης, quæ emendatio etiam prorsus repudianda non est, nam oppidani Plutarcho in Marcello dicuntur Καινινῖται. Adeo ut dubitem, quid hoc loco sit præferendum, cum utraque opinio se commode satis tueri possit. Latino ore oppidani vocantur CÆNINENSES. Flor. lib. I cap. II: *Caninensium captum ac direptum est oppidum.*

[21] Καινοί, ἔθνος Θρᾴκιον.] Cænorum meminit Strabo atque eorum regis lib. XIII: Ἐχρήσαντο δὲ καὶ Διόδωρος τῷ ἐκείνου βασιλεῖ φιλίαν πρὸς τὸν Θρᾴκιον. Bene monuit Palmerius pro τῷ ἐκείνου legendum τῷ Καινέως. Illorum regio appellatur Καινικὴ, & in littore Ponti Bithynicæ oppidum est. Ptolemæus: Καινικὴ χερρόνησος ἀπὸ τῆς Καινέως. Plinius lib. IV cap. XI: *Regio Cænica, colonia Flaviopolis, ubi antea Zela oppidum vocabatur.* Cæni Atlas vicinos habebant, uti liquet ex Livio lib. XXXVIII cap. XL, qui ibidem *Atlii* appellantur. *Canopheyrium*, ubi Divus Aurelianus, teste Vopisco, malitia notarii fuit, & manu Mucaporis interemptus est, hic locum habere nequit, nam inter Byzantium & Heracliam Cænica & Attica, vicinæ regiones, non erant sitæ, sed ad Pontum e regione Bithyniæ, & quidem ultra Byzantium.

[22] Καινύς, νῆσος πλησίον Πελωριάδος.] Cum Cluverio statuendum censeo, aut ipsum Stephanum obscurantem ex Strabone hanc sectionem formasse, aut transcriptorem ejus imperitum & male curiosum vocabulum ἄκρα in νῆσος permutasse. Cænys enim Italiæ promontorium est, e regione Pelori, non insula, quod Itali vulgo vocant *Coda del la volpe*. Vide Cluv. lib. IV Ital. antiq. Locus, quem noster respicit, est apud Strab. lib. VI: Πλησίον γάρ ἐστι τῆς Καινύος, ἀπέχουσι δ' Μεσσήνης σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίους, ἡ πελαγία πλοῦς ἐστὶ τοῦ μεταξὺ αὐτῆς τόπου τε καὶ Σικελίας ἄκρου τοῦ Πελωριάδος.

[23] Πόλις Γαλλίας Καινύσιον.] Idem est oppidum, quod in sequentibus nostro dicitur Καινινον, de quo, ubi ad illum locum pervenerim.

[24] Ἡ πρὶν Εὐσέβεια ἡ Μάζακα.] Locus Strabonis, quem noster

Πελοπόννησος. [17] ἔστι δὲ Παλαιστίνης. [18] ἡ τρίτη, πρὸς τῇ Πανεάδι. [19] τὸ ἐθνικὸν, Καισαρεύς. οἱ δὲ ἄλλην τινὰ τοῦτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύουσιν.

ΚΑΛΑΒΡΙΑ, χώρα [18] πλησίον Ἰταλίας. ὁ οἰκήτωρ, Καλαβρεύς· καὶ Καλάβρα θηλυκῶν, καὶ Καλαβρίς.

ΚΑΛΑΘΗ, πόλις [19] ἐπὶ πέρατι τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἔφορος δὲ Καλάθυσαν αὐτὴν φησιν. ἔστι δὲ καὶ Πόντου Καλάθυσα. ὁ πολίτης καὶ Καλάθης, Καλαθίνος, ὡς Ἀγαθῖνος· τῆς δὲ Καλαθύσης Καλαθύσιος, ὡς Νύσιος.

ΚΑΛΑΜΑΙ, πόλις Πελοποννήσου· Παυσανίας δ'.

ΚΑΛΑΜΕΝΘΗ, ἥ τις καὶ Καλαμίνθη, πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος Εὐρωπῇ. πρόκειται δὲ [20] ὡς Ἡρόδοτος, Μάζης δέ, πόλις Φοινίκων.

ΚΑΛΑΡΝΑ [21], πόλις Μακεδονίας, ὡς

Strabo perhibet. Est quoque Palæstinæ Cæsarea, & tertia ad Panceadem. Gentile, Cæsariensis. Sunt & aliæ civitates hoc nomine insignitæ.

CALABRIA, regio Italiæ vicina. Incola, Calaber, & Calabra fœmininum, ut & Calabris.

CALATHA, oppidum non procul ab Herculis columnis, auctore Hecatæo in Europa. Verum Ephorus illud Calathusam appellat. Est quoque Ponti Calathusa. Calathæ oppidanus dicitur Calathinus, uti Agathinus, sed a Calathusa deducitur Calathusius, uti Nysius.

CALAMÆ, urbs Peloponnesi, de qua Pausanias lib. IV.

CALAMENTHE, quæ & Calaminthe, urbs Libyæ. Hecatæus in Periegesi. Melius apud Herodotum per I scribitur, & pro urbe Phœnica habetur.

CALARNA, urbs Macedoniæ, de qua

noster ex Geographo in testimonium adducit, extat lib. XII: Ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ πολλαχοῦ τὸ Μάζακα ἡ μαρτυροῦσιν αἱ ἴσιαι· κρατίστη δ' Εὐσέβεια ἡ ὑπὸ τῷ Ἀργαίῳ ὄρει πόλιν οἰκοῦσα, ἣν ἐπιλέγουσι χρῖσι τὸν ἀμφότερον τρόπον. Sed hoc obiter admonendum, in omnibus Stephani libris, tam editis quam calamo exaratis, pro Μάζακα inveniri Μάζα, quod olim Salmasius in Plinianis Exercit. emendavit, & nos jam auctoritate Strabonis in contextum recipimus. Quanquam, ut verum fatear, rationes non desint, quibus τὸ Μάζα defendi posset. Nam Μάζα fuit antiquissimum urbis nomen, quod accepit a *Mosoch* Cappadocum principe, unde tractu temporis Μάζακα formatum est. Testatur hoc Philostorgius lib. IX fect. XII: Οὗ τὸ Μάζα πρὶν αὖθις ἐπωνυμίαν ἐκτήσατο ἡ Καισάρεια διὰ Μαζίκ. Ὃ Καππαδοκῶν Ἕλληνες τὸ ὄνομα· τῷ χρόνῳ δὲ παρενεχθὲν ἰδίᾳ Μάζακα ἐπονομάσθη. Sic etiam Sozom. observante Gothofredo lib. V cap. IV: Μάζα πολὺ τὸ ἀρχαῖον ἐπικεχρυμμένη. Et Josephus quoque lib. I cap. VII principem gentis Μαζίκ vocat, unde Philostorgius procul dubio illud habet. Sed rectius videtur Μασίκ, vel Μασίκ, quemadmodum a Const. Porphyrogenneto appellatur lib. I Them. Καππαδοκία μητρόπολις, ἣ διὰ τῆς μεσαίας Καισαρεῖα· Ἕλλης δὲ ἐπονομαζομένης πεδιάδος Ἰκονίου Μάζακα διὰ Μασίκ τὸ Τ Καππαδόκων ἐπιχωρίου.

[17] Ἔστι δὲ Παλαιστίνης.] Antea *Stratonis turris* dicebatur teste Plinio lib. V cap. XIII: *Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita: nunc colonia prima Flavia, a Vespasiano imperatore deducta.* Quam magnifice Herodes urbem portubus & templis, decem annorum spatio, exornaverit, & in honorem Cæsaris *Cæsaream* appellaverit, multis persequitur Josephus lib. XV Antiq. cap. 9. Benjaminus in Itinerario perhibet, hanc urbem *Palæstinarum Gad* fuisse.

[18] Καὶ χώρα, πρὸς τῇ Παιονίᾳ.] Hæc illa est Cæsarea, cui a Philippo Tetrarcha magni Herodis filio, nomen est inditum, auctore Josepho lib. XVIII cap. III Antiq. Jud. Φίλιππος δὲ τὴν Πανειάδα τὴν πρὸς τοῖς πηγαῖς τοῦ Ἰορδάνου καὶ χωρίδιόν τι περιοικοῦν ἀναδείξας Καισάρειαν. Hæc Cæsarea Philippi in præclaro Marci Aurelii nummo Mediceo, teste Illustri Spanhemio, appellatur ΚΑΙC. CEB. ΙΕΡ. ΚΑΙ ΑCΥ. ΤΗ. ΠΑΝΕΙΩ. *Cæsarea Augusta Sacra & Invicta Libera sub Panio.* ad discrimen alterius Cæsareæ Cappadociæ sub Argæo, aut alterius vicinioris in Palæstina. Ammian. Marcell. lib. XX: *Itineribusque lentis progressi, apud Cæsaream Cappadociæ etiam tum degentem invenere Constantium, Mauricenum sortilegæ nuncupatum, opportunam urbem & celebrem, sub Argæi montis pedibus sitam.*

[95] Ἢ Λοκρῶν, τῶν ἐκ Κυνὸς, καλὰ πρὸς ἄκρᾳ τῇ Λέσβῳ.] Hæc corrupta & mutila in vulgatis libris ad hunc modum circumferuntur: Ἢ Λοκρῶν, καλὰ πρὸς ἄκρᾳ τῇ Λέσβῳ. Sed libri Palatini, nunc Vaticani, optime suppeditabant, quod jam divulgavimus. Quin imo, sic debere integrari & emendari illum locum, luculentus Strabo testis, ex cujus lib. XIII hæc deprompta sunt: Κεῖνται δὲ πρὸς τοῦτο Λοκρῶν τῶν ἐκ Κυνὸς, καλοῦσι δὲ καὶ ἄκρον τὸ Λεσβιακὸν τοῦτο πέλας, κτίσμα ὂν τῆς Κυνωίας. Ergo Canæ sunt oppidulum Æolicum, quod Locri ex Cyno profecti in Æolide condidere. Livius lib. XXXVII: *Seleucum in Æolide subpervenisse cum exercitu ad maritimas civitates audiit. Ea relinquebat a Pergamo Eumenes, hinc a Thoante Ephesiique, hinc a Smyrnæis sollicitabantur. Classis Romana, ferme ante diem quintum Canas hiberna habebat.*

ἐστι καὶ ὄρος Κάνη, καὶ πόλις, καὶ λίμνη. ἔστι καὶ πόλις τῆς Τρωάδος. εἰσὶ καὶ Κάνναι διὰ δύο ν, πλησίον Καρχηδόνος. [97] τὸ ἐθνικὸν Κανναῖος, καὶ Καννάεα. ἔστι καὶ πόλις [98] Κάνναι τῇ Τίγρητι παραμεῖ. [99] Στραβὼν ιγ'. [100] Κανναῖος Ζεύς, ἀ μόνον ἀπὸ τοῦ Καναίου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς Κάνης.

ΚΑΝΑΣΤΡΟΝ, ἄκρον Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Κανασ[τ]ραῖος. Σοφοκλῆς ὁ ὑπομνηματίζων τὰ Ἀργοναυτικὰ, [101] Κανασ[τ]ραῖον φησὶν ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης. ἀλλ' ἐναλλάττει τὰ ἐθνικὰ, ἡμεῖς καὶ τὸν ὁπλίτην ἀκολουθήσομεν τῷ ἀπὸ πλησίον τῷ [1] Λέχαιον, καὶ Λέχαιος. καὶ Λύκειον τὸ γυμνάσιον, καὶ Λύκιος Ἀπόλλων. καὶ Νυμφαῖον, καὶ Νυμφαῖος.

ΚΑΝΔΑΣΑ, [2] ὡς Μύλασα, Πήγασα, φρούριον Καρίας· Πολύβιος ἐκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Κανδασεὺς, καὶ Κανδασίς.

ΚΑΝΔΑΡΑ, πόλις Παφλαγονίας, [3] ὡς σχοινίων τριῶν ἀπὸ Γαγγρῶν, καὶ Θαρίβης κώμης. οἱ οἰκήτορες, [4] Κανδαρηνοὶ καὶ Ἥρας Κανδαρηνῆς ἱερόν.

ΚΑΝΔΥΒΑ, δ δετέρως, [5] πόλις Λυκίας, ἀπὸ Κανδύβης παιδὸς Δευκαλίωνος. τὸ ἐθνικὸν, Κανδυβεύς.

ΚΑΝΘΗΛΙΑ, πόλις περὶ Καρχηδόνα. ἑκατῷ Ἀσίᾳ· Ἡρόδοτος.

ΚΑΝΘΗΛΗ [6], πόλις Λιβοφοινίκων. καὶ Ἑκατῷ ἔτω.

ΚΑΝ-

tremitates. Est quoque mons Cana, & urbs, & palus. Est etiam Troadis oppidum. Sunt quoque Cannæ per duplex N, prope Carthaginem. Gentile, Canæus & Canæa. Est præterea urbs Canæ ad Tigrim fluvium. Strabo lib. XIII: Hinc Canæus Jupiter, non duntaxat a Canæo promontorio, sed etiam ab urbe Cana.

CANASTRUM, promontorium Thraciæ & Macedoniæ. Gentile, Canastræus. Sophocles qui in Argonautica commentarium edidit, Canastræum Pallenæ promontorium esse perhibet: verum gentilia contraria sunt, nisi hujus vocis gentile excipiamus, quod eodem modo se habet uti Lechæum & Lechæus, & Lyceum gymnasium, & Lyceus Apollo, & Nymphæum & Nymphæus.

CANDASA, uti Mylasa, Pegasa, castellum Cariæ, de quo Polybius lib. XVI. Gentile, Candasensis, & Candasis.

CANDARA, urbs Paphlagoniæ, tres circiter schœnos a Gangris, & Thariba vico distans. Incolæ, Candareni. Et Junonis Candarenæ templum.

CANDYBA, genere neutro, urbs Lyciæ, a Candybo Deucalionis filio nomen habens. Gentile, Candybensis.

CANTHELIA, urbs circa Carthaginem, de qua Hecatæus in Asia. Herodotus.

CANTHELE, urbs Libyphœnicum, & sic quoque Hecatæus.

CAN-

[97] Παρὰ Καρχηδόνα.] Pessimo errore noster Cannæ ex Europa in Africam, & ex Apulia prope Carthaginem transfert. Florus lib. II cap. VI: *Quarturus, id est, post ultimam Gallicos imperii, Cannæ: gravibile Apuliæ vim, sed magnitudine cladis emersit.* Vide Cluv. Ital. Antiq. lib. IV cap. XII.

[98] Τὸ Ἰτρικὸν, Κανναῖος.] Sic ab Eubœæ & Æolidis oppido formari potest; sed ab Italica cum duplici ν Κανναῖος. Plinio lib. III cap. XI CANNENSES appellantur.

[99] Κάνη δ' Τίγρητι.] Non satis hæc Cannæ cognitæ sunt. Reperitur Cana prope Sachaliten sinum in thurifera regione Arrianus: Ἐμπόριον ἐστὶ ἔσχατον παραθαλασσίου Κανῆ, βασιλείας Ἐλαΐζης, χώρης λιβανοφόρου.

[100] Στραβὼν ιγ'.] Quid putas, mi lector, Strabonem libro XIII Cana ad Tigrim fiere memoriam celebrasse? Cave hoc credideris. Excidere hæc verba suo loco, vel colligenda sunt post vocem Λέσβος, vel post vocem Τρωάδος; nam Canarum a Locris in Æolide condita. rum Strabo lib. XIII mentionem fecit, ut & Canarum Troadis.

[101] Κανασ[τ]ραῖον ἀκρωτήριον.] Disputat noster cum Sophocle, doctissimo in Apollonii Rhodii Argonautica Scholiaste, an promontorium illud, de quo jam agitur, Κάνηρον, an vero Κανασ[τ]ραῖον sit nuncupandum. Sic Scylax: Κανασ[τ]ραῖον δ' Παλλήνης ἐστὶν ἀκρωτήριον. Sic quoque Herodotus Κανασ[τ]ραίου ἄκρου appellat, & non male gentile nomen cum substantivo adhibet. Puto tamen primitivum esse Κάνασ[τ]ρον, vel Κάνασ[τ]ρα. Etymologici Mag. auctor: Κάνασ[τ]ρα, ἀκρωτήριον Παλλήνης. Sic quoque Lycophronis Scholiastes: Χαλκιδέων δ' ἐ Κάνασ[τ]ρα πόλις ἐ λίμνη Μακεδονίας. Si quis autem voce Κανασ[τ]ραῖον uti velit, per me licet, sed ἀκρωτήριον vel simile quid subintelligi oportet. Thucydides lib. IV: Καὶ τὸν καλὸν Κανασ[τ]ραῖον πολίσας ἐφύλαξε.

[1] Λιχαίου καὶ Λυκείου.] Lechæum est navale Corinthiorum, cui Leches Neptuni & Pirenæ filius nomen dedit. de quo Pausanias in Corinthiacis.

[2] Ὡς Μύλασα.] Corrupte in omnibus legebatur Μύλασσα, quod correximus MSS codicum auctoritate. Vide quoque Stephanum in isthac voce.

[3] Ὡς σχοινίων τριῶν ἀπὸ Γαγγρῶν, καὶ Θαρίβης κώμης.] Hæc corruptissima in vulgatis libris circumferebantur: ὡς ἀπὸ σχοινίων Γαγγρῶν. καὶ Θαρίβης κώμης. Sed sensus est commodior, emendante Salmasio ad oram sui Stephani: imo correctio ejus tantopere placuit, ut eam in contextum receperim.

[4] Κανδαρηνοὶ.] Ita vocandi erant incolæ hujus urbis, non Κανδηνοὶ, quod editi repræsentant. Sic etiam pro Ἥρας Κανδηνῆς ἱερόν, reposuimus Κανδαρηνῆς.

[5] Πόλις Λυκίας.] Plinius lib. V cap. III: *Lycia quondam* LX *oppida habuit, nunc* XXXVI *habet. Ex his celeberrima præter supra dicta Canas. Candyba, ubi laudatur Olenium nemus.*

[6] Κανθήλη, πόλις Λιβοφοινίκων.] Hæc Bochartо eadem videtur urbs, quam noster jam *Cantheliam* nominavit, & circa Carthaginem posuit. Censet idem vir doctus *Cantheli* idem esse quod כוכב *Cauceb-el* Saturni præ-

ΚΑΝΤΑΒΡΙΑ, χώρα. Σεμέλων τρίτη. οἱ οἰκήτορες, Καντάβροι. [7] ὡς ὁ Καλαβρίας Καλαβροί.

ΚΑΝΤΑΝΟΣ [8], πόλις Κρήτης, ὡς [9] Ξενίων, ἐν τῇ Κρητικῇ πάπῳ. τὸ ἐθνικὸν, Καντάνιος.

ΚΑΝΥΣΙΟΝ, μεγίστη πόλις [10] τῶν Ἰταλιωτίδων πόλεων· Σεμέλων ἐκλη. τὸ ἐθνικὸν, Καυύσιος, ἡ Καυυσίτης, ὡς Σεμέλων.

ΚΑΝΤΤΙΣ [11], πόλις Συρίων μεγάλη, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Καυυτίτης.

ΚΑΝΩΠΟΣ [12], ἔτως ἐδεῖ γράφεσθαι διὰ β καὶ π. γράφεται δ' ὅμως διὰ β καὶ β. [13] Σεμέλων ἐπτακαιδεκάτη· Κάνωβος δ' ἐστὶ πόλις ἐν αἴγυπτῳ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πρὸς ἕω ἴδρυται, ἀπὸ Κανώβου κυβερνήτου Μενελάου, ἀποθανόντος αὐτόθι. καὶ ἱερὸν [14] Ποσειδῶνος Κανώβου, [15] καὶ νῆσος. [16] τὸ ἐθνικὸν, Κανωβίτης. καὶ τὸ κληθικὸν, Κανωβικός. καὶ Κανωβικὴ διώρυξ, καὶ τὸ Κανωβικὸν στόμα. καὶ Κανωβὶς θηλυκῶς. ἔστι καὶ Λιβύης [17] τόπος Κάνωβος.

ΚΑΟΥΣ, κώμη ἐν Ἀρκαδίᾳ Τελφουσίας χώρας. ὁ πολίτης, Καΰσιος· ἐκεῖ γὰρ ἔτως Ἀσκλη-

A CANTABRIA, regio, de qua Strabo lib. III. Incolæ, Cantabri, uti a Calabria Calabri.

CANTANUS, urbs Cretæ, de qua Xenion in Creticis. Gentile, Cantanius.

B

CANYSIUM, maxima Italicarum urbium, de qua Strabo libro sexto. Gentile, Canysius, vel Canysita, uti idem Strabo perhibet.

CANYTIS, Syrorum magna civitas, de qua Hecatæus in Asia. Gentile, Canyuita.

C

CANOPUS, ita scribi oportebat per P. Scribitur tamen etiam per B, apud Strabonem libro XVII: Canopus urbs est, centum & viginti stadiis terrestri itinere ab Alexandria distans. Nomen habens a Canobo, Menelai gubernatore, qui ibi obiit. Et templum Neptuni Canobi, & insula. Gentile, Canobita: & possessivum Canobicus, & Canobica fossa, & Canobicum ostium, & Canobis genere fœminino. Est quoque Canobus Libyæ locus.

D

E

CAUS, vicus regionis Telphusiæ in Arcadia. Incola, Cauisius. Ibi enim Æscu-

dium. Erat enim ibi Saturni vicus, de quo Ponticus in vita Cypriani: *Carubitana civitas dicitur ubi in exilium fuit. Vicus, ubi in domo principis officiorum habitavit, dicitur Saturni, inter Veneriam & Salarium.* Vide plura apud Bochartum lib. I de Col. Phœn. cap. XXIV.

[7] Ὡς ὁ Καλαβρίας Καλαβροί.] Non sunt hæc verba in vulgatis. Codex Vossianus ea nobis suppeditans, non potui, quin nostro redderem.

[8] Κάντανος, πόλις Κρήτης.] Urbs satis nota est ex Episcopis, qui tempore Christianorum ecclesiæ præfuerunt. Paullus quidam *Cantani* Episcopus in Chalcedonensi synodo celebratur.

[9] Ξενίων ἐν τοῖς Κρητικοῖς πάπῳ.] Hæc quam infamia sint, & omni prorsus sensu destituta, nemo non videt. Xenion ex nostro in vocibus Κάκυρος, Δρέπανον, Ἀγκαδία, ut & libri inscriptio, satis est cognitus. sed nusquam ἐν τοῖς Κρητικοῖς πάπῳ. Salmasius in margine sui Stephani forte legendum conjicit: ὡς Ξενίων ἐν τῷ τῶν ἐθνῶν Κρητικῷ· Κρητικὸν πάπῳ τὸ ἐθνικὸν, Καυδιανός. Mihi, ut verum fatear, hæret aqua, & amplius deliberandum censeo, donec aliunde lux affulgeat.

[10] Τῶν Ἰταλιωτίδων πόλεων.] Ultima vox a vulgatis libris abest, quam ex MS Vossiano huic inferere libuit. Locus a nostro est transcriptus ex Strabonis lib. VI, uti ipse fatetur: Οὐ πολὺ δὲ ἀπὸ τῆς Ἡρακλείας ὑπέρκειται δύο πόλεις ἔνδον τοῦ πεδίου μεγίστη ἡ Ἰταλιωτίδων ὀνομαζομένη, ὡς ἐκ τῶν ἀποδεδειγμένων δῆλον, τέτε Κανύσιον, καὶ ἡ Ἀγκαδία, πλὴν ἐκεῖ ὀλιγάνθρωπος ἐστί. Plura de hac civitate videsis Cluverium.

[11] Κάνυτις, πόλις Συρίων.] Judico eandem hanc esse urbem, quam noster in præcedentibus ex Herodoto Κάλυβα appellavit. Videsis quæ ad illam sectionem diximus.

[12] Κάνωπος, ἔτως δεῖ γράφεσθαι διὰ β καὶ π. &c.] Hanc sectionem librarii, in geographicis imperitissimi, in duas dispertiti fuerant hoc modo: Κάνωπος, δεῖ γράφεσθαι διὰ τοῦ β. Σεμέλων ἑπταικαιδεκάτη. Hinc incipit altera sectio: Κανώβιον, ἡ πόλις ἐν αἰγύπτῳ &c. Nos totum locum mutilum atque corruptissimum sanitati priſtinæ restituimus, quem si contulerit lector cum aliis editionibus, vera experietur, quid differant ara lupinis. Verum negotium illud non confecimus, tanquam sufficiens, nostra, sed partim Codicis Vossiani, & partim Eustathii auctoritate, qui sua ætate eodem prorsus modo in Stephani MSS legebat, ita enim ille in Comment. ad Dionysium: Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας φησὶν, ὅτι δεῖ διὰ β Κάνωπον γράφειν τὴν πόλιν διὰ τοῦ π. γράφεται δὲ ἔνιοι διὰ β. Quemadmodum hoc vocabulum sit scribendum, eum disputat Etymologici Mag. Auctor, sed in eadem cum Stephano opinione versatur. Locum apprime ad rem facientem huc transcribam: Κάνωπος· δεῖ λέγειν τὸ ἐθνικὸν· ἐπεὶ δὲ εἰς ἓν λόγον ὑπῆγε ὅλα τὰ πολιτικὰ παραγόμενα, ἐδεῖ καὶ τὸ βέτα ἀφεῖναι· ἢ πολιτικὰ μὲν ἐστὶ, Κάνωπος, ἀπόφασις δ' ἔστω ὁ Κάνωβος. Et sic quoque hanc vocem & omnia ejus derivata apud Scylacem scriptam reperi. Ex his omnibus manifestissime apparet, quid de hac nostra correctione sit statuendum: Hunc locum si absque fomentis adhibendis præteriissem, ingens & putridum ulcus in eo natasset.

[13] Σεμέλων ἑπταικαιδεκάτῃ.] In omnibus editis legitur, ἑπταιδεκάτῃ. Sed verum numerum revocavimus. Nam sequentia apud Strabonem libro XVII inveniuntur. Verum in Stephani MSS & vulgatis post vocem Ἀλεξανδρείας sequitur copulativa καὶ, quam expungendam curavi, cum huic nullius sit usus, atque etiam a Strabone absit.

[14] Ποσειδῶνος Κανώβου.] Codex Vossianus, καὶ ἱερὸν Ποσειδῶνος Κανώβου.

[15] Καὶ νῆσος.] Sic quoque Eustathius ad Dionysium: Ἔστι δὲ, ὡς ἱστοροῦσί τινες, καὶ νῆσός τις Κανώβου. Hinc Eustathium ex nostro hausisse, perspicue satis liquet. Optime Scylax: Ἐπὶ δὲ τῷ στόματι Κανωπικῷ ἐστὶ νῆσος πρὸς ἕω τοῦ στόματος Κανωπικοῦ, καὶ σταδίους ἔχει ἐν αὐτῇ τῷ Μενέλεω τῷ κυβερνήτῃ τῷ δεῦτι Τροίας, ᾧ ἐνταῦθα Κάνωπος, τὸ μνῆμα.

[16] Τὸ ἐθνικὸν, Κανωβίτης.] Eustathius cogeniliuntur Ἐμφαίνει δὲ ἐνταῦθα ὁ σοφὸς τὰς Κανωβίτας, ἃς οἱ μὲν ἀπὸ Κανωβίτου μέρους, ἢ τόπου ἐστὶ λαμπρόν. Possessiva ab hac voce derivata passim extant apud Strabonem & alios. Præter Κανωβίτης, quod juxta Libycum sive Ægyptium charactera formatum est, etiam Κανωβικὸς reperitur, quod Græca forma gaudet. Pausanias in Phocicis:

Ἀπὸ δὲ Πρασιῶν Τανωπικὸν, ἐπὶ Κανωβικὸν.

[17] Τόπος Κάνωβος.] Sic Xylandriana exhibet. At Veneta atque Florentina Κάνωπος. Et sic quoque verisimiliter MSS codices

Ἀσκληπιὸς ἐπικλῆ Καίσιος, ὡς Παυσανίας ἐν βιβλίῳ. A

ΚΑΠΑΙ, πόλις Ἑλλησποντία. Ἀνδρωνίων γ' Ἀτθίδος. τὸ ἐθνικὸν, Καπαῖος, ὡς Ναπαῖος.

ΚΑΠΕΤΩΛΙΟΝ, ὃ Ῥωμαῖοι λέγουσι, B [1] Ταρπήϊον πάλαι λεγόμενον. φασὶ δὲ τὸ χαράττειν τὸ πρῶτον τὸν Εὐδαίμονα, διὰ τοῦ ι φησίν. Εἰρωνικῶς δὲ προπαροξυτόνως, διὰ τοῦ ι χάφων. Ἡρωδιανὸς δὲ, Καπετωλίδιον, ἐν ἑξασυλλάβοις· καὶ ἐν παιρέσει. [19] Καπετωλίειον. [20] τὸ δὲ Καπετωλεῖα, ὅπου τὸ ἀγῶνες, παραθεατέον. [21] ὅσα γὰρ ἔχει παρόξυτον πρὸ ι, εἰς ος λήγει καθαρὸν, ἢ συλλαμβανόμενα μόνῳ τῷ ι, ἢ προηγουμένου αὐτοῦ β α. ὡς πίναξ πρὸ πέλεκυς τοῦ αι δίφθογγον, παραθεατέον· ἢ καὶ ὅσα κλητικά· Ἀσκληπιεῖον, Ἀσκληπιὸς γάρ· Πτολεμαεῖον, Πτολεμαῖος γάρ· Ὀλυμπίδα τοὺς Ἀθήνησιν, Ὀλύμπιος γάρ. τὸ δὲ τέμενος, Καπετώλιον, [22] καὶ Καπετώλιος Ζεύς, διὰ τοῦ ι. [23] τὸ ἐθνικὸν, Καπετωλῖνος. C

ΚΑΠΙΝΝΑ [24], Τυρρηνικὴ πόλις. λέγεται δὲ πληθυντικῶς. [25] τὸ ἐθνικὸν, Καπιννάτης ἢ Καπιννήτης, ὡς Αἰγινάτης, καὶ Αἰγινήτης. τὸ κλητικὸν, [26] Καπιννάτιος. D

ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑ, χώρα τῇ Κιλικίᾳ [27] προσορρος, ὡς φησι Μένιππος, ἀπὸ Σινώπης [28] εἰς Εὔαρχον ποταμὸν, ὃς ἐρεύγεται Πα- E

Æsculapius nomine Cattilius colitur, teste Pausania libro VIII.

CAPÆ, urbs Helles pontiæ, cujus meminit Androtio libro III de Attica. Gentile, Capæus, uti Napæus.

CAPITOLIUM, collis in urbe Roma, olim Tarpæus dictus. Endæmon perhibet, vocem eum I esse scribendam, ubi pro templo sumitur. Irenæus vocem per jota scribens, eam in antepenultima accentu notat. Sed Herodianus vocem sex syllabis effert Καπιτωλίδιον, & per synæresin Καπιτωλεῖον. Verum Καπιτωλεῖον ubi de certamine usurpatur, in penultima circumflectitur. Quæcunque enim in penultima habent jota, in ος purum desinunt, vel si duntaxat I in antepenultima habeant, vel ipsi præcedat A, ut inde in penultima diphthongus ει oriatur, in penultima circumflectuntur, & quotquot etiam possessiva sunt. Asclepieum fit ab Asclepius, Ptolemaëum a Ptolemæus, & Olympica, ludi Athenis celebrati, ab Olympius. Templum Capetolium dicitur, & Jupiter Capetolius per I. Gentile, Capetolinus.

CAPINNA, urbs Tyrrhenica, cujus nomen etiam numero plurativo effertur. Gentile, Capinnates & Capinnetes, uti Æginates & Ægineles. Possessivum, Capinnatius.

CAPPADOCIA, regio ad partem aquilonarem Ciliciæ vergens, uti Menippus auctor est. A Sinope usque ad Euarchum fluvium, qui Pa-

[1] Ταρπήϊον λεγόμενον.] Non bene in hactenus editis Ταρφήϊον excusum legitur. Sequimur nos Vossiani codicis, auctoritatem. Imo sic voluisse Stephanum, alibi liquet: Τάφος, πόλις Γαλλίας· καὶ Ταφιανὸν ὄρος· καὶ ἔθνικὸν, Ταφιανὸς &c. Dionys. Halicarnass. Ταφιανὸν dicitur, ita enim ille lib. III: Ὃς πάντα δὲ ἐκκλίνων Ταφιανὸν, καὶ δὶ πλανωλιῶν. De Capitolio Romano ejusque nominibus, videndus Iulius Ryquius, qui præstantissimum libellum de hoc monte & arce conscripsit.

[19] Καπιτωλίειον.] Omnes vulgati & calamo exarati codices Καπιτωλίειον exhibebant, quod sine dubio tam procul ab Herodiani mente abest, ut Καπιτωλίειον corrigi necesse fuerit.

[20] Τὸ δὲ Καπετωλεῖα, ἐπὶ τῶν ἀγῶν.] Et hoc loco male in omnibus libris circumferebatur Καπιτωλεῖα. Innuit noster *ludos Capitolinos*, quos Camillus instituit, postquam suo ductu & auspicio Gallos vicisset. Vide Livium lib. V cap. L.

[21] Ὅσα γὰρ ἔχει παρόξυτον πρό ι.] Editores omnes hunc locum asterisco signaverant, & parum juvant MSS ad locum replendam. Conjecturam Magni Salmasii, quam ex duobus libri alleverat, in contextum recepimus, scilicet πρὸ ι. Ita enim sensus commodior atque planior redditur.

[22] Καὶ Καπετώλιος Ζεύς.] Sic frequentissime apud Dionys. Halicarnass. occurrit. lib. VI Antiq. Rom. Εἰς ἣν ἐν τῷ Καπετωλίῳ Διὸς, ἢ ἵππος ἐπίκειται. Et lib. VIII: Μάλιστα δὲ τὸν ἐν τῷ Καπετωλίῳ Διὸς ἱερόν.

[23] Τὸ ἐθνικὸν Καπετωλῖνος.] Passim apud Græcos & Latinos in usu est. Dionys. Halicarn. lib. IV: Ἐξ ἑκατὸν πολίτας Καπετωλίνου ὁ αὐτὸς, ἀπὸ τῆς ἀξιώσεως ἐν αὐτοῖς πρῶτος· καθάπερ δὴ οἱ Γαμικοὶ πολίται παρ' ἡμῖν.

[24] Κάπιννα, Τυρρηνικὴ πόλις.] Sic bene emendavit Holmannus, cum Aldina atque ex ea Florentina exhiberet Τυρσηνικὴ πόλις. Oppidum erat agro Falisco rum Scractique monti conterminum, cujus descriptionem pete ex Cluverio.

[25] Τὸ ἐθνικὸν Καπιννάτης, καὶ Καπινήτης.] Ultimum gentile, quod neque in MSS, neque in libris excusis conspicitur, addere placuit. Quorsum enim Stephanus duo gentilia, ἀπὸ τῆ Αἰγίνης formata, in exemplum adduxisset, ἐκ Αἰγινάτης & Αἰγινήτης? Male in omnibus libris legebatur, ἐκ Αἰγινάτου, quod in contextu correximus. Omnes Latino ore CAPENATES dixere. Cicero Famil. lib. IX epist. XVII: *Vejentanum agrum & Capenatem metiuntur.* Liv. lib. XXVII: *In agro Capenate ad lucum Feroniæ III signa sanguine sudare diem ac noctem fluxisse, nunciatum.*

[26] Καπιννάτιος.] Primitivum, quia per duplex N exaratur a nostro, non poteram, quin emendarem possessivum inde deductum, quod passim in omnibus simplici N excusum invenitur. Cluverius ex scriptura per N simplex concludit, urbis nomen eodem modo fuisse exaratum, sed cum Stephani ætate a pronunciaretur ut a, ex Καπένα factum esse Καπίνα. Latini ut *Capenas* pro possessivo usurpant. Virgil. lib. VII Æneid.

Hi Saracte habent arces Flaviniique arva,
Et Cimini cum monte lacum, lucosque Capenæ.

Hinc porta *Capena*, per quam Via Appia in Campaniam Roma ibatur. Vide Martial. lib. III Epig. XLVII.

[27] Παρόρειος.] Emendat Salmasius in margine sui codicis προσόρειος, sed neminī placebit hæc correctio, qui noverit Ciliciam versus septentrionem habere Cappadociam.

[28] Εἰς Εὔαρχον ποταμόν.] Admodum mihi suspectum est τὸν Εὔαρχον, nam fluvium hoc nomine in hisce regionibus non agnoscunt geographi, fortasse scribendum εἰς Εὐφράτην ποταμόν. Nam Strabo de finibus Cappadociæ verba faciens, & longitudinem eius describens, Eu-

Παφλαγονίαν & [29] Καππαδοκίαν. [30] τὸ ἐθνικὸν, Καππάδοξ, ἡ Καππάδοξ, ἡ Καππαδόκης. [31] Ἡρόδοτος δέ φησιν, ὁ κτίσης Καππάδοκα ἐκλήθη ὑπὸ Μενάνδρου. λέγεται καὶ [32] Καππαδόκισσα, ὡς Αἰθίσσα, καὶ [33] πανδόκισσα. [34] Διήρηται δ' οὐχ ὡς νῦν εἰς πρώτην καὶ δευτέραν, ἀλλ' εἰς μείζονα καὶ ἐλάττονα, ἡ μικρὰν & μεγάλην.

A qui Paphlagoniam & Cappadociam terminat. Gentile, Cappadox, & Cappadocus, & Cappadoca. Herodotus vero inquit: Conditor Cappadocus appellatus est a Menandro. Dicitur quoque Cappadocissa, uti Æthiopissa & Pandocissa. Divisa autem fuit, non uti nunc, in primam & secundam, sed in majorem & minorem, & in parvam atque magnam.

ΚΑΠΡΙΗ [35], νῆσος Ἰταλίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. λέγεται καὶ [36] Καπρία. [37] τὸ ἐθνικὸν, Καπριάτης. ἐποίησεν ὁ [38] Βλαῖσος Καπριατῶν ποιητὴς, Καπριάτης.

CAPRIE, insula Italiæ, de qua Hecatæus in Europa. Vocantur etiam Capriæ. Gentile, Capriates. Hinc erat Blæsus Capriates, facetiarum poëta.

ΚΑΠΥΑ, πόλις Ἰταλίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἀπὸ Κάπυος [39] τοῦ Τρωϊκοῦ. [40] τὸ ἐθνικὸν, Καπυανὸς, ὡς Ἀσιανός.

CAPYA, urbs Italiæ, cujus Hecatæus in Europa meminit: a Capy Trojano sic dicta. Gentile, Capyanus, uti Asianus.

ΚΑ-

CA-

---

plurali meminit lib. XII: Μέγιστοι δὲ οἱ χῶροι καθ' ὁδὸν ἀπὸ Καισαρείας ἐπὶ Ταύρου ἴσον χίλιοι & ἑκατὸν σταδίοις· μέσος δὲ αὐτῶν ὁ Λυκαονίας & Φρυγίας μέχρι Εἰρηνόπολις κώμη ἐστὶ, καὶ τοῦ Ἀγχιάλου, οὗ πεδιάδες.

[29] Καππαδοκίαν.] Post hæc verba quædam temporis diritate, vel Epitomatoris incuria excidisse firmiter mihi persuadeo. Nam probandum erat ex Menippo, Cappadociam respectu Ciliciæ ad septentrionem esse sitam, quod in allegatis verbis non conspicio. Fortassis etiam stadiorum numerus desideratur: nam Menippus orbem terrarum per σταδιασμὸν, id est, *dimensionem per stadia*, descripsit.

[30] Τὸ ἐθνικὸν, Καππάδοξ.] Inveniuntur numismata cum inscriptione ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ. Verum an deducendum sit a recto Καππάδοξ, vel a Καππάδοκ-, vel Καππάδοκες, cum tria hæc gentilia eundem in plurali numero gignendi casum admittant, ea de re hodie sententiam non feram. Τὸ Καππάδοκ- deducitur a casu obliquo Καππάδοκ-, qualia innumera apud nostrum occurrunt. Τὸ Καππάδοκες apud Dionys. de situ orbis in usu est:

Τῆς δ' ἔθνε μίσσοι βῆ ἐπ' ἀπείρονα βαθέιης
Καππάδοκες ναίουσι. ---- ----

Idem quoque sæpius reperitur apud Herodotum, & Eustathium in comment. ad verba jam allegata. Sed insignem de tribus hisce gentilibus locum videsis apud Etymol. Mag. Auct. in voce Καππάδοξ.

[31] Ἡρόδοτος.] Non videtur mihi hæc vox sani coloris: nam apud Herodotum nulla hujus rei memoria celebratur. Sine dubio vitium illud originem duxit ex compendiaria scribendi ratione, & non uno in loco apud nostrum Ἡρόδοτος inventur, cum Ἡροδιανὸς legendum sit.

[32] Καππαδόκισσα.] Strabo lib. XIV: Ἔχει Ἀθὶς γυναῖκα, ἣν ἔγημεν ὁ Πεδουκαῖος ἐξ Ἀφροδίσιος Καππαδόκισσαν γυναῖκα.

[33] Πανδόκισσα.] Non est hoc gentile fœmin. Solet enim noster nonnunquam appellativa gentilibus miscere. Quemadmodum a Καππάδοξ deducitur Καππάδισσα, sic a Πανδοκὴ fit πανδόκισσα. Hesychius: Πανδοκὴ, ἡ εἰς πανδοκεῖον εἰσιοῦσα. Ergo ex mente Hesychii πανδόκισσα fœminam denotat, in pandocheo habitantem.

[34] Διήρηται δ' οὐχ ὡς νῦν εἰς πρώτην καὶ δευτέραν &c.] Agit noster nunc de Cappadociæ divisione, & verissimum est, antiquis temporibus, teste Strabone lib. XII, divisam fuisse in *magnam* (scil. seu proprie dictam (quæ Cappadocia ad Taurum vocabatur) & *minorem*, Cappadociam ad Pontum nuncupatam. Verum ætate Stephani alia obtinebat divisio, & non duntaxat in *primam* & *secundam*, sed etiam in *tertiam Cappadociam*. Nam quemadmodum ex una Palæstina tres provinciæ natæ sunt, de quibus in Notitia & Novell. Justiniani CXIII: sic quoque ex una Cappadocia, prisno duæ, & deinde tres provinciæ prodiere. Quo pacto in duas fuerit partita, legendum apud Gregorium Presbyterum in vita Nazianzeni. Sed urbem Mucillum, de qua etiam Stephanus suo loco, aliquando *secundæ*, & aliquando *tertiæ Cappadociæ* adtribuunt. In Synodo sexta subscripsit Theopompus episcopus Justinianopoleos, sive *Mesenum* (ubi legendum Mucillenorum vel Mocillenorum, aliquando enim id oppidi nomen per *s* scribitur.) Metropoleos secundæ Cappadociæ. Sed interpres Gregorii Nazianzeni in funebri patris oratione, *Mucillum* tertiæ Cappadociæ attribuit, ita enim ille: Διὰτῆρος Καππαδοκίας μητροπόλεως Τύανα, ἡ τρίτης ἐστὶ Μουκίλλου· τοῦ δὲ Καππαδοκίας μέρους ἦσαν, ἐξ ὧν ἐπίσκοποι ἦσαν πλείους εἰς σφᾶς. Atque hæc de Cappadociæ divisione sufficiant.

[35] Καπρέα.] Neque apud Græcos, neque apud Latinos hæc insula Καπρίαι appellatur, quod constanter præferunt libri MSS & vulgati: nos Καπρέα reposuimus, est enim syllaba ια repetitio vocis sequentis, quæ perperam a librariis nomini insulæ adjecta est.

[36] Καπρία.] Etiam Latinis *Caprea* dicitur: Ptolemæo Καπρία, reliquis Græcis Καπρέα & Καπρέαι. Unde hodie adhuc appellatur *Capri*. De situ aliisque memorabilibus videsis Cluver. Ital. Antiq. lib. IV cap. IV.

[37] Τὸ ἐθνικὸν, Καπριάτης.] Prout auctores insulæ nomen usurparunt, etiam gentile formatum est. Nam invenitur quoque CAPREATES, quod neque a Καπρέα, neque a Καπρίαι, sed a Καπρέαι deductum est. Id nomen corruptum censet Holstenius l. 4. ff. de rerum divis. ubi nunc vulgo legitur: *Divus Pius rescripsisse Formianis & Capenatis* scripsit. Ubi omnino sublituendum judicat *Capreatis*.

[38] Βλαῖσος Καπριατῶν ποιητής.] Plures præter Stephanum, meminerunt hujus poëtæ celebrant. Athenæus lib. II: Βλαῖσος δὲ Μυτιληναῖος, ἡ Ἀρίστων ὁ Τελίρις, Φίλων ὁ Ἀμφιτρύων, ἡ Γαμμάρος ὁ πάνυ ἡ ἀστεῖος ἀλίτης. Idem lib. XI, ubi ejus verba ex Saturno citantur: Βλαῖσος ὁ Σαπέρδης φησὶν, ἐπεὶ μεθυσθεὶς ἐπέβη ἐμοῦ καὶ γλυκυπίνου. Hesychius etiam hujus poëtæ meminit: Φολαινὶς, ἡ λίξις παρὰ Βλαίσῳ, σημαίνει δὲ ὀδόν. Cujusdam Menippi mentio reperitur apud Stephanem lib. XVI, cui etiam in more positum erat, seria jocose exprimere, ita enim ille: Ἐκ δὲ τῆ Γαδείρων Φιλίππης τὸ ὁ Ἐπικούρου γεγονὼς, ἡ Μελίσσου, ἡ Μενίππου ὁ σπουδογελοίου.

[39] Τοῦ Τρωϊκοῦ.] Sic omnes legunt MSS & libri editi, quod Salmasius mutare nititur in libri sui margine in Τρωὸς, quod revera etiam mihi non displiceat, nam sic loquitur Eustathius in comment. ad Dionys. Ἐκ μυστικῆς ἱστορίας ἡ Καπύης, κεφαλὴ τῆς Ἄλβης, ἧς φησιν ὁ χαριέστατος, καὶ τῶν ἐνυμφίων ἡ ἀνδρῶν, γλαφυρὸς Λατῖνος· κτίσας πόλιν Κάπυν ἡ Τρωὸς αὐτὸν φυλάξας ἐξήλασεν. Sed cum video sic quoque alios fuisse loquutos, nihil antiquius puto, quam vulgatam lectionem retinere eamque defendere. Etymol. Mag. Auctor: Καπύη, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Κάπυος ἡ Ῥωμύλου καὶ Ἄρεως ἐκβάντος, ὡς φησι Καρύανδος ὁ Γεγραφώς· ἔστι δὲ Ὄρος· κέκτηται δὲ ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωϊκοῦ.

[40] Τὸ ἐθνικὸν, Καπυανὸς.] Hac forma inferioris ævi scriptores

ΚΑΡΑΛΛΙΣ, ἡ [41] Καραλλέα, Γ'σπερ- κὴ πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Καραλλεώτης. ἔστι καὶ Καραλία δι' ἑνὸς λ, [41] Λιβυκὴ πόλις. καὶ ἐθνικὸν αὐτῆς, Καραλιανός. A

CARALLIS, quæ & Caralia, urbs Hesperica. Gentile, Caralleota. Est quoque Caralia per simplex lambda, Libyca civitas, cujus gentile, Caralianus.

ΚΑΡΑΜΒΥΚΑΙ, ἔθνος Γ'περβορέων, [41] ἀπὸ ποταμοῦ Καραμβύκα, ὡς Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης. B

CARAMBYCÆ, gens Hyperboreorum, sic dicta a fluvio Carambyca, cujus Hecatæus Abderita meminit.

ΚΑΡΑΝΑ [44], πόλις Γαλατίας, ὑπὸ Ῥωμαίων κτισθεῖσα. τὸ ἐθνικὸν, Καρανίτης, ἡ Καρανῖτις τὸ θηλυκόν.

CARANA, urbs Galatiæ a Romanis condita. Gentile, Caranita, & Caranitis fœmininum.

ΚΑΡΒΑΝΙΣ, γένους ὢν [45] ἀπὸ θηλυκῆς τῆς C δῆθεν ὁ Κάρβανος. ἔστι δὲ Κάρβανα πόλις Λυκίας. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Καρβανδεύς.

CARBANIS, factum est a genitivo casus recti Carbanus. Est quoque Carbana, urbs Lyciæ, & gentile, Carbanensis.

ΚΑΡΔΑΜΥΛΗ, [46] Ὅμηρος,

Καρδαμύλην Ἐνόπην τε. --- ---

[47] Ἡρόδοτος δὲ, Λακωνικὴν αὐτὴν φησὶν. D ἔοικε δ' ἑτέραν εἶναι πλησίον Χίου. τὸ ἐθνικὸν, Καρδαμυλίτης, ὡς Σινωπίτης. ἔστι δὲ τῶν ἐγχωρίων [48] Σκαρδαμυλίτης λέγεται. ἔστι δὲ καὶ Καρδαμυληνὸς κώμη.

CARDAMYLE, Homerus:

Cardamylen Enopenque.

Hanc Herodotus Laconiæ attribuit: verum alia esse videtur prope Chium. Gentile, Cardamylita, uti Sinopita: verum ab indigenis Scardamylita dicitur. Est quoque pagus Cardamylensis.

ΚΑΡΔΗΣΟΣ, πόλις Σκυθίας Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ὁ πολίτης Καρδήσιος, καὶ Καρδησεύς. E

CARDESUS, oppidum Scythiæ, de quo Hecatæus in Europa. Oppidanus Cardesius, & Cardesensis.

ΚΑΡΔΙΑ, πόλις [49] ἐν Θράκῃ Χερρονήσῳ. Ἑρμοχάρους ἱερέως θύοντος, [50] κόραξ ἁρπάσας καρδίαν ἀπέπτατο, καὶ ἀναπαύσασα εἰς F τόνδε

CARDIA, urbs in Thraciæ Chersoneso sita. Hermochare ejus conditore sacra faciente, corvus victimæ cor rapiens, cum eo avolavit & in

ports usi sunt, dicebant enim *Capuani*: Sed veteres *Campani*, teste Cluver. lib. IV Ital. antiq. Varro lib. IX de lingua Lat. perhibet, istam vocem in consuetudine admodum natare, ita enim ille: *Secunda divisio est de his verbis, quæ declinari possunt: quod alia sunt a voluntate, alia natura. Voluntaria declinatio refertur ad consuetudinem: naturalis ad rationem. Quare proinde ac simile conferri non oportet; ac dicere, ut sicut a Roma Romanus: sic ex Capya duci debere Capyanus: quod in consuetudine valentissimo natat.* Memini tamen, me alibi quoque apud auctores ΚΑΠΥΑΤΗC inveniſſe. Et vetera numiſmata apud Goltzium ΚΑΠΥΑΝΩΝ exhibent.

[41] Καραλία.] Alii hanc Pamphyliæ adscribunt. Hierocli Καράλεια dicitur. Et hinc in MS Latin. concil. Chalced. *Caralienſis* derivatur, teste Holstenio ad Carol. a S. Paullo.

[42] Λιβυκὴ πόλις.] Non fuit in Libya oppidum hac appellatione: sed fuit in Sardinia Libycæ ditionis. Latinis plurimis numero plurali *Carales* dicitur, & oppidani inde Caralitani. Straboni Κάραλις, ita enim ille lib. V: *Πλείστη δὲ πόλις, ἀξιόλογος δὲ Κάραλις ἡ Σάλακος.* Ptolemæus: Κάραλις πόλις ἡ ἄκρα, Καραλιτανὸς κόλπος.

[43] Ἀπὸ ποταμοῦ Καραμβύκης.] Eadem hæc Hecatæi verba legunatur apud nostrum in voce Ἑλίξοια, quo nomine etiam Carambycarum insula insignitur. Hanc Cluverius passim in Germania antiqua appellat Ἑλίξοιαν, contra omnium librorum fidem, & *Novam Zemblam* esse censet. Fluvii meminit Plinius lib. V cap. XIII: *Ab extremo aquilone, ad initium orientis æstivi, Scythæ sunt: extra eos, ultraque aquilonis initia, Hyperboreos aliqui posuere, pluribus in Europa dictos. Primum inde noscitur promontorium Celtica Lytarmis: fluvius Carambucis; ubi lassata fulcrorum vi, Riphæorum montium deficiunt juga.*

[44] Κάραννα, πόλις Γαλατίας.] Male in Xylandriana urbis nomen duplici N exaratur, quod neque agnoscunt priores editiones, neque MSS. Strabo lib. XII: Καὶ ἔστι ἐνταῦθα καὶ αὐτὸ τὸ παλάτιον, ἀποικισθὲν ὑπὸ Κάρανος, ἀφ' οὗ ἐλέγετο Καρανῖτις λίμνη.

[45] Ἀπὸ θηλυκῆς τῆς δῆθεν ὁ Κάρβανος.] Male in vulgatis legebatur & sine sensu, ἀπὸ θηλυκῆς δ' ἴθεια ὁ Κάρβανος, quod videns Salmasius, ad marginem sui libri emendabat.

[46] Ὅμηρος.] Homericum hemistichium desumptum est ex Iliad. I. ubi Cardamyle numeratur inter septem urbes, quas Agamemnon Achilli promittit.

[47] Ἡρόδοτος δὲ, Λακωνικὴν.] Laconiæ profectio Herodotus hanc urbem adscribit libro VIII. Sed Strabonem vide, eam Messeniæ attribuentem lib. VIII. Videtur hæc urbs aliquando Messeniis, & aliquando Laconibus paruisse.

[48] Σκαρδαμυλίτης λέγεται.] Vossianus codex & vetus Palatinæ bibliothecæ, Σκαρδηνυλίτης λέγεται. Verum nihil fami hæc habet lectio. Multis nominibus propriis & impropriis præfigi S. tes notior est, quam quæ doceri debeat. Sic dicimus κραδαίνειν, *indefinenter palpebras movere*, & σκραδαίνειν.

[49] Ἐν Θράκῃ Χερρονήσῳ.] Situm oppidi noster manifestius indicat in Καρδίᾳ, quam perhibet octingentis stadiis a Cardia. Conditores habuit Cardia Miltiadem & Chromenios, ac deinde Athenienses, Miltiade Chersonesis imperante, testatur illud Marcianus Heracleota in Periegesi:

Ἡ Θρηκία δ' Χερρόνησος ἐκτέτα-
Κται, καὶ ἐν αὐτῇ πόλις ἐστὶν Καρδία,
Ἀγχοῦ μὲν οὖσα τοῦ Μελανίου κόλπου τε
Κλαζομενίων, πολλὸν δ' Ἀθηναίων ἀπό,
Ὅτι Μιλτιάδης ἐκράτησε Χερρονήσου.
Περιπλοῦς δ' Εὐξεινικῆς. ---

Noster in voce Λυσιμαχία tradit, Cardiam deinde Lysimachiam fuisse appellatam. Sed vehementer fallitur, Cardiam & Lysimachiam idem fuisse oppidum, uti alibi docebimus, & jam omnino liquet ex allegatis Marciani verbis.

[50] Κόραξ τὴν καρδίαν ἁρπάσας.] Cui hoc verisimile videtur, urbis nomen hinc originem trahere, quod corvus τὴν καρδίαν, id est, *cor* mactatæ hostiæ surripuerit? Multo tutius Plinio fidendum, urbem sic appellatam fuisse,

πόλις τ χώρου, [51] ἀφ' ἧνας, ἢ ἀπὸ τοῦ ἔτους ἐκλήθη. ἢ ὅτι τῇ Σκυθῶν γλώττῃ ἅτου κεκλῆσθαι. [52] ὁ πολίτης Καρδιανός, ὡς Ἀσιανός.

ΚΑΡΔΟΥΧΟΙ, ἔθνος Μηδίας, ὡς Ξενοφῶν ἐν ἀναβάσεως γ'. [53] Ἐς Καρδούχους ἀφῖκτο· τούτους ἔφασαν οἰκεῖν ἀνὰ πὸ ὄρη, καὶ πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέως οὐκ ἀκούειν. καὶ [54] Σοφαίνετος ἐν Κύρου ἀναβάσει φησὶ περὶ αὐτῶν.

ΚΑΡΔΥΤΟΣ [55], ὡς Βηρυτός, πόλις Σύρων μεγάλη, ὡς Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει Ἀσίας. τὸ ἐθνικὸν, Καρδύτιος, ὡς Βηρύτιος.

ΚΑΡΗΝΗ, πόλις Μυσίας· [56] Ἡρόδοτος ἐδόξην. τὸ ἐθνικὸν, Καρηνεύς, [57] ὡς Καρηνεῖς γ' περὶ Ψηφισμάτων. Γρηνίδες, Πιτανᾶται, Καρηνεῖται.

ΚΑΡΘΑΙΑ [58], μία δ' ἐν Κέῳ τετραπόλεως, ἀπὸ Καρθαίου πλοιάρχου ἐκεῖ. οἱ οἰκοῦντες, [59] Καρθαιεῖς· Πολύβιος ιϛ'. ἔστι καὶ [60] Ἰβηρίας Καρθαία, περὶ ἧς Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ γεωγραφουμένων.

ΚΑΡΙΑ, ἡ χώρα. τὸ ἐθνικὸν, Κάρ, ὁμωνύμως τῷ οἰκιστῇ. [61] τὸ θηλυκὸν καλὸν τέχνῃ, Καρίδα. ἡ ζητησις ἢ τοῦ δ διφθόγγου

A & in hunc locum detulit, atque hac de causa urbs ita dicta est: vel quod Scytharum lingua ita appellata sit. Civis, Cardianus, ut Asianus.

CARDUCHI, gens Mediæ, de qua Xenophon libro III Anabaseos. In Carduchos ducit. Illos vero perhibuerunt cacumina montium inhabitare, bellicosos esse, ac regi non B obedire. Et Sophænetus libro de Cyri Expeditione de his mentionem facit.

CARDYTUS, uti Berytus, magna Syrorum urbs, de qua Hecatæus in Asiæ Perigesi. C Gentile, Cardytius uti Berytius.

CARENE, urbs Mysiæ, de qua Herodotus libro VII. Gentile, Carenæus, quo utitur Carterus libro III de Decretis: Grynenses, D Pitanæi, Carenæi.

CARTHÆA, una ex quatuor urbibus in insula Cea, sic dicta a Carthio, qui illic obiit: Incolæ, Carthæenses. Polybius lib. XVI. Est quoque Iberiæ Carthæa, de qua Artemidorus E libro II Geographicorum.

CARIA, regio. Gentile, Car, quod & ejusdem nominis cum conditore. Femininum, ex lege artis Carica. Usus vocabuli et diphthon-

gum

fuisse, quod urbis speciem referret, ita enim ille lib. IV cap. XI: *Illustrant duæ urbes utrinque littora, quæ haud dissimili modo renuere, Pactye a Propontide, Cardia a Melane sinu: hæc ex facie loci nomine accepto.* Sed multo clarius Solinus cap. X: *Propontidis oram insignit Pactye, Melanem sinum Cardia: quod in cordis faciem sita sit, dicta Cardia est.*

[51] Ἀφ' ἧνας.] Vossianus & libri Palatini: μεθ' ἧνας. Utraque lectio commodo satis sensu admitti posset.

[52] Ὁ πολίτης, Καρδιανός.] Passim apud auctores illud oppidani nomen in usu est: Plutarchus in Eumene: *Εἰμένης δὲ Καρδιανὸς ἦν ἀπὸ Δόλωπος πολίσματος τῆς ἐπικρατείας τῆς Χερρονήσου πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ.* Cornelius Nepos: *Eumenes Cardianus: hujus si virtuti par data esset fortuna &c.*

[53] Ἐς Καρδούχους ἀφῖκτο &c.] Rarissime a nostro antiqui scriptoris verba allegantur, quin trunca sint & mutilata. Nobis placuit hunc Xenophontis locum emendare juxta exemplaria jam divulgata. Omnes Stephani editiones exhibebant: Ἐς Καρδόχους ἀφῖκτο· τούτους δὲ πολεμικοὺς εἶναι καὶ βασιλέως οὐκ ἀκούειν. Sed melius hæc verba in Vossiano cod. & Palatinis libris hunc in modum concipiuntur: Εἰς Καρδούχους ἀφῖκτο· τούτους δὲ φασὶ πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέα οὐκ ἀκούειν. De horum phrenuitate legendus Diod. Sicul. lib. XIV. pag. 257.

[54] Σοφαίνετος.] Sic correximus ex MSS & prioribus editionibus. Male Xylandriana exhibet Σοφαίνετος.

[55] Καρδυτός.] Vereor ne eadem sit urbs, quam in præcedentibus Κάλλιον appellat, & Herodotus, cujus testimonium adfert, Κάλλιον, unde fortassis Hecatæus, inserta liquida & terminatione parum mutata, Καρδύτιος fecit. Nam uti ex Hecatæo magna Syrorum urbs perhibetur, sic quoque Herodotus Κάλλιον describit lib. III: *Μετὰ δὲ τοῦτον μοῦνον, Κάλλιον πόλιν τε Συρίην ἔχοντα μεγάλην οἰκέει.*

[56] Ἡρόδοτος ἐδόξην.] Apud Herodotum lib. VII legitur Κάυκην, ita enim ille: Ἀπὸ δὲ Κάυκης ἀγχιάλου, Κάυκης αὖθι ἐοῦσης ἐν ἀριστερῇ, μετὰ δὲ Ἀταρνέα ἐς Καρήνου πόλιν. Stephanus tamen incidit in codicem Herodoti, in quo media vocalis per η erat exarata, quod hic mutandum non est, ne elementorum ordinem turbemus. Καρῆνα tamen potior mihi scriptura videtur, nam sic quoque Ephorus urbem appellavit, cujus verba apud nostrum supersunt in voce Βύττα. Καὶ βαλλόμενοι ἐκβάλλουσι αὐτούς, ἐκ Τίου δὲ Καρήνας λέγουσιν ἰλαύνειν. Et deinde sequitur gentile nomen, etiam per I scriptum: ἐς δὲ Ἐφόρου κατιλαύνουσι, Ἐφορίδες φασὶ· τοὺς δὲ ἄνδρας ἐπιλαύειν, Τίους, καὶ Καρηνεῖς ὀνομαζόντων.

[57] Ὡς Καρηνεῖς γ' περὶ Ψηφισμάτων. Γρηνίδες Πιτανᾶται &c.] Nihil verius hac emendatione, quam in contextum recepimus. Miseris modis totum hunc locum attriverant librarii, sic legendo: ὡς Καρηνεῖς περὶ Ψηφισμάτων γρηνίδες πιτανᾶται, Καρηνῆται.

[58] Καρθαία, μία δ' ἐν Κέῳ τετραπόλεως.] Male in omnibus vulgatis Κῷ, diverse enim sunt insulæ Τῆος & Κέως sæpenumero ab auctoribus & geographiæ imperiti confunduntur. Ita hoc loco debere legi, liquet ex nostro: Γενεὰ, πόλις ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ. Et vide præterea Ἰουλὶς & Βουσίρατα. Olim hanc insulam quatuor habuisse urbes, noster hausit ex Strabone lib. X: Κέως δὲ τετράπολις ἦν· Ἰουλὶς δὲ λέγει ἔστι Γενεὰ ἢ ἡ Καρθαία, ἣν καὶ συνοικίζεσθαι φησὶ Λυσιμαχίδης καὶ Ἀριστοτέλης εἰς τὴν Καρθαίαν, ἡ δὲ Κορησσία εἰς τὴν Γενεάν. Hujus urbis etiam meminit Ant. Liberalis Fab. 2. Ovid. & alii.

[59] Καρθαιεῖς.] Ita rescribere placuit, ipsa ratione sic postulante; nam integra diphthongus erat vel exstirpanda, vel exprimenda. Male igitur in vulgatis Καρθαῖς. Plurima exempla adduci possent, si erat operæ pretium, quibus emendatiunculam hanc adstruerem.

[60] Ἰβηρίας Καρθαία.] Hæc alio nomine Ταρτησσὸς Græcis, sed Latinis Carteia dicitur, teste Plinio lib. III cap. 1. Multi censent eandem esse urbem, quæ hodie Hispanis nominatur Tarifa, qua de re vide Mariannam de Reb. Hisp. lib. 1 cap. II & VI cap. XVII. Putant tamen alii esse oppidum, quod hodie Hispanis Algezira dicitur.

[61] Τὸ θηλυκὸν καλὸν τέχνῃ, Καρίδα.] Depravatissima lectio in omnibus editionibus circumfertur, τὸ θηλυκὸν καλὸν τέχνῃ Κάνεγγα. Veram ex codice Vossiano & Palatinis revocavimus. Homerus τὸ Κάειρα usurpavit Iliad. Δ.

Ὡς δ' ὅτε πὺξ ἀνὴρ ἰδυίῃσι μάχῃσι πεποιθὼς
Μαστὸν, ἢ Κάειρα, πικαλίην ἐρύσσεται ἵππον.

Et Herodotus lib. I: Οὗτοι δὲ οἱ τριακόντοροι ἐπλήρουν τὸν λοιπὸν πλοῦν, ἐπὶ Καύνου ἴσχον, τὸν ἐπιλέγουσι οἱ γηγενέες. Videtur tamen, Eustathium sua ætate τὸ ἰδίωμα in libris reperisse

γενικὴ Ἀπολλώνιος δὲ ἐκ τοῦ ι, ὀξυτονούμενος, ὡς τὸ ἐκεῖ παθῶν, καὶ ἐν τῷ ἐκεῖ ἡρώων. ἡ δὲ εὐθεῖα ἀναγκαίως, διὰ τὸ ᾱ βραχὺ λήγουσα. τὰ δὲ εἰς α βραχὺ λήγοντα, ἐκτεινόμενα, ὑπονοεῖ τὸ διὰ τοῦ ι φύσει, ἢ θέσει· Ἡρωδιανὸς μὲν ἐν μὲν τῇ ὀρθογραφίᾳ, [A] ἀμφίβολον αὐτὸ φησιν. ἐν δὲ τῇ καθόλου, χρῆσθαι ἴσασιν διὰ διφθόγγου. Συνημμένως δὲ τὸ ἐκεῖ ἡρώων Ἀπολλωνίου, διὰ τοῦ ι μακρόν. ἔστι δὲ ὅτε μὲν τὸ διαίρεσιν ἐκθλίψεως χάριν· οἷον, ἴαι, οἷδα παρ' Αἰολεῦσιν, ἀντὶ τοῦ οἶδα. ἡ [C] χρῆσις δὲ διὰ διφθόγγου, [D] ὡς τὸ συνεκβολῇ τὸ σώματος, ἀλεξήσας· λέγεται καὶ Κάρις. ἔστι γὰρ ὁ Ζεὺς [64] παρὰ Μυλασσεῦσι τιμώμενος, καρίνης, Καρίνα. ἐκαλεῖτο δὲ [65] καὶ ἡ Μεγαρικὴ ἀκρόπολις Κάρια, ἀπὸ Κάρητος τοῦ Φορωνέως. καὶ ὁ οἰκήτωρ, Κάριος. [66] ἔστι καὶ Ἰακόμη. ἔστι καὶ Καριάτης. ἔστι δὲ Καριάτης, καὶ Καρίς, ἀπὸ τῆς Καρὸς γενικῆς. [67] Καρὶς δὲ ἐλέγετο ἡ Κῶς, ὡς Ἑλλάνικος.

ἔστι

gum admiuit. Apollonius effert per I longum lib. v de Affectionibus nominum, & in libro de Generibus. Productio neceſſaria eſt propter penultimam. Nomina enim in A breve deſinentia, ſi derivativa ſunt, producunt penultimam vel natura, vel poſitione. Sed Herodianus libro de Orthographia tradit eſſe anceps: nam libro de Proſodia univerſali, uſum per αι diphthongum ſequitur: ubi vero commentatur in librum Apollonii de generibus per I longum effert. Nam aliquando poſt Diæreſin ſyllaba longa redditur, uti in ἴαμα pro, ἴαι quale, εἶδα novi, apud Æoles pro οἶδα. Sed uſus diphthongum admittit per ſynecdromen, uti in σώσας ſervatrix, διώκας perdirrix. Dicitur etiam Carius, hoc enim nomine Jupiter apud Mylaſſenſes colitur, & fœmininum Caria. Præterea Megarenſium arx Caria vocatur, a Care Phoronei filio, cujus incola Carius. Dicitur quoque Carina, & Cariata, & Cariatis & Caris, quod deducitur a genitivo Καρός. Caris etiam appellabatur Cos, uti Hellanicus perhibet.

Eſt

peſſe, ſed cenſens lectionem parum probam, eam interpretando lenivit, ſic enim ille ad Iliad. B Πελασγοὶ δὲ οἱ Κᾶρες· ἀπὸ τοῦ ἰθυτικοῦ, ἀμφιβάσεις φασὶ τοὺς εἰκαῖοι· τὸ δὲ βάρβαροι ἀπὸ τοῦ βάρβαρος, ὁμοῦ τίγρεως, Καῖρα, τὸ δὲ Δία λιπεῖν ἔοικε τὸ ι· ὁ δὲ χρῆσις, τάχα τὸ διφθόγγου ἴσχ, ὡς τὸ παρ' Ὁμήρῳ, Μενοίτιος δὲ Καίρατος· παντελῶς μὲν φασὶ περὶ αὐτοῦ, ἀλλ' ὅμως. Verum obſervatione non indignum eſt, hîc ab Euſtathio legi Καῖρα, & non Κάειρα. Sed mihi mendum latere, & ex ſequentibus evidentiſſime emanſurum poſſe, τὸ Κάειρα paſſim præferendum.

[A] Ἀμφίβολον αὐτὸ φησιν· ἐν δὲ τῇ καθόλου, χρῆσθαι φασὶ διὰ διφθόγγου.] Hic locus peſſime in vulgatis libris exturpatus, ut ſenſus tanta commoditate vix elici poſſit. Et libri MSS parum juvabant ad ejus illuſtrationem. Cod. Voſſianus: ἀμφίβολον δὲ ἐστὶ τῷ ἐμπίπτοντι, ἐπεὶ φασὶ διὰ διφθόγγου φασίν. Quaſi Herodianus lituram contignaverit, cujus index erat ἐμπίπτοντι, quod nemo ſibi imaginetur. Allegatur ſæpenumero Herodiani liber, cui titulus eſt Καθόλου, a noſtro aliiſque hiſtoribus brevitati ſtudentibus: ſed integer eſt, Περὶ καθόλου προσῳδίας. de Proſodia univerſali. Ingenioſiſſime fallitur Xylander, & alii cum ipſo, cenſentes hanc eſſe genuinam epigraphen, Περὶ τῶν καθόλου χρήσεως. Cum hac lectione vox χρήσεως referenda ſit ad τὸ ἐμπίπτοντι, non vero ad τὸ καθόλου. Vide Stephanum in voce Ἐρυθραί pag. 356. Comment. 40, ubi omnia clamentaplumantur.

[B] Καὶ παντελῶς περὶ τοῦ.] Euſtathius olim legiſſe videtur: καὶ παντελῶς περὶ τοῦ, uti liquet in verbis jam allegatis, & omnino non improbandum, ita enim Stephanus in voce Ἄγκυρα pag. 23. Ἔστι δὲ παρὰ τὸν Ἀγκυρικὸν παντελῶς περὶ τοῦ Σαφρικός, Ἐπιρρικός. Duplicem ſtatuit Grammaticis παντελῶς, alterum τὸ ῥᾳδιούργημα, alterum τὸ πάντων. Hæ quia non paſſim ſunt obviæ, & rarius apud auctores occurrant, exemplum unicuique ex Etymologici Mag. auctore ſubjicere placuit. In voce Ἀ ἀρχή, de Synecdrome verborum ita ſcribit: Ἄαπερ γὰρ τὸ βίβας, ἐμπλοκωτάτως ὑπὸ ἐπῳδοῦ, ἔφερε δὲ παντελῶς ἀπολεῖς, καὶ ἀπὸ παντελοῦς ἀφῄρηται ἄαπερ, ὡς ἐκ τοῦ, Διόθεν φίλοι, ἢ ξεῖνοι ἱκάνουσι· οὕτω τὸ ἐπιβίβασον τὸ, καὶ παντελῶς ῥᾳδιούργημα τὸ ῥᾳδιούργησον ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον. Et de Synecdrome caſuum in Ἀ ἀρχή· Τὸ δὲ ἀλφίτου ἐστὶ δίφορον, τὸ μὲν ἀπὸ πτώσεως, δότε τῷ ἀλφίτου· τὸ δὲ ἀπὸ ὀνόματος, χάριν) καὶ ἀπὸ παντελοῦς τοῦ σύνεστι πτῶσις ἐστὶν ἐμφάσεως. Præcedit vocativus δώσειν. Ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λαμβάνει μὲν τὸ

τοῦτο, ἵνα παντελῶς περὶ τὸ ἄρτος· κόπτεται, τὸ δὲ ἄρτος, ἐλλείπει· τοῦτο δὲ παντελῶς, τὸ δὲ πολυσημείως, ὥστε ἐκ παντὸς τοῦ αὐτοῦ χρῆσθαι αὐτοῖς· ἴσως ἐστὶ Σοφέως· τοῦτο δὲ ὁ λέγεται πολυσημείως παντελῶς τὸ αὐτὸ, ἵνα δείκνυσι, ὡς κόπτεται. His itaque bene penitatis, mentem Stephani in hiſce verbis ſic percipiendam cenſeo: illud ſcilicet fœmininum Καίρα, de quo tam proliſam orationem inſtituit, καθόλου παντελῶς derivatum eſſe a voce Καῖρ, uti a vocabulo παντελῶς παντέλης, & ab ἁπλῶς ἁπλέης. Vide præterea, quæ in principio hujus ſectionis ad illuſtrationem ex Euſtathio adduximus.

[64] Καρὶ Μολασσεῦσι.] Innuit tenuiſſe noſter locum Herodoti lib. 1: Ἀπόδεξιῶσι δὲ οἱ Μολασσεῖς Διὸς Καρίου ἱρὸν μέγιστον. Jovis Carii etiam Herod. meminit lib. v: Θῶμα δὲ ἐστὶ συγγενὲς καὶ Διὶ Καρίῳ.

[65] Καὶ ἡ Μεγαρικὴ ἀκρόπολις Κάρια.] Fœdiſſimum mendum hoc in loco codices vulgatos occupat. Xylandriana: καὶ ἡ Μεγαλικὴ ἀκρόπολις Καρία: & editiones priores, Veneta & Florentina: Καὶ ἡ μεγάλη ἀκρόπολις Καρία. Cod. Voſſianus nobis ad inveſtigandam veram lectionem facem accendit: ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Μεγάλου ἀκρόπολις Καρία. Verum pro Μεγάλου, unica mutata litera, reſcribendum Μεγάρων, quæ indubitata & certiſſima eſt lectio: nam Megarenſium acropolis Caria dicebatur, teſte Pauſania in Atticis: Μετὰ δὲ τὰ Δηλιακὰ τὸ τρίβωνα ἐς τὸν ὑπερκείμενον τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διὸς τοῦ Καρίου τὸ Φορωνέως, ὃς ἐς ἀνὴρ ἦν Καρίων. Verum enim vero, ut de hac emendatione ſimus certiſſimi, & nulla dubitandi anſa relinquatur, adſtat præſtantiſſimum locum Euſtathii ex comment. ad Iliad. B. ex quo luce meridiana clarius evincetur, germanum nos Stephano ſcripturam reddidiſſe, ita enim ille ex Ethnicographo: Ἡ δὲ Ἑλλάνικος φησὶ Κᾶρ τὸν Φορωνέως· ἀφ' οὗ Καρία ὀνομάσθη ἡ ἐν Μεγάροις ἀκρόπολις ἡ ἐν Καρίᾳ, ἡ Καρίη λέγεται, ἡ Κασία δέ φασι· ἀπὸ δὲ ἡ Κῶς Καρὶς ἐλέγετο καθὰ τὴν ἐπιλεξίδιον τοῦ Ἡσιόδου.

[66] Ἔστι δὲ Καρίνη.] Sic mulier Carica appellatur. Euſtathius ad Iliad. Δ: Καίρην δὲ γράφει ἡ Καρίη καθ' ὑπερθεσιν τοῦ μ. ἡ Καρίνη, ἀπὸ τοῦ Καρίου. Hinc Καρίνης mulieres præficæ, mercede conductæ ut lectum facerent, & mortuos ad ſepulturam lugubri cantu proſequerentur. Heſychius: Καρίνας, θρηνητρίας γυναῖκας· αἱ τὰς κλίνας τῶν τεθνηκότων ἐστρωννύουσαι· ἀπὸ τῆς παρὰ Καρσὶ γενομένης. Vide præterea Suidam in Καρικὴ μοῦσα.

[67] Καρὶς δὲ ἐλέγετο ἡ Κῶς.] Noſter in voce Κῶς, ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Καρίη. Verum eo in loco delere legi Καρὶς, deinde tollendemus.

Ll 2 ἔστι

[68] Ἔστι καὶ Φρυγίας πόλις Καρὶς, καὶ Καρίδες. Τὸ ἐθνικὸν Καριδάδις, ὡς Ἀρκαδάδις. Τὸ διὰ τοῦ τ πεζῶς, Καρίτης. Τὸ Καρῶν τὸ κλίνιον, Καρικός. Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ, τὸ Καρικὸν ἔθνος [69] δοκιμώτατον.

ΚΑΡΙΚῸΝ, [70] τόπος ἰδιάζων ἐν Μέμφιδι, ἔνθα Κᾶρες οἰκήσαντες, ὕστερον μιγάδες ἐξ αὐτῶν Μεμφιτῶν ποιησάμενοι, Καρομεμφῖται ἐκλήθησαν.

ΚΑΡΙΚῸΝ [71] ΤΕΊΧΟΣ, πόλις Λιβύης ἐν δεξιᾷ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, ὡς Ἔφορος πεντεκαιδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν Καρικοντειχίτης.

ΚΑΡΚΙΝΊΤΙΣ, [72] πόλις Σκυθική· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. οἱ κατοικοῦντες, Καρκινῖται.

ΚΑΡΜΑΝΊΑ, χώρα τῆς Ἰνδικῆς· Σπεύσιππος πεντεκαιδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Καρμάνιοι, καὶ ψιλωτικῶς καὶ διὰ τοῦ ι· [73] καὶ Καρμανοί. καὶ Καρμανίς. ἔστι καὶ Καρμανία νῆσος, [74] ἡ ἀπὸ τοῦ Καρμάνου.

ΚΆΡΜΗΛΟΣ, [75] ὄρος δυσημερὸν τὸ ἐθνικὸν Καρμήλιος, ὡς Μῆλος Μήλιος, [76] καὶ κυρίως ἐντεῦθεν [77] τὸ ἐθνικὸν, ὡς ἀπὸ πλησίον.

ΚΆΡΜΙΝΑ, [78] νῆσος Ἰνδική. τὸ ἐθνικὸν ὡφείλε Καρμιναῖος. εὑρίσκεται δὲ Καρμῖνοι.

ΚΆΡ-

Est & Phrygiæ civitas Caris & Carides, cujus gentilis Caridensis, uti Arcadensis. Exlege artis fit Carita. Carum posticissimum est Caricus, quo Herodotus libro 1 utitur: Caria gens celeberrima.

CARICUM, locus peculiaris in urbe Memphi, ubi Cares habitantes, cum Memphiris matrimoniis contractis, Caromemphitæ appellari sunt.

CARICONTICHOS, Caricum murus, urbs Libyæ ad sinistram Herculeorum columnarum, cujus Ephorus lib. v meminit. Gentile, Caricontichita.

CARCINITIS, urbs Scythica, de qua Hecatæus in Europa. Incolæ, Carcinitæ.

CARMANIA, Indiæ regio, de qua Strabo libro quinto decimo. Gentile, Carmanii, quod genere fœminino & neutro in us est. Dicuntur etiam Carmani & Carmanis. Est quoque Carmana insula, quæ a Carmanis nomen habet.

CARMELUS, mons tempestatibus obnoxius. Gentile, Carmelius, uti Melus Melius. Et proprium inde formatur. Gentile, idem est.

CARMINA, Insula Indica. Gentile debebat esse Carminæus. Sed invenimuntur etiam Carminii.

CAR.

[68] Ἔστι δὲ Φρυγίας πόλις Καρίς.] In vulgatis omnibus censeo pessimo errore legi: Ἔστι δὲ Φρυγίας πόλις Ἀκαρίς. Conf. Vossianus: Ἔστι δὲ Φρυγίας πόλις Ἀκαρίς. Unde transpositione unica litera Καρὶς legendum conjicio. Hanc Ephorus apud Athenæum lib. XIII circa Chium statuit, & perhibet tempore Deucalionis, duce Macare, fuisse conditam; ita enim ille: Περὶ δὲ τῶν Καριδῶν, ἔστι δὲ πόλις ἐν Καρίδῃ τῇδε Χίου πλησίον, Ἔφορος ἐν τῇ τρίτῃ ἱστορεῖ, κτίσαι μὲν αὐτὴν τοὺς ἀμφὶ Μακαρέα ἐκ δὲ ταύτης ἀποικίαν ἐλθεῖν εἰς Δαύνιον τῆς Ἰταλίας καὶ κατοικῆσαι μετὰ Μάγνητας. ἔστι μέντοι καὶ ἡ πόλις Καρίδες.

[69] Δοκιμώτατον.] Hodie in Herodoti vulgatis λογιμώτατον legitur libro I: Λέγει δὲ Μίνω καθηγεμονίην γενέσθαι πολλήν, καὶ δὴ καὶ τῶν νήσων, τὰς Κυκλάδας ἐοῦσας τὰς πλείους, τὰς Καρῶν ἐξελάσαι καὶ τοὺς ἑωυτοῦ παῖδας ἀντὶ τούτων κτίσαι ἀρχέας.

[70] Τόπος ἰδιάζων ἐν Μεμφίδι.] Evidentissima antiquorum scriptorum auctoritate constat, Caras olim quandam Ægypti partem incoluisse. Ptammetichus Ægypti rex Ionibus Caribusque loca quædam habitanda concessit ad mare supra Bubastin, ubi Pelusium erat ostium: Verum Amasis eos postea in tui custodiam contra Ægyptios Memphin transtulit: unde fortasis locum illum habitationi concessum, Caricum appellarunt. Historiam lege apud Herodotum lib. II.

[71] Καρικὸν τεῖχος, πόλις Λιβύης.] Hannonem regem Carthaginiensem hæc urbs conditorem habet, uti ipse refert in Periplo, si is auctor non sit spurius: Τῶν δὲ Λιβύων τινὲς ἐπὶ τοῦ Ἀτλαντικοῦ κόλπου πόλεις ἔκτισαν, καὶ μεταξὺ πόλεις ἀπὸ τῆς Ἡλιούπτης καλουμένης Καρικὸν τεῖχος, καὶ Γύτταν, καὶ Ἄκραν &c.

[72] Καρκινῖτις, πόλις Σκυθική.] Contra aliorum scriptorum fidem in omnibus editis hæc urbs Καρκίνης vocabatur, quam terminationem mutandam esse nullus dubito. Herodotus lib. IV. Ἔστι δὲ Γύτταρχος ποταμὸς, ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐκ λίμνης, ὁρμώμενος δὲ διὰ Νομάδων Σκυθέων, ῥέων, ἐκδιδοῖ κατὰ Καρκίνιτιν πόλιν. Et eodem lib. apud eundem: Λίμνη ἐστὶ μεγάλη Σκυθικὴ ἐπὶ θαλάσσης αὐτοκρύφου κειμένη, καὶ τῆσδε λίμνης πόλις ἐστὶ, τῇ οὔνομα ἐστὶ Καρκινῖτις. Plinio & Melæ *Carcine* dicitur, & sinus *Carcinites*. Pl. vide lib. IV cap. XII, & Mel. lib. II cap. I.

[73] Καὶ Καρμανοί.] Pallim sic eos vocat Mela lib. III cap. VIII: *In ipso Carmani navigantium decore pelles sine vestis ac fruge, sine pecore aut sedibus, pellibus aut se velant.*

[74] Ἡ ἀπὸ τοῦ Καρμάνου.] In omnibus editis, ἡ ἀπὸ Καρ. Sed cum adipiratione legendum, ut καὶ commodius Censeo hanc eandem esse insulam, quam noster in sequentibus *Carmanam* vocat.

[75] Καρμήλος, ὄρος.] Qua in regione mons fuerit dictus, Epitomator non addit. Hesychius: Κάρμηλος ὄρος τῆς Φοινίκης. Erat in Phœnicia non procul a mari prope Ptolemaidem. Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. III. Διατρεφόντων αὐτὸν πατρὸς μὲν ὄντος Ἀρχίου τῶν πρώτων καθεστώτος ἐν τῇ νῦν Καρμήλῳ καλουμένῃ ὑπὸ Φοινίκων, ὄρει δὲ ἐπιμελῶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων τιμωμένῳ καὶ τὸ θεῖον. Sed fuit & alius hoc nomine mons in tribu Judæ prope Hebronem, ad oram borealem hujus Asphaltitis. Utriusque montis in SS frequens mentio.

[76] Καὶ κυρίως ἐντεῦθεν.] Hæc verba & quæ sequuntur, ne verum fatear, vehementer mihi non suppetit, qua ratione iis medicina sit facienda, nec ignoro, nec agnosco. Fortasis legendum, ἐκ τοῦ ἔθνους. Nam ibi antiquissimum templum extruxit, liquet ex Jamblicho verbis, jam proxime allegatis. Nihil quis velit Carmelo Dei proprium nomen intelligere. Suetonius Vespasianum *Apud Judæam Carmeli Dei oracula consuluisse, et confirmasse certa fore.* Tacitus II Histor. *Est Judææ mons Carmelus. Ita vocant montem, Deumque.* Strabo Geographicus Carmelum. *Ita vocant montem, Deumque.*

[77] Τὸ ἐθνικὸν, Καρμήλιος.] Illud genitale inveni apud Phocam in Itinerario: Μετὰ τοῦτο ἐν τῇ Καρμήλῳ ὄρει ἐστὶ πόλις λεγομένη Καρμήλιος ἀπὸ τοῦ ὄρους ἐκείνου. Sed ut ipse eandem esse censeo, quæ a nostro supra *Carmina* vocatur.

[78] Νῆσος Ἰνδική.] Marciano Heracl. *Carmana* dicitur in Carmanix periplo, ita enim [illegible] Ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Καρμανίας νῆσος Καρμανία. Sed ut ipse eandem esse censeo, quæ a nostro supra *Carmina* vocatur.

ΚΑ΄ΡΝΑΝΑ, πόλις [79] Μινυαίων ἔθνους, A
Ἑκαταῖος ἐρυθρᾶς θαλάσσης. οἱ πολῖται, Καρναναῖοι. Σύνηθες δὲ Καρναναίων καὶ Καρνανίτης φησί.

ΚΑ΄ΡΝΗ, [80] πόλις Φοινίκης, ἀπὸ Κάρνου τοῦ Φοίνικος, ὡς ἱστορεῖ Φησίν. ὁ πολίτης, Καρνίτης. Λυκόφρων. B

Οἷ λοιπὸ ναῦται πρῶτα Καρνῖται κύνες.

ἔστι δὲ ἄλλη Αἰολίδος, ἧς τὸ ἐθνικὸν Καρνεῖος, τὸ κτητικὸν Κάρνιος τρισσυλλάβως. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἐν τῷ δεκάτῳ βιβλίῳ φησίν. Ἔστι Κάρνος, καὶ συνεχὴς Πάλτος, εἶτα Γάβαλα πόλις· καὶ [81] ἀναλόγως τῷ Καρνίτης. C

ΚΑΡΝΙ΄Α, πόλις Ἰωνίας· Νικόλαος τετάρτῳ.

ΚΑ΄ΡΝΟΣ, [82] νῆσος Ἀκαρνανίας. Ἀρτεμίδωρος β΄ γεωγραφουμένων. τὸ ἐθνικὸν, Κάρνιος.

ΚΑΡΟ΄ΠΟΛΙΣ, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος Καρικῶν πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Καροπολίτης. D

ΚΑΡΟ΄Σ κῆπος, χωρίον Θρᾴκης. Θεόπομπος ν΄. τὸ ἐθνικὸν Καροκηπίτης, ὡς αὐτός.

ΚΑΡΟΥ΄ΕΝΤΟΣ, πόλις Λατίνων. E
[83] Διονύσιος β΄ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. ὑπὸ δὲ γράφεται Καρύεντος, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Καρυεντανός.

ΚΑ΄ΡΠΑΘΟΣ, νῆσος [84] πλησίον τῆς Κρήτης. Διονύσιος,

Κάρπαθος αὖθ' ἑτέρωθι, πρὸς ζόφον. F
ἐγγύθι δ' αὐτῆς
Κρήτη περήεσσα.

ἀ οἰκή-

Hinc est quod existimarunt veteres, Oceanum cæli stellarumque motum efficere & perficere, ut annotavit Eustathius ad Iliad. E. Ἐκ τῆ τοιούτε ἀκούειν, πολλοὶ παραλαμβάνουσι τὴν γῆν, ὡ ἀεῖσθαι ἀνέχοντας, ἢ εἰς αὐτοὺς αὐθὶς δύοντας· ὅτι ἢ ἴσον κυκλεῖσθαι, ὡς δὴ ἀπὸ τῶν ἀφίξεων αὐτῆ ἄσον γινομένων, ἢ ἢ οὐσίας αὐτόνομον τοῖς ἄστροις κινήσεως. Sed commodior, quin imo verior mihi hæc etymologia videtur, si deducatur ἀπὸ τῆ οὐσίας κέειν, quam etiam sequuntur alii geographi. Agathemerus (quem obiter emendabimus gravi mendo laborantem) lib. I. cap. I. Ὠκεανὸς ἢ ἀπὸ τῆ οὐσίας αὐτῆν κύκλῳ τὴν γῆν. Et quæ hæc est versio, quam interpres his verbis affinxit? *Oceanus dictus ab æstuum terras undique pulsantium concitatione.* Legendum: Ὠκεανὸς δὲ ἀπὸ τῆ οὐσίας κέειν κύκλῳ τὴν γῆς. vertendum simpliciter: *Oceanus autem dictus est a celeriter circum terrarum orbem fluendo.* Nam ἀκύειν & ἀκύτατον, quæ sunt synonyma, veteres usurpabant de perficiendo motione cœli & stellarum, quas efficere Oceanum existimabant, adeo ut in Agathemero insana & corrupta sit illa phrasis ἀεῖσθαι τὴν γῆν: pro qua κέειν κύκλῳ τὴν γῆς reponendum: nam apud nostrum τὸ κέειν δῆ ῥεῖν, ut & apud Hesychium: Νάειν, ῥεῖν. φλύζειν. Præterea emendavi κύκλῳ τὴν γῆς siquidem adverbium illud gignendi, non vero accusandi casum requirat. Xenoph. κύκλῳ τὸ στρατοπέδε *circum castra*, sic κύκλῳ τὴν Ἀττικὴς *circum Atticam* apud Aristot. Hesiodus - - - - περὶ ἢ σφέων ἄγχουσι ἔχει. Ubi interpretes: πυκνῶς δ' ἀυτῶν ἐκάλυπτε ὁ ὄζῳ τὸ αὐχὴ. Sic pro κέειν alii usurpant νέειν, inter quos Phornutus capite de Oceano: Ἔστι ἢ Ὠκεανὸς μὴν, ὁ ἀεῖσθαι πάν κύκλῳ ἀεὶ ῥοῆς μεταβάλλων.

Ὤλενος, πόλις Ἀχαΐας.] Non tantum masculino & fœminino, ut noster perhibet, sed etiam genere neutro oppidi nomen prolatum inveni apud Lycophronis Scholiast. Περὶ ἢ τούτων τῶν πόλεων, ἔστι τῶν Θεμιστίου, ἢ τις δῆ πάλαι Λακωνικὰ, ἢ τὰ Ὤλενος πόλις Ἀχαΐας &c. addit quo tempore & modo perierint hæ civitates: Καὶ ἀφάντων γεγόνασι χρόνῳ πολῦ, ἢ ῥῆγμα ὁ δῆ Διονυσιόδωρος καταλαμβάνει, ἢ ὕστερον ὑπὸ σεισμῶ καταποντισθῆναι. Strabo tamen lib. VIII. memoriæ prodidit, hujus urbis monstrari vestigia inter Patras & Dymen. Hujus urbis etiam meminit Apollod. lib. I.

Σφενδόνη δὲ Γυναῖον.] Salmasius ex Ms. emendat ἐν Γυναίῳ, & sic quoque video variis in locis hanc Sophoclem fabulam ab Hesychio citari. Pollux lib. 4. cap. XVI: Σφενδόνη ἢ ἐνταῦθα ἐν τῶ περὶ ἐνιαύσιον ἀμίλλας πολῦ συγκειμένε, οὗπερ ἐν Γυναίῳ. Eandem ego Γυναῖον & Γύναιον fabulam fuisse existimo. Videsis Casaubonum ad Athenæum. Habes hic, Lector candide, observationes quasdam Paternas, quas nunc temporis dolor ex morte illius tam accurate in vestigare, neque ad manus Clarissimi Gronovii pervenire sivit, quæque ne æternæ oblivionis tumulo conderentur, nunc publicari curavi, ut omnes, quæ hucusque reperire licuit, ederentur, & quamquam non prolixæ, tamen publico haud inutiles fore confido. Hæc sunt, mi Lector, quæ, ut scires, volui. Tu interim hisce fruere, & Vale.

FINIS.

JANI (A. F.) BERKELII
PIETAS
IN
VINDICANDA FIDE
PATERNA.

Q. D. T. O. M. B. V.

VIRO AMPLISSIMO

MENTIS ALTITUDINE & RARA ERUDITIONE

CONSPICUO

ANTIQUITATUM SCRUTATORI INDEFESSO

ET

INGENII MONIMENTIS

INCLITO.

STUDIORUM MEORUM FUNDATORI

UNICO

JACOBO GRONOVIO

IN

ACADEMIA LUGD. BAT.

ELOQUENTIÆ, HISTORIARUM, ET GRÆCÆ

LINGUÆ

PROFESSORI ORDINARIO

H. T. UNIVERSITATIS EJUSDEM

SECRETARIO

OB

INGENTIA, QUIBUS ME MEOSQUE

PROSECUTUS EST, BENEFICIA

ET

DEBITAM, QUAM EXHIBERI OPORTET,

REVERENTIAM

SESE SUOSQUE ET HUNC

PARTUM PRIMO-GENITUM

SI NON QUA DECUIT

SALTEM QUA POTUIT

REVERENTIA

L. M. Q.

D. D. D.

JANUS BERKELIUS, ABRAH. FIL.

JANI (A. F.) BERKELII
PIETAS
IN
VINDICANDA FIDE
PATERNA.

Miraberis forſan, non cuivis exploratæ doctrinæ Vir, quod hujus curtæ ſupellectilis limen nomine tuo ſit exornatum, & quod tantos ſpiritus, tantamque in me admiſerim elationem animi, ut homo in primo ætatis flore, nulliſque ingenii dotibus clarus, & principum in Repub. virorum Tuique ope atque conſilio indigens, beneque mihi conſcius quam parum ſim in litteris dandis peritus, tamen Tibi, Viro Clariſſimo, ſtudiorumque meorum Promotori Meritiſſimo has exarare ſuſtinuerim, & fortiori, cui reſiſtere omnino non poſſum, provocatus & irritatus tamen, occurrere ſuſtinuerim. Verum intellecto mentis meæ ſcopo atque propoſito, & fine, ad quem tetendi, explicato, procul dubio admiratio ſuſpendetur.

Non poteris, Virorum ſumme, vivere immemor, familiaris aliquando inter nos colloquii, in quo auctor mihi perſæpè fuiſti, ut vel publice vel privatim negotium aliquod ſuſciperem, & ſpecimen indolis meæ ederem, ſignificans, optima ſæpenumero ingenia laborem ſubterfugiendo, & inertiam ſequendo corrupta eſſe, quia nihil eſt in rerum natura, quod tam noceat hominibus ratione præditis, quam ſi ingenium, quo neque melius neque præſtantius a Deo nos mortales ſumus conſecuti, pigritia atque ſocordia torpeſcere ſinant operis ſui dilatores inertiſſimi. Quocirca ego huic malo, quantum potuero, obſiſtere volens, ne me totum inertiæ viderer tradidiſſe, animum meum ad ſcribendum appuli; tum ut ingenium meum minime exercitatum promptius efficerem, quoniam non alia re certius docentur homines quam uſu atque exercitatione; tum ut Te animo meo Chariſſimum ſalutarem, Tecumque de negotio, quod nunc aggrediar, diſſererem.

Dum autem undiquaque obverto oculos & circumſpicio, quam mihi in ſcribendo proponerem materiam, non facile dixerim, utrum Divinitus, an alio aliquo modo mihi Humanitas Tua indicaverit, fuiſſe aliquem, qui Parentis mei nomen proſtituerit, & nonnullos Stephanianos, ab Parente profligatos labores Theonino dente arroſerit, præſertim quum ad illam peragendam non parvum momentum quoque adderet mors Gaasbekii, Parentis Stephani Typothetæ, ſed jam alio potiti hero, qui & ipſe novis quibuſdam ornari vellet Stephanum. Quocirca, ut decentis pietatis manibus litem, & pro viribus vindicem febricitantium nonnullorum deliramenta, Harpocrati amplius litare non valens, ſequentia mihi exequenda cenſui.

Luſtrum jam eſt & quod excurrit, Vir Clariſſime, quod ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΕΘΝΙΚΑ Parentis mei nomine, τὸ τρισμάκαρ, luce publica frui ſiveris, poſtquam & omnia fide bona collecta, & quæ marginibus prout erant illita, tradidiſſes Typographo prelis ſubjicienda, quoniam & maximam partem, ut videre eſt, abſolverat: pro quo certe beneficio ne ingrati animi vitio laborare viderer, nec alius quiſpiam ejus σημεῖον aliquo colore objicere valeret, tantas, quantas animo & mente concipere,

καὶ δύναμαι διὰ μέλανος καὶ καλάμου σοι γράψαι, habeo agoque gratias, cujusque me haud immemorem fore confide, dummodo ad solidum & masculum eruditionis pervenerim fastigium: neque ficta pro veris trado, firmiter enim apud animum decrevi meum vicem tibi reddere, ubi occasio commoda sese dederit, & ab hinc igitur in ære tuo manebo, donec volvenda dies ἀντίδωρον aliquod obtulerit.

Sæpe numero autem, Vir Doctissime, ex Gaasbekio hujus operis Typotheta, aliisque audire contigit (non enim lubens admiserim) quasi Parens meus solus in causa fuisset, quod hic liber tantum temporis sub prelo sudaverit, & non prius juris publici factus fuerit. Verum, ut scias quam fucata sint omnia, & quod non tam illius causa, quam quidem etiam Typographi vitio acciderit, paucis expediam. Atramento & charta vix exprimi potest, quantæ negotiorum moles per plurimos annos ipsi (ut Venusini Poëtæ verbis utar) circum caput salierint & latus, ut vix pedem potuerit movere, multo minus promovere. Pater enim, cum præter omnem rationem & fas summam injuriam per aliquot annos passus fuisset, nec ejus amplius patiens, debitores iniquissimos in jus vocasset, ad quod peragendum vel Pater vel alius quispiam ex creditoribus præsens postulabatur, ideoque ipse nonnunquam hieme anni frigidissima iter illud haud exiguo discrimini obnoxium confecit, & toties repetiit, ut interdum intra duorum annorum spatium vix sex integros menses in urbe fuerit, neque patriæ glebæ adhæserit, sed in aliis locis longe distantibus, & alio sub cœlo positis, causæ promovendæ gratia degere, atque dulcissimis Musis valeredicere necesse habuerit. Inde reversus, postquam & frequentibus itineribus fractus, instar Sisyphi, ad lapidem istum rotandum iterum sese accingeret, non semel sed sæpius ipsum prædicantem audivi: se multis partibus malle caris capitibus Musis atque Stephano vacare, quam hujusmodi litigiis detentum hærere. Et sicut ex Philosophorum numero aliquis nihil magis in voto habuit, quam cognoscere cœli materiem, eamque manibus suis contrectare, seque tum lubentissime mundo mundanisque rebus velle renuntiare & mori: idem ferme ab ipso pronuntiatum scio, si operis illius molestissimi optatum τέλος contingere ipsi licuisset: imo tum saltem liberiore aëre fruiturus, ipsam Deorum vitam assecutum existimasset.

Hæc autem, Vir CL., quidem maxima & præcipua hujus operis diuturnitatis causa est; verum & accedit insuper, quod ex illo tempore, quo horridis bellis & discordiis civilibus dulcissima patria in arctum red gebatur, sub prelo non sudaverit, sed friguerit, quod potius temporum diritati & truculento Marti, non duntaxat doctorum hominum & bibliopolarum commercia, sed & cuncta totius Europæ negotia tunc temporis disturbanti, est imputandum, quam quod alteruter accusetur: cui enim (horret animus, luctuque refugit) in se tanta maneret constantia, ut neque tubarum, neque tympanorum undique sonantium clangore, neque imminenti hostium rapina, a proposito suo dimoveretur? Ex hisce igitur facillime, ni fallor, apud te ratio constabit, quid ipsi occasionis superfuerit ad inserviendum amicis, quidque animi & mentis ad insudandum studiis & Stephano, quem omnes per orbem terrarum Docti ex MSStis emendatum flagrantissime desiderabant. Fieri enim non poterat, ut [quod est in veteri verbo] ex una fidelia duos dealbaret parietes; quanquam & me non fugit viros doctos satis multos, inter quos nec Tu minimum occupas locum, auctores ipsi fuisse, ne tam operosis librum oneraret commentariis, sed potius ex MSS Cod. restitutum lectoribus redderet. Habes jam & alteram hujus tarditatis causam, quanquam & per se Tibi forsan sunt notissimæ, verum ut & alii sciant has ad Te exarandi formaveram consilium.

Quod

Quod autem ad Typographium adtinet, cujus promiſſa non ſolum Parens, ſed & ego ſæpius vento quovis leviora comperi, hic nonnunquam papiri cauſabatur inopiam, nonnunquam ſatius ducebat nummos, quam chartas nondum conſummati operis cuſtodire; notæ enim ſunt illorum & plerorumque librorum, quos procudere magis illis volupe eſt, rationes, & meum de illis ferre judicium non ſuſtineo.

Reſtat autem nunc, ut paucis agamus de Stephano, qui (ut ita dicam) merum Parentis mei fuit delicium, adeo ut nullus fere auctor exſtiterit, quem majore φιλοτιμίᾳ ſuſceperit, quam hic Stephanus, tam in exornanda nova verſione, quam in illuſtrando commentariis. De his nihil dicam, alii judicent. Utinam vero ſupremo rerum humanarum arbitro placuiſſet Parentis mei vitam tam diu prolongaſſe, donec moleſtiſſimi illius operis optatum πέλος tandem videre potuiſſet, & ut ſic totus in integrum ferme reſtitutus Stephanus (abſit verbis jactantia) ex Variana quaſi clade & Cannenſi pugna prorſus evaſiſſe videretur! multæ enim lacunæ (& quem numerum illis dabo?) ab ipſo fuiſſent repletæ: & ſic novo quaſi veſtitu in litterarum Orbem prodiiſſet.

Tanto juſtius hoc optaverim, quod res publico inutilis futura non fuiſſet, ſi judicium ejus de Luſitano ejuſdem Stephani editore, quod aliquoties ex illo audivi, Chirographo ipſius firmari potuiſſet. Nam quum is tanto molimine rem aggrediatur, quaſi ſolus Herculem debellaturus, tamen loco almæ lucis, ut plurimum illi Cimmerias certe tenebras offudit, nunc male alia intelligens, peſſime alia interpretatus, modo etiam conjecturis minime certis ſine ope Mſſ. codicum (tanquam veritus ne Criticus videretur, & præoptans temeritate & frigidiſſimis hariolationibus arceſſere ſibi digniſſimas pœnas) abutens, ut vix unquam ex carbonibus & cineribus, quod tamen fieri aliquando ſolet, ignis effulgeat, præſtito tamen, quod ille potuit, quum non omnes Catones aut Ariſtarchi naſcamur. Horum quædam diſcutere apud animum decreram meum, ne Viri hujus præſtantiſſimum ingenium, excellentiſſima induſtria, & perſpicaciſſima ſagacitas, diutius in occulto laterent, niſi mihi Humanitas Tua ſignificaſſet, me ſimul oleum & operam in hac re perditurum, quum ſint erudito Orbi notiora, quam ut oſtendi debeant, nec oporteat in tam annoſa invehi, & ita ſeſe obfirmaverit, ut inde quid detrimenti noxæve capere non valeat.

Et quanquam hæc etiam per ſe forſan non fuiſſent tam ſpecioſa, ut perpolito & excellenti Tuo ingenio ſubjici mererentur, & noverim quam impar ſim Cenſoriæ virgæ, ſed tamen ætas aliquo judicio & deſultoriâ utique rerum antiquarum lectione firmata, ut hæc perpetrarem impuliſſet, & ſimul ut ſcirent homines, quot paraſangis alias excederet ultima hæc editio.

Verum nunc alia ſeſe offert rerum facies, adeo ut his ſuperſedere, & aliis immorari conſultius videatur. Poſtquam enim Parentis mei Stephanus jam fere per luſtrum lucem publicam viderat, inveniri aliquem, qui inſtar alterius non ὄμηρε ſed μακαρομάσιγος laborem parentis reprehenderet, ut inde ſub prætextu quarumcunque minutiarum ſibi aliquam cauſam ſcribendi liguriat, & ex muſtaceo laureolam carpat, miratus ſum magis quam credidi. Præterea quum ex veteri verbo didiciſſem, cognatione moveri invidiam, & temerarium eſſe, ſiquis invehat inflatior in ſcripta, quæ jam per tot annos in omnium manibus fuerant; perquam neceſſarium duxi hominis noſtri cor calidum frigidis paululum temperare, & fabam illam, quam in Parentis capite cudi voluit, in ipſo potius curare cudi. Id pau-

cis quantum in nobis fuerit, abſolvemus. Verum quum mecum reputo, quam ardua res ſit, ut aliquis ſe talibus immiſceat, ex quibus haut facile emergendi, ſed è contrario potius ſuccumbendi datur via, qualis & hîc mihi obverſatur ante oculos, & qualicunque homini, cui liberum judicium, & aetas jam grandiuſcula cogunt *ultro ſubmittere faſces*, ſeſe & ſcripta ſua ſiſtat, ut, publico expoſita, vellicentur, præſertim quum alicujus ſcripti refutationem contineant; idcirco diu dubius quam inirem viam, tandem tamen potior ratio exegit pondus. Quocirca, ſi forſan quædam liberius dixerim, illorum à Morino peto veniam, quoniam juvenili ætati aliquando quædam non ita conveniant, quam quidem ſeniori, & quia huic ætati etiam major exhibenda venit reverentia, ſemperque veneranda.

Quod autem, Vir Doctiſſime, ad duo priora loca adtinet, quæ ad partes vocat in Epiſtola nuper typis deſcripta, aperte dico, & fere dejerare audeo tunc temporis Morini noſtri Collectanea nondum ad Parentis manus perveniſſe, *potuit enim propria induſtria in eandem cum doctiſſimis illis Viris incurrere ſententiam*; ut ipſe confitetur, quapropter abſurdum, & ut ita dicam, abſonum videtur, aliquem tali modo per ora hominum traducere: utique quod in Ἀλίαρτος de mutatione ſpiritus notat, id palam raptum ex Ortelii animadverſione, & quod de dubitatione inter Argiam & Laconicam, eam ſibi ſubortam oſtendit quoque idem, & mitius reſolvit. Itaque quod hic Vir Doctus probare conatur facile corruit. Quod autem ad locum qui legitur in V. Ἀρίσταια, dico illum non eſſe tanti momenti, ut talis ſuper illam Camarina moveatur, ut neque locus in V. Βατίεια, ubi videre licet alias & multo plures *rationes & auctoritates* adferri, quam in editis vel Mſſtis Collectaneis conſpiciuntur, quodque fere omnibus in locis contigit, atque adeo indicio Patrem non potuiſſe ex illis haurire. Quid quæſo, Virorum ſumme, in V. Γίτται probare conatur? & an hic locus & hæc obſervatio etiam eſt tanti momenti? aut an hæc illi, qui & ipſe Theologiam noſtram & veram pro ſcopo ſtudiorum ſuorum habuerat ſupponentur fuiſſe ignota, ut hæc ab Samuele & Joſepho memorata debuerit ex illis Collectaneis potiſſimum petere? aut an de ullis aliis, qui ſe Chriſtiani nomine haut indignos putant, tam prave ſuſpicabimur, quaſi ad illam urbem facta ignorent? præſertim, quum nihil dicatur, quod non Ortelius vel in τῷ *Gad*, vel *Geth*, vel *Gitta* habeat. Itaque quid hic homo noſter reprehendat non video, atque adeo firmius mihi perſuadeo Parentem nequaquam *reſpexiſſe, imo penitus neglexiſſe*. Idem fere contigit in V. Δίλεα, ubi quia Parens dicit vocem *doulba* apud Hebræos ſignificare *platanum*, hinc neceſſario concludit Parentem illud ex illis Collectaneis hauſiſſe: certe verecundius in illa re & urbe Phœnicia ultra Euphratem tranſferenda agit Pater. Et quod in v. Ἐγλάδδα itidem probare conatur ſicut & in v. Μαχανὴ non video. Nam qui tantum Hebræam linguam de limine ſalutarunt poſſunt dicere vocem Ἐγλάδδι prope accedere ad vocem Hebræam *Hen-gueddi*, & Arabicum *Maſchan* denotare *habitaculum locumve ad quietem aptum*; ut non alio pretio illa habenda ſint, quam quod ipſe ſtatuit, nempe *quæ ſponte è calamo meo fluere* poſſunt. At quum hic loquimur de Morini noſtri obſervationibus, non poſſum, quin adducam alium locum qui eſt in V. Νάμνιτος, ex quo itidem probare ſtudet Parentem Collectanea conſuluiſſe: verum dico Parentem æque ac Morinum hæc ex Cluverii Lib. II. potuiſſe deſcribere, & quæſo, V. C. an talem hæc potuerunt effugere, cujus manibus hic ſcriptor toties & aſſidue verſatus fuit, uti ſolus teſtis eſt hic Stephanus? Proh ſuperi! ſi modo vera eſſent, & hæc ex Cluverio hauſiſſet. Nam in editis Collectaneis nunc exaratum conſpicitur Morini nomen, quum in MSStis nullum ſit additum. Quocirca haut

im-

immerito dubitabimus, quod tamen mox evidentioribus indiciis sumus adstructuri. Nunc autem nos conferamus ad tria loca idem fati munus passa, nempe in V. Ἐλοῦσα, in V Καῦνος, & in v. Κρήστων, in quibus pari cum audacia contendit Parentem, quæ ad illas voces commentatus est, hausisse ex Collectaneis, quæ ad ipsum ex Gallia transmisit, causaturque quod non addiderit Parens Bocharti vel Palmerii, vel etiam nostri Morini nomen. Qua in parte falsissimus videtur. Nam in illis locis Bocharti & Palmerii nomen notatum invenies; sed videre videor ipsum objecturum hæc, quæ citantur, esse opera typis jam dudum descripta, & non respicere collectanea. Verum, mi Gronovi, rogo, an non certius liceat fidere editis quam scriptis, quæ jure optimo pro suspectis haberi possunt, & quæ ignoramus an vere sint vel Palmerii, vel Bocharti, vel alterius cujuscunque observata, quum in Collectaneis quæ transmisit nonnunquam Palmerii nomen pro Bocharti nomine, nonnunquam vice versa, nonnunquam Morinus suum addiderit loco Palmerii vel Bocharti, ut ex editis & MSStis Collectaneis patet, & mox sumus demonstraturi. Quod ad V. Λύγκος, in qua videbis, in illis quæ Palmerii nomine in observationibus jam nuper editis cirumferuntur, Patrem detegere etiam errorem Palmerii; nam in loco illo Palmerius monet legendum apud Livium *Lyncum*, quum legatur, *Lycum*, quod jam multos annos ante a Sigonio erat animadversum: itaque Palmerius non potuit pro suo venditare, & neque ex illis haurire Parens. Nunc autem videamus quid commiserit ad V. Μελαινεῖς, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, incusatur enim etiam quod Collectanea compilaverit, verum scias V. C. me in laterculis observationum, quas jam ante multos annos, & forsan etiam antequam hujus Morini Collectanea ad ejus manus pervenerint, ad Polyænum conceperat, prorsus fere eadem, & huic plane non dissimilia invenisse, quoniam hunc auctorem, ut Tute, Vir Doctissime, novisti, nitidiori habitu in litterarum Orbem proferre, diu ante quam incepit hoc opus profligari, in animo habebat. Quare ergo hunc locum ad partes vocaverit, non video. Perperam etiam nonnulla loca in editâ Epistolâ citata repperi, quæ magno cum studio diu quæsita tandem assecutus sum.

Nunc autem, Gronovi eximie, promissa solvam, & conferamus hominis nostri edita Collectanea cum MSStis, ut inde unicuique luce meridiana clarius appareat, qua fide in illis versatus fuerit, & quemadmodum Patrem traduxerit, ita etiam nunc per ora quorumcunque hominum magnifice incedat, & merito ἀξιοθριάμβευτος censeri poterit acervus hic istorum collectaneorum. Ad quod peragendum opus est ut prius adducamus candide verba ipsius ex Epistola quadam, quam comitem addiderat illis Collect. ante viginti annos, in qua sequenti modo exaratum inveni: *noli absterreri, Vir Doctissime, prolixitate nonnullarum harum observationum, poteris enim verba auctorum resecare, & contrahere quæ luxuriare videbuntur, sed expositionis & confirmationis gratia aliquando operæ pretium duxi pluribus agere, ut mea mens facilius innotescat, quod tamen non sum assecutus. Nam Dom. Le Moine pastor Rhotomagensis mihi amicissimus has observationes legit, cum per ipsum ad te misissem: & mihi scripsit se cancellos apposuisse ad V.* Δάφνη, *quia putavit me unicam duntaxat agnoscere & Pelusiacam Antiochiæ substituere, quamvis existimavi diserte utramque expressisse, illique tribuisse locum Num.* 34. 11. *ne te igitur facessat negotium Doctissimi illius Viri observatio. Conjecturis nostris circa* ὄσσον *addidit etiam suam, & hanc obscuram vocem ex Arabia deducit, ut sit &c.* Ex quibus verbis primo apparet, dicere D. le Moine, ad V. Δάφνη *cancellos apposuisse*, quod nos ita inveni-

mus in MSStis Collectaneis. Verum quod notabile est in editis Collect. ad illa ipsa verba, ad quæ in MSStis Collectaneis suum apposuit nomen, nunc Bocharti nomen in editis notatum est; & quod deinde addit, *Dom. le Moine etiam circa ὅσον suam conjecturam addidisse*, nequaquam in editis apparet, ut cuique conferenti patebit, & ne quidem mentio Doctissimi illius Viri, ejusque conjecturæ ne quidem vola vel vestigium superest, atque adeo indicio qualem se in omnibus præstiterit, & quam laudem reportare oporteat. Notum enim quid de Cajo Cæsare referat Suetonius, quod scilicet, postquam magna minatus fuisset, & tamen nihil extricaret, *nemineque gnaro ac opinante quidnam cœpturus esset, repente ut conchas legerent, galeasque & sinus replerent, imperavit: spolia Oceani, vocans, Capitolio Palatioque debita*, quodque haut immerito de homine nostro posset prædicari, quoniam ex musca facit elephantum, & aliorum se præstat medicum, quum ipse ulceribus scateat, atque adeo Morsimi veteris Poëtæ versus descripsisse videatur, quibus antiquitus nihil frigidius. In V. Αἰνία ubi in MSStis Collect. clare exhibuit Palmerianam manum, quum nunc in editis suum nomen substituerit. In V. Ἀκή ubi in MSStis Collect. suam exhibuit, quum nunc in editis Bocharti. In V. Ἀγαθη, ubi itidem apparet Morinum nostrum quædam pro suo venditasse in MSStis Collect. quæ nunc in editis Bocharti nomine circumferuntur, & sic in V. Αἴθιοψ ubi in editis apparet nunc Morini nomen, quum in MSStis Collectaneis sit nullius exaratum; & sic in V. Ἀνεμώρια, ubi sicut vice versa ipsum fecisse invenies, ita nihil aliud scripsit, quam quod vel pueri scriberent, & unusquisque qui Ortelium viderit. In V. Ἀγραύλη, præterquam quod vitiosissime sint omnia edita, tum mirabiliter diversa sunt ab illis, quæ in scriptis dedit Patri, ut non Palmerius, sed ipse ista composuerit. Sed & in V. Ἀβόνου τεῖχος quid velit geminatum P. ipse dixerit; aut in V. Ἄγραι numerus 16, qui & præter aliam confusionem in V. Αἰγάτης. In V. Αἰγίνα nunc in editis ἑλληνίζει, quum in scriptis sit latinus, & litteras nomina denotantes plane non sic commisceat, ut sit in editis.

Sic plura possem proferre in quibus parum recte se gessit, sed hæc sufficiant. In V. Βατανέα ubi in editis nullum additum est nomen, quum in MSStis Collectaneis sit Bocharti. At vero in Ἀβρότονον, ubi in editis nunc B. & ipsius nomen exstat, in MSStis Collect. tantum apponitur B. quod & fit in V. Γάζα sane quidem & ipso illo, quod nunc est editum, plurimum mutato ab scripto non tantum in eis quibus apponitur M. sed etiam B. imo & literis his aliter notatis aliterque partes distinguentibus. In V. Γίττα, quem locum etiam ἐν τοῖς σκινδάψοις Parentis ad partes vocat, manifeste in MSStis Collectaneis, exhibetur ipsius appellatio, quum nunc in editis conspiciatur Bocharti. Sic & in V. Γόμφοι in editis nunc exstat Palmerii nomen quum in MSStis Collectaneis suum. Ex his patet quo judicio ad Cl. G. Grævium pronuntiaverit *etiam & lectoribus haut fuisset ingratum forsan V. C. pura puta novisse quæ erant Palm. vel quæ erant Boch.* quod nunc fieri impossibile est, & lectoribus ex his non facile innotescet, quid suum unicuique sit, adeo ut plus obscuritatis (quod dictum pace tanti Viri) quam lucis hisce adferant illa, *quæ sponte è calamo ipsius fluxere*; immo & sic possem eodem jure, quo consarcinavit illos σκινδάψους, dicere, ipsum in V. Ἴμβρος illam restitutionem, *cum ratione & auctoritate, qua innititur*, hausisse ex Parentis Stephano, quoniam in Collectaneis quæ transmisit non apparet, & Parens prorsus eodem modo correxerit. Plura & quidem *centum* (ut ita dicam) alia loca possem proferre, in quibus bona fide non fuisse versatum animadverti, ni Viri celeberrimi patientia abuti & nauseam excitare vererer, & ne viderer Cassianam in judicando imitari consuetudinem, & provinciam quasi humeris plane imparem suscipere, illis

illis potius ſuperſedebo. Sit ergo ſatis ex his addiſci poſſe tum ab ipſo tum ab aliis, quemadmodum ipſe etiam ſuæ humanitatis veſtigia circumferat, quæ nunquam à rebus maxima cura atque ſagacitate elaboratis abeſſe ſoleant.

Verum, Gronovi πλυμαβίαν, hanc dentatam chartam juris publici (ut mihi videtur) nunquam feciſſet, ſi non tam ſui oblitus rediiſſet ad litteras jam ante viginti annos ad Parentem exaratas, in quibus ſcribit: (ponam enim ipſa noſtri Morini verba, ut clare pateat quid ipſe de illis judicaverit) *paucæ ſunt* (animadverſiones) *& paucis fulcris ſtatuminatæ, raro auctores citant, rariſſime libros.* Et paucis verſibus interjectis addit: *adtamen oro te atque obſecro, ut lectoribus innoteſcat has notas à Bocharto Palmerioque ad privatos uſus fuiſſe confectas, nec unquam eas divulgare fuiſſe propoſitum, ne quod incultum vel temerarium videbitur, quodque ſi ad examen revocaſſent, mutatum foret, illis officiat.* Ex hiſce clare patet, quam non procedat Viri Docti argumentatio, quod, nempe, *nihilominus centies obſervaverit emendationes & expoſitiones in his Collect. contentas cum rationibus & auctoritatibus, quibus innituntur, referri:* ſi enim *paucis fulcris ſint ſtatuminatæ*, quo pacto quæſo potuit Parens illa & plura (ut oſtendimus) ex illis collectaneis cum *auctoritatibus & rationibus* referre? & quorſum Pater provinciam illam in ſe ſuſcepiſſet, quum illis nunquam in animo fuerit divulgare? quæ quidem omnia tanta ac talia ſunt, ut vere neſciam quo nomine ſint indigitanda.

Imo ut evidentioribus adhuc argumentis conviscamus, & hominem noſtrum pinus in morem detruncemus, adeo ut nunquam ſuppullulet, addam etiam ipſius verba ex alteris litteris: *nunquam revocavi in dubium, eas, quas è codicibus Boch. & Palm. collegi tibi majori ex parte notas fuiſſe, pleræque enim obviæ & faciles, vixque paulo adtentiorem lectorem effugerent, quanto minus diligentiſſimum & eruditiſſimum Commentatorem, utere itaque iis pro tuo lubitu.* Item & alteris litteris: *his igitur quæ tuo ſcopo magis conveniunt & ſequentibus quas mox habebis fruere, in eaſque tibi ſupremum jus eſto.* Ex hiſce igitur manifeſte apparet, ut plane voluerit Parentis eſſe arbitrii, an vellet eas juris publici facere vel non, vel an vellet alio quocunque modo cum illis agere, & ſi (ut ſcribit) *pleræque ſint paſſim obviæ & faciles, & nunquam in dubium revocaverit illas majori ex parte Parenti notas fuiſſe*, quorſum his πρωτάσμασι opus fuerit non video: verum me legiſſe memini apud Plaut. in Bacchidibus quod huic haut immerito applicari poteſt:

Adoleſcens moritur dum valet, ſentit, ſapit,
Hunc ſenem ſi ullus Deus amaret plus annis decem,
Plus jam viginti mortuum eſſe oportuit. &c.

De illis autem locis, *ob quæ Parentem ſolum triumphaſſe* ſcribit, ne verbum quidem addam, ne, ſcilicet, crambem recoctam propinem, contentus ſolummodo Lectorem admonere (amotis omnibus præjudiciis) ut videat, an ipſi eadem non potuerint obverſata atque lecta fuiſſe. Quod autem denique Vir hic præſtans addit, in eo vehementer fallitur, nempe, (*patetque ad manus Clariſſimi Gronovii, qui poſtremam operis partem adornavit non perveniſſe* (quod quidem forſan quam maxime Morinus optavit, ut tanto ſecurius ſuam in ſcribendo oſtenderet veritatem) *& conſequenter obſervationes, quæ pene totas novem litteras poſtremas ſpectant intactas remanſiſſe*) imo perveniſſe ad Tuas manus manifeſte evincit Epiſtola Tua ad Cl. Burchardum de Volder exarata, in qua omnibus cauſam ſignificas cur eas edere noluiſteris; & quod dicit *obſervationes quæ pene totas novem litteras poſtremas ſpectant intactas remanſiſſe*, illud mihi indicio videtur, quod priores ex illis non hauſerit Parens, nam forſan etiam quædam *in memoriæ ſubſidium ad marginem libri ſui adnotaſſet* ex illis, ſi ipſi in animo fuerat illas divulgare, quod quum non acciderit, merito omnia rejicimus.

Satis ſuperque nunc, ni fallor, oſtendimus quanti hæc Collectanea ſint æſtimanda, & quam præmium ampliſſimum (ſi Dîs placet) retulerit horum Collectaneorum Collector, adeo ut ipſas litteras & Collectanea Vulcano immolaſſe, aut quod eſt illorum meritum multo pejus potius perdidiſſe oportuerit, & ipſum in animo penitus infixiſſe antiquum illud dictum: γνῶθι σεαυτὸν, quam ſibi tantum imperium in aliorum ſcripta arrogare; κρεῖσσον γὰρ τὰ οἰκεῖα ἐλέγχειν ἁμαρτήματα, ἢ τὰ ἀθνεῖα: immo quam pulchra eſſet res, ventoſæ loquacitatis homini ſingulorum nævos deregere, & ſemet ipſum ab omni macularum & turpiſſimorum errorum ſorde immunem præſtare: ſed hanc prærogativam Cœlicolarum Supremus ſibi reſervavit, ad quam licet homines ſumma ope contendant ſupra tamen humanæ ſortis faſtigium aſſurgere non valent.

Sicut autem, Vir Conſultiſſime, perhibentibus rei ruſticæ peritis agri ſingulis meſſibus variis mutatiſque ſeminibus uberiores præſtantioreſque fructus proferre ſolent; ita quoque ingenia noſtra vario meditationum genere magis ac magis recoluntur, atque hæc etiam cauſa eſt, cur hæc (ut ita dicam) portenta pro viribus debellanda ſuſceperim. Hæc itaque pro ingenii mei modulo, quo ſe quemque metiri oportet, ſufficiant. Quod autem ſi intellexero hoc chartaceum congiarium Tibi non ingratum accidiſſe, erit aliquando, ut me inſtiget alia & quidem majora ſuſcipere, & pluris faciam, quam Olympicis ludis coronatum fuiſſe. Quocirca hæc qualiacunque ſint, patrocinio Tuo protegere ne dedigneris rogo: & quod ſupereſt Deum oro, ut Reipublicæ litterariæ bono diu incolumis vivas. Vale igitur, Virorum Eruditiſſime, & hominem ama, qui Tuam amicitiam,

Dum raſtros patietur humus, dum vinea falcem,

inter ſortis ſuæ decora habebit, & omni obſervantia ſanctiſſime teſtabitur, quocunque eam vocaverit oblata occaſio. Iterum Vale. Dabam in urbe patria pridie Nonarum Iunl Anno CIↃ IↃ CXCIII.

VARIÆ LECTIONES IN STEPHANO

Ex MS. codice Abbatiæ Peruſinæ, collectæ

AB

JACOBO GRONOVIO,

Intermixtis ejus notis, cum Excuſatione de excerptis Bocharti ac Palmerii ab ſe non publicatis.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud FREDERICUM HAARING.

cIↃ IↃC XCIV.

Excellentiſſimo & Celeberrimo Viro

CAROLO DRELINCURTIO,

Academiæ noſtræ ſecundum Rectori Magnifico

JACOBUS GRONOVIUS

S. P. D.

ABRAHAMO BERKELIO in mortalitatis leges ire compulſo dubitare non poſſum, quin frequens te inceſſat deſiderium cognoſcendi, quid Stephano, quo pignore is ſtudia in Muſas ſua poſteritati commendare conſtituerat, factum fuerit. Nam & amicum te illi perpetuum verumque ita præbuiſti, ut ſermone ampliſſimo prædicantem eum ſæpe audierim, quantam non modo doctrinam, ſed opem quoque ex domo tua expertus fuiſſet: & huic operi quot annos, quantam aſſiduitatem impenderit, ignorare nequis, ad cujus illuſtrandi partem ſæpe tu quoque adhibitus fuiſti; quod non modo ex ipſius ore intellexi, ſed res ipſa probat. Itaque ne mihi ſit cum illis omnibus, quorum in ore per tot annos fuit hic Stephanus, & quaſi in turba agam, te velut advocatum ſumi a me concedas rogo, ut omnes rem univerſam, prout acta eſt, ſub tuo & illo clariſſimo nomine intelligant. Nam quum ille, ut meminiſti, vegeto ac vivido etiamnum corpore, annisque adhuc creſcentibus, & non modo majorem laboris, quem literis melioribus univerſum dedicaverat, dulcedinem tunc maxime ſentiens, ſed caſtigatius quoque & operoſius omnia tractans, objiſſet ſcriptum diem; ac vidua ſimul cum librario me adjiſſent conſilium manumque petentes ad hunc imperfectum fœtum, & qui ſane perdiu fuerat ἐν ὠδῖναις, producendum; non modo quid agendum videretur indicavi, ſed ut omnia quam rectiſſime agerentur, id quod petebant, curavi, ut & Berkeliana omnia, quæ reſtabant, tum optima fide colligerentur, tum pura puta ſine varietate ulla Stephano adderentur. Ad quod quidem vinculo nullo obligari me ſatis ſciebam; ſed ratio optimi publici pariter & dolor ex morte viri perquam defatigati mihi illatus huc me compulit. Etſi enim exiſtimarem, immo ſcirem, nonnulla hic interventura, quæ parum ſe mihi eſſent probatura; & id ſatis exercitatio mea ad unam pericopen de Dodone declarat; tamen quia & illius juſta Berkelius agnovit, & ideo ſæpius mecum de ſtudiis ſuis colloquutus eſt, amorem, quem vivo nunquam denegavi, huic unicæ ejus memoriæ impertire quoque libenter volui. Propterea quum id quod dixi, interventu & induſtria juvenis ſeduli & in bonam ſpem florentis Petri Abkoude eventurum eſſet ac jam quoque evenerit; tum quia noſtro ſic placuiſſet, interpretationi

etiam, quo quidem labore nec inutiliorem ullum nec ingratiorem in his fragmentis & Grammaticis receſſibus exiſtimo, tamen dico, quia ſic alter inceperat, oculum adjeci, ut quantum poſſet hic liber ab vitio immunis exiret, quum in Amſtelodamenſi editione recordarer me aliquoties offendiſſe. Hac igitur in parte quum ſic quoque verſari ſedulo conſtituerem; tum denique me impendere Salmaſiano labori debui. In quo quum deprehenderem, quemadmodum egiſſet Berkelius, ut plane voluerit ſui eſſe arbitrii, ego & e publica & e Stephani re fore judicavi vel maxime, imo & famæ ſummi viri me conſulturum optime, ſi prout conſequi & excipere voces ac mentem ejus ex notis per margines adſcriptis & partim non cum cura ſervatis, partim bibula charta ſcripturam abſorbente interruptis, poſſem, ea ipſa integra quoque interponerem. Id ego conſilium ab initio ob has ſolas quas dixi cauſas iniebam, ſed in progreſſu animadverti divinitus ad hoc me deveniſſe, nec potuiſſe me in eorum quæ dixi trium gratiam aliquid conducibilius excogitaviſſe. Nam quum is liber ambulaverit per multorum manus, nec quiſquam omiſerit inde aliquid eligere; ut publice appareret hac in parte, quid proprium Salmaſii eſſet, quid alii ſuum eſſe vellent, hoc uno modo effici potuit. Præcipue vero ita faciendum fuit propter poſtumas curas Eximii illius Viri, Lucæ Holſtenii, nuper ſatis magno publici commodi pretio publicatas; quem quum conſtet ante omnes uſum hoc exemplari, & id in eis utramque faciat paginam, tum deprehendi perſæpe, vel omitti, quæ noſci publice intererat, vel non dari Salmaſio ſuum (quod tamen quomodocunque acciderit, judicium meum non facio, neque quidquam ſecius cogito, nec nego potuiſſe Holſtenio obverſari eadem & fuiſſe lecta; ſed tamen quod Salmaſii eſt, ejus eſſe negari nequit, quum primus hoc egerit) vel perperam citari. Sic certe in Πιαλία tam clare diſtincteque exhibet Salmaſiana manus, quod nunc edi curavi, ut nihil clarius. Sic quod in Πόλιον lego ab Holſtenio notari, tanquam MSSti habeant Πολίον additis verbis *cum accentu in penultima*, illud manifeſte apparet ſubrepſiſſe optimo viro, dum in Salmaſii manu & editione Xylandri vocalis media ejus vocis ſubjicitur notæ diſtinctionis craſſiori poſt vocem πτικὰ in v. Πλωθεία: nec alterum quod ſequitur λέγεται ὃ ζῷς ὁ πολίτης Πολιῶς in ullo MS. legitur. Sic in Πρωῖσ@ nullus codex habet Πλαῖς@. Sic in Ραβεννα nullus habet Φλαβίῳ, ſed ut perſpicue manus Salmaſii Φλαμίῳ. Sic non probabitur in Σεβαρὴ MS. habere ἐν τῇ Κορύνῳ. Sic longe abeſt, ut in Σκυμνιάδαι Salmaſii conjectura fuerit, qua ex σὼ Γέται legendum σωιχὶς Γέται exiſtimaverit, ut clariſſime ſententiam ejus perſpicua hic quoque manus enunciet, prout nunc editum. Ut adeo opiner non incaſſum me ad hunc laborem conſenſiſſe, quo ab literis ΠΑ (nam illic defecit Berkelius) ſingula Salmaſiana πτικῶς enotavi. Utinam idem contigiſſet in priore etiam parte! neque enim dubium, quin vir ille eximius ſibi fraudem ſæpe fecerit; certe in nullo codice invenies ΑΕδήρε, quod ille in ΑΕδηρα teſtari ſuſtinuit in MSS. quum Salmaſius palam adſcripſerit, *lege* ΑΕδήρε. Non poſſum diſſimulare his quæ dixi aliquid prorſus par & æquale. Nam in verſibus, qui citantur voce Αγελίμ, ſcripſit Holſtenius habere MSS. ἕνεκεν ὧν: at Berkelius notat Salmaſium legiſſe ex Palatinis codicibus Φονεκεῶν Πισίδας, rogatque quid ſit Φονεκεῶν & quid ἀνεκένων. Sed uterque aberrant ab Salmaſii manu. Nam male Holſtenius appoſuit ν, quod erat nullibi, & Berkelius ſuppoſuit Φ inde quod prima vocalis in ωωεκε ſuperpoſita mediæ vocali in Πισίδας accentum literæ ι ſuperpoſitum fere ſibi annexuerit. Nam ſi contempleris Salmaſii manum, manifeſtiſſime deprehendes ωνεκεων πισίδας Ε ἄνες ἠδὲ ἀγελᾶνας. Nec alienum eſt illud perditiſſimi loci in Αγβάταγα, ubi noſti eſſe illa μήπ ἄνω ΦΔηκινδωλΕ τὸ β ὑποπλάχθαι τῷ γ, ἐν οἷς ὑπολέπεκλαι ἐν τῷ λάγβα, τὸ ἔρκειν. Ubi operæ pretium erit conſulere has notas & Holſtenianas. Verum en

tibi

tibi penitus & integram manum Salmaſii. *Corruptiſſimus hic locus ſi quis alius in toto Stephano ; neque quidquam nos adjuvant in tam deſtructo loco ſcripti codices. Quare conjecturis agendum , & omnino ita legendum.* μὴ τι ἄρα ϖροσκινδυνεύσῃ τὸ β ὑποτεταχθαι ἐν οἷς τῷ γ, ἐν οἷς ὑποτεταχθαι τῷ κ , ὡς ἐν τῷ Ακβάτανα (hic ſauciatus eſt margo exterior paginæ , & ſcriptæ vocis reliquum eſt ſolum) . . . ις, quaſi extrema pars literæ α & ς, unde Holſtenius vel ſupplevit vel vidit fuiſſe σειρας. Illa prima ἐν οἷς inducta quidem ſunt leniter ; ſed neſcio an non fortuitum id fuerit , certe ſententia alioqui nulla eſt in mutatione quam facit , at ex repetitis ſana. Etiam locus Heſychii de λάγβαλον eſt Salmaſii inventum. Quin & in Αλάβανδα Salmaſius non σίγνον, ut Holſtenius, non σιγὸν ut alter, ſed clare annotavit σιγνόν. Quæ quidem omnia velim ſcripta in comparatione manus Salmaſii ad Holſtenium, & plura inveniet , ſi quis extrema ſtudioſe inſpexerit. Quum igitur confecta tandem ſint omnia , & hæc editio id certe habeat præcipuum , quod ex ea patere poteſt , quid in variis Stephani ſcriptis exemplaribus habeatur ; porro egit mecum librarius , ut quæ ex Peruſino codice excerpta quondam priori Stephani editioni adjunxi , ea huic quoque adjecta eſſe vellem , & ſi quid aliud ad manum foret ; quod quidem ſciebat ipſe eſſe multiplex , qui & puerum me noverat & Stephanum amaviſſe conſcius erat. Dedi ſane hanc veniam , & recognovi , prout tempus ea curari augerive juſſit aut conceſſit , quum præſertim viderem ab Berkelio interdum ea excerpta uſurpata eſſe ; tantoque indulſi libentius , quod hic ſcriptor ſit unus eorum , quorum vetuſta ſcripta exemplaria non oppido frequentiſſima ab priorum temporum incendiis & vaſtationibus relicta ſunt ; ita vexatus , ut non tam epitome prioris operis , quam excerpta ipſius epitomes appellari debeant , in poſtremis præſertim partibus , alio aliud vel omittente vel annotante. Itaque quum certo ſemper mihi conſtiterit a Stephano hunc librum inſcriptum fuiſſe ἐθνικά , ut ante annos multis Berkelium docui , quibus etiam adſenſit , ut nunc patet ; tum huic quo de nunc agimus , volumini præfigendus erat titulus ἐκ τῶν ἐθνικῶν Στεφάνου τοῦ Βυζαντίου ; qui titulus ad literam exſtat in codice Peruſino. Unde quum in aliis aut MSStis aut editionibus aliena prorſus inſcriptione & plane ad arbitrium ficta ab neſcio quibus hoc opus inſigniatur , non vereor ferme credere hanc noſtram Peruſini codicis ab manu ipſius Hermolai eſſe profectam. Nam licet hæc ipſa , prout hodie habent , appareat ab aliis poſt Hermolaum fuiſſe adhuc amputata forſan & contracta ; illi tamen qui id auſi ſunt , non in ipſa inſcriptione id ſignificarunt , ſed retento quod præfixerat Hermolaus , ad ſpeciem , ipſi operi nonnulla ſubtraxerunt aut conducti librarii vel laſſi vel fraudatores ea ratione emptoribus illuſerunt. Certe ſi nihil aliud adeptus fuiſſem ; at eo ſolo reor mihi excurſionem illam Peruſinam per Apennini annique frigora bis repetitam ſatis repenſam eſſe , quum hoc addiſcerem. Non enim quum Stephanus hunc laborem occupavit , Geographiam ſolam pro ſcopo habuit , quàm Grammatices ſuæ aliam eamque non contemnendam partem , ſcilicet rationem formandi appellativi nominis ex primitivis urbium ſimiliumque rerum vocabulis , de qua non admodum conveniebat inter antiquos. Scripſit ergo Stephanus ἐθνικά ; plane exemplo Orionis , item veteris Grammatici , de quo diſerte ſatis teſtatur Etymologus in voce Ἄρη ſcribens ; ἔστω ϖερίεργον ϖερὶ ἐθνικῶν. Unde & in tertio ex verſiculis , quos fragmento ipſius Stephani ex Bibliotheca Seguieriana ſubjectos videmus , perperam legitur

Τῶν ϖοϖικῶν Στεφάνοιο σοφῆς φέζοντα μελίσσης.

Non enim ϖοϖικὰ ullum locum hic habent ; quum ϖοϖικὰ nimis exiguam in hoc opere partem conſtituant , quam ut in illorum appellatione materies ejus in fine queat comprehendi : & ſane in duobus antigraphis tum Rulæi jam

μάκαρος, tum Copesii, utriusque mihi commendatissimi nominis, ipse legi τῶν ἐθνικῶν, ut omnino sic opiner legi quoque in autographo, de cujus lectionis veritate dubitavisse nefas & putidum est. Id Stephani opus in epitomen contractum fuit, ut novimus, & ex illa multi pro lubitu separatim sibi aliqua corrogaverunt, ut res ipsa præter hanc inscriptionem, quæ egregie conveniunt, declarat. Cæterum præter hanc circumcisionem Stephani laboribus factam nescio an existimaverit Vir Maximus G. J. Vossius, certe videtur existimavisse commentarios quoque in hæc ἐθνικὰ elaboratos exstitisse, dum verba Eustathii in periegesin Dionysii ista, φησὶν οὖν ὁ περὶ τῷ γράψαντι τὰ ἐθνικὰ Οὐράνιος οὗτος ὀνομαζόμενος, hoc modo vertit: *Ait ille, qui in Ethnicorum Scriptorem commentarium edidit (Uranius is nominatur.)* Certe & falsum vanumque id est, & indignum aut reprehensore aut correctore. Porro ut didicerimus, quo progressu & filo ἐθνικὰ sua Stephanus deduxerit (de quo incertus hærebat Xylander, neque dum post eum quisquam indicavit, ut adeo id mere sit nostrum, ac fas putem cum tua venia huic observationi ἐμφιλονεικεῖν) egregie suppetias tulit Perusinus ille codex. Nam sequutus quidem est seriem elementorum, sed nihilominus in libros velut sectiones commodiores diduxit. Atque ita habemus duos prorsus eruditissimos & auctores & libros, alterum Græce, alterum Latine, ambo idem scribendi consilium & modum sequutos, ambo idem fatum passos, ambo similiter miserrimos ad posteritatem proditos, Festum Pompejum dico & Stephanum. Nam & ille quum instar Lexici conscriberet de vetustis rebus ac verbis Italorum, atque hodie in ejus fragmentis ordo XIX literarum appareat, id opus per libros distinxit, ut ipse testatur in v. *Porriciam*, & ad viginti libros processisse scribit Paulus ejus lanio. An Harpocration idem fecerit, dubito; certe nullum etiam habeo ad hanc rem indicium. Hoc scio, pessime de Harpocratione consuluisse illum, a quo postremum editus est. Nam & Stephanus & Festus & Harpocration ita egerunt, ut præcipue adtenderint ad seriem primarum literarum, unde vox aliqua inciperet; in mediis non ita accurate id exigendum opinantes. In Stephano id apparet quum passim per hæc excerptorum fragmenta, sed inprimis ex catalogo partis ex litera Ε post reliquias Seguierianas edito; quum illic occurrant primo Ελληνόπολις, postea Ελληνικὸν, etiam Ἑκατόννησος sit ante Εκατόμπυλος (etsi forte mutatio literæ μ & ν hic intercedat) quod etiam sic est in fragmentis vulgatis. Idem patet ubique in Festo Pompejo. Idem quum fecerit Harpocration, & hic illic ordines restituerit Maussacus ex MSS. codicibus, hic novus editor ausus est contra fidem omnium MSStorum, contra voluntatem Harpocrationis, ex solo sui capitis arbitrio curva hæc, ut judicabat, corrigere, ipse omnibus modis corrigendus, qui Harpocrationem studiosis obtrusit longe ab sese alienum & prorsus nova editione egentem. Sed hanc noxam alibi videbimus. Hæ autem Stephani sectiones omnes ut uno oculi jactu pateant, optimum putavi eas hic simul reponere. Nam quum in MS. fronte prima post titulum rubrica præmissum fuisset Αρχὴ τοῦ α', sequitur Βιβλίον β' ante vocem Αερία. Βιβλίον δ' ante Αλεξάνδρεια. Βιβλίον ε' ante Αναγυροῦς. Βιβλίον ϛ' ante Αρβάκη. Βιβλίον ζ ante Ασαί. Βιβλίον η' ante Βαβαί. Βιβλίον θ' ante Βίβαστος. Βιβλίον ι' ante Βρίγες. Βιβλίον ια' ante Γέα. Βιβλίον ιβ' ante Δάαι. Βιβλίον ιγ' ante Δινδρύμη. Βιβλίον ιδ' ante Ἔαρες. Βιβλίον ιε' ante Ἔμβατον. ιϛ' ante Εἴδητες. ιζ ante Ζάβιδα. ιη' ante Ηδοί. ιθ' ante Θάλαμαι. κ' ante Ἴαβις. κβ' ante Καβαλίς. λ' ante Μάγαρσος. λγ' ante Νάαρδα. λδ' ante Νίβις. λε' ante Ξανθοί. λϛ' ante Ὄα. Quorum de duobus postremis etiam sic testatur Salmasiana manus, ad literæ Ξ initium Αρχὴ τοῦ λε βιβλίου *in MS. Bibliothecæ Palatinæ*, ad literæ sequentis ο *In MS. recent. hoc loco est* ἀρχὴ τοῦ λϛ βιβλίου. Quod diserte annotandum censui, tum convenientiæ horum codicvm & inde opinionis meæ confirmandæ ergo, tum quod mentem Holstenii non intel-

In v. Σεφτωνα. Καὶ πληθυντικῶς σεφτωνες. ἐξ οὗ τὸ ἐθνικὸν σεφτωνικὸς.] Quin ex σεφτωνες faciendum sit σεφτωνας, vel puer videat. Sed tamen quum id sit, ut facere duos video, violenter agitur cum Stephano. Ut scias, quid velim, lego ἐξ οὗ Σεφτωνας. τὸ ἐθνικὸν &c. Nam quid oro facit illic copulativa?

Σογδιανὴ χώρα.] Hinc incolas vocari Sogdos vel Sogdios non videtur, & potius scripsisse auctor Σογδία.

Στατὸν πόλις Λιγύων.] An hinc fortasse corrigendus Livius XL. 4. ubi dicit, *Consules eodem in Ligures exercitus induxerunt diversis partibus. Postumius primus & tertia legione Ballistam Suismontiumque montem objecit.* & mons ille ab hoc loco vocatus fuit *Stoismontium*.

In v. Σιφινος. Καὶ Σιφινιανὸς.] Omnia suadent, ut corrigatur Σιφνιανός.

In v. Ταφιοὺς. Πολιτικῶς δ' ἐν τοῖς ὀπίσω. Palam absurdum. Itaque si placet suspicari hanc lectionem ortam ex ἐν τοῖς ὄπισθεν, hoc est, ἐν τοῖς ὄπισθεν, licet. Verum advertas oportet, quum Stephanus Polybium citat, interdum id ab eo fieri ad hunc loquendi modum; & sic posse facere non dubito. Sed quum sic paucis modò vicibus agat, tum crebrius omittit præpositionem; ad quod potius me verto & suspicor Πολιτικῶς ἐξ ὀπίσω τοῦτο. Hæc in religiosis aliorum silentio. Quod notari meretur, aliter facit, quum Callimachi Αἴτια vel Αἰτίας allegat; nam nec in Ἀργοναύταις nec Ἀνάσσῃ, nec Αἰτίοις, nec Δεκοῖς, ubi suspicantur docti opus idem notari, præpositionem additam vides. Unde & in v. Τριτωνίδος prorsus admitto Holstenianum Καλλίμαχος δ' ἐν αἰτίοις, præter rationem, quam dixi, probandam etiam inde, quod sit proxime vulgata ἐξ' ἐν αἰτίοις.

In v. Ταφιοὺς. Αἱ δὲ Σελεύκειαι.] Me quod attinet, hic legere solitus fui Σελευκεῖαι.

In v. Τεγεα. Πεφύκασι δ' αἱ ἐγκεντρισθεῖσαι χλοηραὶ φέρεσθαι.] Hæc quum in librorum veterum scriptura, eam pro vera habendam judicavi, &, ut pateret ejus commoda sententia, ad eandem quoque volui concinnare Latina. Sentum enim esse puto illos fœtus in arboribus subdio putrescere. Vocat χλοηρὰς, qui non sunt decerpti, sed adhuc radice firma adstringuntur arboribus.

In v. Τεγεα. Τῶν ἐν Τεγέᾳ.] Intelligunt alii nativitatem, quasi oraculum Delphicum præcipue confirmasset opinionem illic nati Apollinis. Non ita ego. Nam video passim dici τὰ ἐκ Διὸς subintellecta voce ἔπη, ut innuat ab oraculo Tegyrensi præcipue confirmatum esse Delphicum.

In v. Τεῤῥηνοὶ. Φῦλον Μακεδονικὸν.] Scribo Δωρικόν.

In v. Τεγυρια. Λέγεται δ' Τεγυραῖος & Τεγυλλιανὸς & Τεγύλλιος.] Vaga sunt, quæ huc afferuntur; & quid illud Λ in medio apud Holstenium. Conjeci, licet firmare nequeam, λέγεται δ' Τεγυραῖος & Τεγυλλὶς & Γῆτα & Τεγύλλιος.

In v. Τεγυλλα. Σύγχυσιν δεχομένην ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἀνάπαλιν.] Ex duobus postremis vocabulis unum componendum πυρρόπαλλα, ut fluvius ille per duo epitheta describatur.

In v. Τεγύλλιον. Καὶ Ἀλλιανός.] Dubitent viri docti & varia ab eis edantur. Si & mea hic exilimatio valet, crediderim Ἀλλιανὸς, ex Pausaniæ Corinthiacis, ubi hæc sunt verba, quum dixisset regionem Troezeniorum primo dictam Oreum. Ἀπέχουσι δὲ Πασιφάου σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ὠρέων, πεφυκυίας μὲν Ἀλλιανὸν τὸν ἀριθμὸν, Ἀλλιανὸν ἐπικεκλημένου τοῦ χώρου. Unde & ipse urbis Althapis.

In v. Τυφρανὶς. Καὶ τὸ ἐθνικὸν. Παρ' ἡμῖν, Τυφρανὶς ἡ νῆσος, ἐξ ἧς ὁ ἀφηγούμενος Τυφρανὶς.] Plane hanc digressionem non approbo: & quæso quid subesset causæ, cur in notatione ἡμῖν foret masculinum? Sed opinor distinguendum Καὶ τὸ ἐθνικὸν παρ' ἡμῖν. Τυφρανὶς ἡ νῆσος. (Hæc utraque Stephanus vidit ex fasce apud Partheniem) Ἀφηγούμενος Τυφρανὶς. Innuit nomen ipsum urbis apud Græcos potitum existimari & usurpari ad modum masculini. Idem monuit in aliis urbibus ejusdem terminationis. Atque hinc est, ut dubitem, an in v. Φασὶς non temere scribatur Λιγύης ἐξ Ἰβηρικοῦς, & omittenda sit copulativa, quum nec præcesserit quidquam de alio genere, nec alibi femininum rejectatur.

In v. Γαῖσος Λιγυκὸν ἔθνος. ἐξ οὗ Γαισάτης & Γαισᾶται.] Agnoscisillud Γαισᾶται plane esse alienum, quippe quod satis demonstraretur per præcedens. Sed nimirum duo præmisit masculina, quibus subjecit duo feminina, scripsitque ἐξ Γαισάτης & Γαισᾶται.

In v. Γάλλος. Ἡ μεσόγειος, ἐξ ἧς ὁ πολίτης Γάλλιος, ἡ μακρά, ἐξ ἧς ὁ πολίτης Γαλλαῖος Μεμμίου.] Hæc sunt confusa, & videntur sic evolvenda ἐξ ἧς ὁ πολίτης Γάλλιος Μεμμίου, ἡ μακρά, ἐξ ἧς ὁ πολίτης Γαλλαῖος, ut producit Jo. Marshamus in Chron. pag. 468.

In v. Γάλλα. Γάλλα χωρίον μεταξὺ Σαβίνων & Ῥωμαίων πόλεως.] Valde ambigua ista Sabinorum civitas. Sed scripsit auctor Γαβίνων, solita Scribarum aberratione. Illic non est a vero alienum aliquid in via fuisse castelli simul & silvæ, sive portam Querquetulanam adierimus, sive Gallos in medio circiter vim ab Camillo cæsos, qua occasione illic potuit fuisse erectum tale quid.

In v. Γαῦρος. Τὸ ἐθνικὸν Γαυρανός.] Sic cuncta satis fuit, quia nihil merentur omnes, qui ad corrigendum hos se volant: nihil enim est, nisi vitium typorum in Xylandrina, ut fieret Γαυρανός.

In v. Γαυσανὸν. Ὡς Ἀλιανός.] Notaveram ex Ἀλιανὸς ex supplemento superius indicato in illa voce.

In v. Φασὶς. Τὸ ἐθνικὸν Φασιανός.] Vel multa fecundum vocem in Ἰβηρικῷ, vel fupple τὸ ἐθνικὸν Φασιανός, Ἰβηρικὸν Φασιανὸς & sic scripsisse auctorem cogita.

In v. Φαῦρις. Τὸ ἐθνικὸν Φαυρίτης.] Palladius de vita Joannis Chrysost. ὁ μὲν γὰρ ἐκ Λίβυος, ὁ δὲ Ἀλεξανδρεύς, ὁ δὲ Φαυρίτης, ὁ δὲ Παφλαγών.

Φαφλαγών.] Prorsus mihi persuadeo esse Λίβυσσαν nomen, quod occurrit apud Strabonem IX. 438 in verbis Casaubono desperatis Σ' ἐν δὲ Φαφλαγόσι [sed melius & convenientius Stephano scripti legunt Φαφλαγόνες] ἐν τῇ Ἑκαταλῇ, τῇ μὲν ἐπὶ τὰ κάτω [sic enim lego pro ἐπὶ κάτω] ἡ Πάφλαξ &c. Hinc & Φαφλαγόνιον habet Diodorus Sic. XV. 1. 57. Μικρὰ Ἀσσυρία, μικρὰ Τροία, μικρὰ Φαφλαγονία, μικρὰ Θρᾴκη.

In v. Φάβις. Κτίσμα τῶν Φαβίων.] Tardus admodum processit, qui hic gloriolam suam sustinet ostentare, quam multo ante interceperat Casaubonus in notis ad librum VII Strabonis pag. 315 corrupte allatum.

In v. Φαιδιάδες. Ὠρωπιακὸν φυλετικὸν ἐξ Ὠρωποῦ.] An non sufficit Ὠρωπιάδης, ut solet, præsertim quum Φαιδιάδης, πόλις οὐκ ἄπω τοῦ Τροχηνιακοῦ, Δεκελείας ἀπέχουσα.] An Λεκτοῦς?

In v. Φλιοῦς. Φλιάσιος, πλεονασμῷ τοῦ σ ὡς Ἀθηναῖος.] At non est hic pleonasmus, nec ex abundanti additum reliquis literis illud σ. Sed opinor scripsisse auctorem παρωνυμικῶς.

In v. Φρυγία. Φρύγιος & Φρυγία ἐθνικὸν.] Vitium est solenne in his excerptis, pro Φρυγία.

In v. Χαλκίς. Ἐπικλησιν ἔσχεν Νεοπτολεμαΐς.] Sic edidi & interpretatus sum *parvellas*, quia vulgata Νεοπτολεμαὶς locum nullum hic esse opinabar, multo minus ἐπίκλησιν ἀδύνατον.

In v. Χαραδρία. Ἐν Βεσσοῖσιν ἄλσος.] Videtur igitur Berkelius voluisse Βεσσικῆς, quod sane probarem.

In v. Χαλδαῖοι. Ὡς καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀσσυρίας.] Aperte sic restituendum, quod excidit. Ὡς καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀσσυρίας.

In v. Χαλκηδόνιος. Τοιοῦτος ἐξηγητὴς ἐπιφανὴς παρέσχετο.] Verba ultra modum corrupta, quæ vide an sic quoque emen-

emendari Τιγράνην Ἀχαιμενίδην ἄνδρα ἐπίλεκτον. Loquebatur videlicet de præfecto novo in satrapiam veniente, eumque vocat Tigranem, filium cujusdam Achæmenis, quod nomen inter Persas frequens & gratum.

In v. Χρόνος. Ἀπολλώνιος Ἰδίῳ Κυρανίδ. ἐν α.] Itane septimum citasse credimus, ante quam citaret primum? Nisi causa quædam singularis fuerit, mallem ἐν τῷ α.

In v. Χρόνος. Καὶ Παπυρικὸν ἀπὸ Λίμνου ἀναγράψαν.] Quod adscripsit ad horum marginem Salmasius, id publicavit ad Aram secundam pag. 147. Et id tamen Holstenius quasi suum exemplari suo imposuit. Sed quæ verisimilitudo hujus correctionis? Si arbitrium meum valet, scribendum dico παρ' Ἡφαιστίῳ. id quod a quolibet approbatum iri confido, quum nihil immutetur. Sed hæc in tempore sufficiunt. Quod si tibi placet Stephanus, & scire certe cupis, quibus restitutum Stephanum debeas, inter vota tua hoc vel præcipuum habe, ut aliquando omnes Salmasiani margines in publicum exeant, quod ut nunc est, fieri nequivit. Interim hæc suis locis interpone.

Præfationes pag. 5. vers. 5. Nam ante ista duo exempla, ex literis Ϗ & Ͻ, quæ ex Perusino erim notavi, facto signo. Ibidem vers. 9. ἀρχὴ τοῦ κβ΄ βιβλίου. ante Γ΄ϑ΄. *Hic incipit liber vigesimus primus in MS. recentiori Parisiensi.* ante 1680. Notarum pag. 1. col. 1. vers. 43. Etiam Arrianus lib. 3. *Anabas.* dicit Ἀλέξανδρον πάλιν τὸν Ἀμμωνα. Ibid. vers. 55. Etiam quum Cantabrigiam venissem, & perlecto isti ac Illustri Viro, Joh. Pearsono, tum me approbassem, tum obrubuissem primas hujus editionis paginas, statim ubi vidit illum meum Ægimium gratulatus, post aliquot dies reddidit eadem ita chirographo suo conscriptas, ut primo illic notaverit *I. Λίμνῃ. illud enim Scriptor factum est ex ἢ quod male legebatur pro ω.* Quæ postea rursus inducens, ad voces *ex Apollonii Scholiasta* scripsit, *qui etiam libri secundi meminit pag.* 205. *ubi* Λίμνιον πάλαι ἐν Θρᾴκῃ φασὶν ἔτι ἀ Θόαντος ἀδικηθέντα ὑπὸ τῶν ἐκ Πάτμου ἐξελθόντων αὖθις πολέμῳ.* Ita non opinor dubitare amplius aut me aut quenquam debere de conjecturæ meæ pretio. Pag. 7 col. 2. vers. 6. Valesius in principio notarum ad Excerpta Peiresciana Dionysii, ex quo non dubito quin hausta sint ea, quæ proferuntur ad v. Κορίνθια, ceteri laudem ei justam dare detrectent. Pag. 9. col. 2. vers. 42. Et peropportune ad hoc apud eundem nostrum Stephanum in v. Μαλία sic annotatur. Ὁ Μαλιεὺς ἰατρὸς, ὁ Μαλιεὺς βοτάνης Ϗ ῥιζώδους. εἴρηται Ἀπὸ πόλεως ὁ χρόνος, ἀφ' ἧς ὁ Μαλιεὺς κρεπίδῳ ἐστὶν, ὁ καὶ λεπτοτάτῳ τὸ Κυβωτίδιον. Pag. 10. col. 1. vers. 34. Sic infra ex Homero adducitur πολυφλοίσβοιο Ϗ Γενέθλη, quæ vox postrema illic adhibetur ut trium modo syllabarum. Pag. 10. col. 2. vers. 50. Ὁ Ἀχαιὸς. Nam &. Pag. 11. col. 2. vers. 16. ἰχθυοπώλιον. Pag. 18. col. 1. vers. 45. putasse video, ut etiam in voce Μανδύης, ubi dicit Ἐστὶ Μανδύης τὸ Ϗ πλοῖον. Quod sive.

FINIS.

ΚΑΤΑΧΑΜΟΣ

AD

Humaniſſimum Doctiſſimumque

Virum

Dº. JACOBUM GRONOVIUM,

Poſtquam TBPIN ipſi illatam retunderet.

GRONOVI, Græcæ laus non reticenda Minervæ,
Muſarum & Judex integer, Artis honos.
Non ego ſi linguas, ego vel ſi vertar in ora,
Pro meritis poſſem reddere digna TIBI.
Repperit in Stephano cenſorem cura paterna,
Turpibus heu! noxis ille notabat eam.
Ille per ora Virûm nos duxit hiantia, tanquam
Per bene quos meritis ſupprimeretur honos.
TE quoque, neſcieris qui tam bona multa latere,
Tangit, reſque ſatis non bene geſta foret.
Hinc ut edax ignis, quæ conjiciuntur in illum
Purgat; ſic fœdas eripis ore notas.
Muneris & cauſam riſuſque jocuſque ſequatur
Tam rigidi, merito rejicienda probas.
Et ne poſteritas, nec quiſquis lector in illo
Erret, judicio pergis inante TUO,
Nil quia Palmerii, quia nil monſtratque Bocharti
Pagina, produxit quam TUA cura recens,
Ad ſenſum acceſſiſſe TUUM negat ille, Bocharti
Quæ decerpta dedit: Palmeriique negat.
Quam vellem veras fudiſſet pectore voces!
Quod dictum illius pace ſit, oro, Viri.
Altera nunc mundo præbes diſcrimina veri:
Altera judicii das documenta TUI.
De TE clara volat Terrarum fama per Orbem,
Lampade Phœbea qua ſubit uſque dies.
Hæc quoque, quos ſpargis, radiis Academia fulget,
Artibus, eloquio, Judicioque TUO.
TE Vir, TEque puer, TEque ætas tardior omnis
Suſpicit, & celebrans gaudia voce probat.
Candida poſteritas genii mirabitur Artes,
Et nunquam poterit non meminiſſe TUI:
Sicque TUUM nomen ſemper durabit in Orbe,
Nam partum ingenio ſtat ſine fine decus.
Sed quid? noſtra TUAS non æquant carmina laudes,
De multis igitur deſino pauca loqui.
Nam velut in gelida pugnat Gladiator arena
Nudus, & occultæ dat leve fraudis opus,
Sic ego qua duxit non me ſententia cordis,
Sed potius potui promere facta TUA.
Vive, JACOBE, diu ſemper, clariſſime, felix,
Et ludum ſtudiis perge Juvare TUIS.

ita

ἐξ ἄκρου μυελοῦ τῆς ψυχῆς

Præceptori cecinit

JANUS BERKELIUS. A. F.

Clarissimo & Eruditissimo Viro

BURCHARDO de VOLDER,

Medicinæ & Philosophiæ Doctori, hujusque ac Matheseos Professori, Collegæ suo Charissimo,

JACOBUS GRONOVIUS S.P.D.

Conjunctio & operis diuturna & animorum arctissima, quæ inter nos est, mihi gratiam faciens eorum, quæ in primis alloquendi initiis circumspici solent, & tantum non acclamans, Hoc age, jubet, ut amputem omnia captationis solennia. Tantum dico, tibi quoque innotuisse, quod ex aliis bene multis jam accepi, mirari me non potuisse; quum non solum fando ea res accidere ad te potuerit, sed pro integra justaque studiorum tuorum absolutione, &, qua teneris, cupiditate cognoscendi etiam talia, quæ ad tui loci tutelam nihil aut parum facere ab aliis existimantur, ne potueris quidem apud me in eam suspicionem venire, ut crederem oculos tuos ad tanti viri scripta adjectum non iri. Itaque quum sic quoque ceciderit, ut quod jam crebro audieram ante exitum, apud te primo viderim, quemadmodum in editione novissima operum Samuelis Bocharti Vir doctissimus, quem libenter suffragiis nostris ornavimus, Stephanus Morinus in epistola ad Celeberrimum Grævium scribat de me & Berkelio in hæc verba, ut hunc quidem manifeste probri cujusdam arguat, me autem suspicione indebita tangat; non impetro a me, ut rem istam in hoc conjecturæ & pronuntiationis lubrico aut, ὡς ἔπος εἰπεῖν, falso relinquam vel apud te vel apud quenquam alium, qui ista leget. Ad quod non minus accedo invitus, quam accessi ad ipsam Stephani posteriorem partem non ut Morinus loquitur adornandam (longe enim abest, & si id voluissem, potuissem, idque in plurimis quidem locis) sed ad exemplum quod alter præiverat, non meo judicio electa laborandi forma, absolvendam. Neque tamen intelligo, cur hoc onere me fatigare voluerit vir optimus ita in publico scripto de me & de eo, quod ad manus meas pervenerit nec ne, judicium & conjecturam edens, quum uno verbo si privatim aut ipse aut per quemvis resciscere ex me voluisset, rem omnem simul ac sententiam meam percepturus fuisset. Id quum ille facere noluerit, nec ego privatim ejus facti causam ab eo si scisciter, satis amœnum esse censeo jam coactus cum unoquoque id quod res est palam communicare, ut idem tecum facere fert animus. Quod antequam aggrediar, debeo de meo sensu in tam multiplici labore, qui nuperrime Stephano fuit impensus, aliquid præmittere, ut sic ad hunc postremum veniamus, & justum quoque præjudicium meum intelligas.

Quum puerili concursatione in Polybio defungens, multum Stephano usus fuissem; accidit, ut paullò ante quam ab patre mitterer in peregrinationem, Berkelius sibi familiarem concilians paternam domum, cujus pars eram, ad primas paginas patrem & me adhibens impetraverit quæcunque ad illum auctorem facientia, ut etiam istæ declarant. Sed me primum in alias terras digresso, mox patre ad hæc omnia inter quæ nos fluctuamus, nauseante ac peri-

tura faſtidiente, marte ſuo debuit omnia profligare. Interim huic incepto admodum ſtudens, prima folia & in Anglis Pearſono & in Gallis Henr. Valeſio etiam ipſis id probantibus oſtendens, multa cum eis ſuper Stephano colloquebar, ita ut unam fere non amarem illam notarum ſive denſitatem ſive multitudinem; nec minus offenſus Latinæ verſioni, deplorabam molem hujus politici lexidii fore nimis amplam & gravem cum fructu non ſatis ubere: quod reverſo mihi ita diſplicuit, ut collationem Stephani, quam Peruſiæ inſtitueram, ſuppreſſerim. Procedendo tamen Berkelius conatus pariter & eniſus fuit editionem omnino præferendam & meliorem omnibus aliis, ſi integritatem & ἀρτιότητα hujus ſcripti ſequimur & optamus, inſertis non paucis, ubi in reliquis ſunt deteſtabiles lacunæ. Forte fortuna Amſtelodami quum eſſem, Petrus Hillesbergius & Hadrianus Gaasbequius me & Thomam de Pinedo in unum conductos ſtatim amicitiæ vinculo alligarunt, quum & ſenex ille eſſet hilaritatis ſuaviſſimæ, & ego inde nequaquam abhorrerem. Itaque & propoſiti ſui certiorem fecit; nempe quum eveniſſet, ut omni vita amaverit ſummopere Stephanum, & quum ab opibus affatim valeret, certam pecuniæ ſummam patrimonio reliquo excretam deſtinarit edendis iis, quæ ad eum ſcriptorem collegiſſet. Quod nobile conſtitutum, & in his quidem regionibus inuſitatum, quum proſequerer debita acclamatione, non petii tantum; ſed & monui, ut quoniam ea illius facultas eſſet Mantuæ in Carpetanis innutriti Græcis Latiniſque ſtudiis, itineraria primarum ex Europa in partes Orientales expeditionum ab Hiſpaniæ potiſſimum populis factarum diligenter inſpiceret, oraſque Oceani meridiani per Perſiam Carmaniamque & Gedroſiam legens, nomina urbium vicorumque & ſtationum in militiâ Alexandri, cui ſemper ob præclarum iſtum Arrianum adeo futiliter ab quibuſcunque tractatum impenſe inhæſi, memorata & hinc ad Stephanum quoque derivata illuſtraret. Quod & promiſit, & quum innotuiſſet illi collatio mea Peruſina, effecit ut flagitanti condicerem. Sed & ille mei voti immemor id egit, ut grande volumen prodiret. Ut omnia terna eſſent, non tibi ignotus, mihi ob aſſiduam conſuetudinem notiſſimus, allata ultra Alpes Holſteniana eodem modo & chartarum forma edere deſiderans, tandem invenit, cujus typos exerceret labore Holſtenii ad maximam ſpeciem, ſed illaudabilem, dilatato. Nam quum eſſet ille totus ſuæ ſententiæ, meos autem oculos induſtrie ab conſpectu eorum amoveret, porro ea, quæ ad eruditionem auctoris declarandam conferunt, brevi volumine complecti potuiſſet; ut grandem librum produceret, citationes ex auctoribus Græcis, qui ab omnibus poſſidentur, non modo integras adſcripſit, ſed etiam Latinas interpretationes ubique appoſuit. Utique affatim inertis contemplationis opus. Nam quum illis, ut dico, iſtæ ſint additæ; tum epigrammatibus, quæ inedita ſtudioſe collegit Holſtenius; & in hoc ſui laboris corpus conjecit, quia non poterant interpretationem Latinam niſi ex ipſo & ab ipſius peritia carminum ſimul & Græcarum literarum habere, nuſpiam Latine expoſitam ſententiam adnexam videbis. Ita indicium ipſe ſui fecit nobis & reliquit poſteris: interim tanto depravatiorem in modum progreſſo iſto labore, quod quum forte quaternionem, nuperum ab prælo, in officina librarii deprehendens non ſine riſu vidiſſem pag. 144. & ſeq. in lege IX. D. ad legem Rhodiam poni emendationem velut ab Holſtenio proficiſcentem his verbis (Ego plane exiſtimo ſcriptum in iſta lege olim ἐν τῇ Ναξίᾳ, ſcilicet θαλάσσῃ) nequiverim me continere, quin Joanni Schultingio, qui tunc totus ab illo pendebat, & ad hanc partem adjutor ei erat, ut fatetur ipſe, nunc vero juridicam Harderviceæ Academiæ cathedram cum laude obtinet, oſtenderem, quam abſurde illic ederetur conjectura velut Holſtenii, quam ante annos tam multos in mundum produxerat Jacobus Gothofredus. Quod quum

iſte

iste adeo celatum sibique inclusum habere nequiret, quin prima occasione ad eum, a quo continebatur, referret; hic quidem adeo commotus fuit, ut in Addendis & Emendandis sustinuerit pro verbis quæ citavi scribere legendum esse [Ego plane existimo cum Jacobo Gothofredo scriptum] non secus ac olim perverse in Holsteniano scripto tria vocabula omisisset, & tanquam ab Holstenio progressa essent lectori, quæ ex me audierat illius Chironis Achilles. Adeo nulla ibi fides. Adeo ab Hollandiæ typographiis tres libri prodierunt mole permagni, momento perexigui: & quod doleo, Stephanus oneratus commentantium acervis, nec tamen emendatus. Ita quum deplorem (non enim unquam omisi aperte & palam in consortiis amicorum & salutantium ad hujus judicii formam dissertate) non admodum utiles viginti annorum operas & multas literas fere in vacuum chartis plurimis impressas; & inprimis Stephanum saburra tam parum salubri oneratum; quid est, quod a me exigit Morinus? an ut si ad manus meas venissent, adderem ista quoque? & quia non addiderim, ideo patet illi ista ad manus meas non pervenisse? Quod oro sacramentum, quæve necessitas hujus conjecturæ? An ab Viris inter eruditos eximiis nihil putat sine ullo ætatis discrimine notari oportuisse, quod non in publicum proferretur? Nec ipsi id voluerint, opinor, nec ipse censeat. Et quam multa talia domi mihi nata ipse producerem? An vero id quod sæpius jam ab aliis, idque cum valida ratione observatum publicatumque est, & nemo non pro certo veroque adspicit, unusquisque ex illis, qui student, publice approbare debebit? aut ut in hoc Stephano me contineam, proba in eo dicta non poterunt ad liquidum proba videri, nisi aut Bocharti aut Palmerii punctum illa quoque tulerint, vel similium ipsis? Hæc sane ratio si processerit; quousque extendentur scriptiunculæ, & quæ non pagina emendationum approbationes aut approbationum iterationes in rebus non creperis ostentabit? Quum nuperrime a typis processerint terni isti labores, certe parum abest, quin hoc brevi intervallo ex talibus novum fere commentationis instauratæ corpus jam nunc posset recolligi. Ne quid taceam, adeo id probare nequeo, ut quum in Stephano perficiendo essem, & haberem ab amicissimo meo eoque doctissimo viro paginas, quas in Josephi editione profligavit, ab ipso depositas, quæ & postea mihi ab amico Londinensi fuerunt subministratæ, suboffensus fuerim vel illis quæ commisit paginæ 81. scribens, [Εδουμαίους illam gentem appellitat Uranius (sic volo, pro σούνιος, quod imperitia Editorum factum est ex οὖνιος) scriptor vetus in commentariis Arabicis.] Vel illis quæ pag. sequente. [Utile autem est Stephani vel Hermolai Grammatici verba huc addere. Γεβαλα τρίτη μοῖρα τῆς παλαιστίνης. Ἰωσηπος. τὸ ἐθνικὸν Γεβαληνὸς, ὡς βαρηνὸς, δαρηνὸς. γεβαλήνη τε καὶ αἱμανῖτις (Lego ἀμαληκῖτις) καὶ τῶν ἰδυμαίων χώρα μετωνομάσθη] Vel quæ pag. 57. [Josephus & Eustathius μαδιάνης, Judæi scribunt Midian. Ad hosce principes pertinet illud Stephani, μαδιηνοὶ καὶ μαδιανῖται (sic enim scribendum) ἔθνος ἀραβίας &c.] ad quam tam diu & toties inclamatam lectionem quis non nauseat? Vel lib. 1. pag. 73. [Quid autem opportunius, quam illa Stephani Byzantii, γάλαδα, χώρα ἀραβίας, καὶ γαλαδηνὴ. ἰωσηπος δ' ἐν δ' ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας γαλαδῖτιν φησί. Ubi tamen nostri codices retinent usque γαλαδηνήν.] Cui talia non notata? Vel libro v. pag. 347. [Attingit etiam Stephanus Byzantii, σκυθόπολις παλαιστίνης πόλις, ἣ νύσση κοίλης συρίας, σκυθῶν πόλις, πρότερον λεγομένη βαίσων (scribes βαιθσᾶν. Simile enim peccant codd. Eusebii, Cedreni & aliorum in hoc nomine) ὑπὸ τῶν βαρβάρων.] Hæc citatio, hæc existimatio ejus; quasi iidem a quibus habet λεγομένη correctum, non satis etiam alterum manifestarint.

Quid si percenseamus pulcras illas Epochas Syromacedonum, quorum urbes attingi vix potuerunt, quin illi annorum clavi deberent distingui partibus ex Stephano petitis, non quò adjutaretur Stephanus, sed quo vana plaga

 indi-

infligeretur aut ipsi Stephano aut nescio quibus, idque non in vivæ carnis parte, sed ubi jam diu insederant livores ex priorum flagellis. Videbis enim pag. 105. prorsus omni genere stultissima de illis Ἀδριανὸς παλμυρηνὸς, non secus ac si melius fuisset Ἀδριανεὺς, tanquam id Palmyræ proprium, quum tamen pag. 469. ipse proferat nummum, in quo legit Διοκαισαρέων Ἀδριανῶν. Ita pag. 68. notat [Errat Stephanus scribens Apameam *ab Apama Seleuci matre* nomen traxisse] Hæc quum scripserit anno 1691, multos ante annos & melius & non tam inverecunde prodiderant monuerantque alii. Immo id tunc is scribit, qui tam bene Holsteniana sibi nota, usurpata, perspecta, & ubicunque patere videbatur, satis licite contrectata docet pag. 117, 233, 257, 263, 275, 310, 311, 314, ubi pæne conatur prævertere & eripere gloriam nummi ad Cilicas Ægeatas relati ab Holstenio in Stephanianis notis pag. 12. Sic pag. 265. notat [Stephano Rabbatammana *urbs Arabiæ montanæ* appellatur, & postea in lit. φ laudatur eidem Philadelphia *Syriæ illustris urbs, prius Ammana, deinde Astarte, postea Philadelphia a Ptolemæo Philadelpho nuncupata. Utraque una eademque erat urbs*:] An ullus oro commentantium est, qui se ostendit id ignorasse, & non perspicue significant sibi fuisse notissimum? Quid si ab illo transitus fiat ab his admonitiunculis ad emendationes, jam utique debebit frequenter nominari. Propterea neque poterit Pomponius Mela edi, quin illic venditetur, quod scripsit pag. 390 corrigens *Theoprosopon* ex Polybio, Ptolemæo, Strabone, quum id omne sciverit scripseritque Vossius; sed contra omnes vetustos codices noluerit stridere. Nam quæso cur non ut Polybius scribit ipso citante θεοπρόσωπον, sic quoque Mela *Theuprosopon*, ut *Criumetopon*, *Crommyuacra*? Sed nimium erat involutus nummis, ex quibus meminerat Ἀδριανοθηρειτῶν, Κλαυδιοτιβεριέων pag. 465. Præter hæc ne quid non tentetur, Casaubonus quoque reprehenditur ob *Syriam*, quasi non ante advertisset Casaubonus, de qua Syria loqueretur. Iste tamen vult *Phœniciam*. Atqui hoc idem est. Nam post repetita hiberna, antequam in hæc æstiva prodirent, dixit Polybius τινῶν μερῶν τῆς Κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης ἤδη κυριεύειν, ut adeo quum venerat ad fines suos, tam in Phœnice jam esset, quam Syria alia: etsi neque Casaubonus dixit *Phœniciæ*, nec Polybius Φοινικίας, nec Romani ea ætate illam nossent.

Itaque multos uberes copiososque calamos, multas fertiles lucubrationes sine ingenio est quod exspectet Stephanus, si ea quibus ille jam comitatus incedit, ab aliis item tacta, nec id meliore lepore, debebunt aliquando in eum congeri. Nobis ea ratio displicet; atque ut plane dicamus, ideo metuimus magnam eorum partem ex Bocharto ac Palmerio advocare, quoniam patebat ab pueris esse adscripta, aut ex aliorum observationibus in suum usum translata; quæ ne ipsi quidem paterentur sub suo nomine publicari. Sed neque reliqua placuit addere, quoniam aut nihil faciebant ad Stephanum, aut consistebant in meris hariolationibus per etymologias oppido incertas & obscuras, ut profecto οὔτε ἐν λόγῳ οὔτε ἐν ἀριθμῷ haberi non mererentur. Ne appareat me temere loqui, & simul quid in singulis respicerem, hic singulorum velut articulorum index tibi aliisque pro documento sit.

Ut adderetur quod adsert in V. Πανάλιν, nulla fuit causa, quum id jam ante annos tam bene multos integrum annotaverit Ortelius.

2. In v. Παράδεισος miror dici nugari Stephanum, quum scribit ita appellatam urbem. Quid igitur? An non diu notarunt alii, etiam Plinio, etiam Ptolemæo, idque alludente Diodoro sic appellari urbem? An quoniam sacræ literæ describunt alio genere paradisum, inde nequiit urbs Syriaca appellationem eam ipsam fuisse amplexa? Et cui bono est tota ista ῥῆσις? nisi quod pater ex Bocharti paradiso quam plurimos velle accedere ad arborem notitiæ, saltem ostentare se id cupere.

3. In v. Παράλιος primo notari debet illud pulchellum *Melvenses*, unde potest manifeste colligi cura & notitia harum rerum, quæ isti editione fuit adhibita. Deinde intempestivus plane & frustra susceptus metus illic proditur. Nec enim fefellit Stephanum Thucydides, unde sine dubio hæc hausit. Nam quum ab Thucydide Melienses dicantur esse παράλιοι, ἱερῆς, πραχίνιοι, & postremi omnino sint incolæ urbis Trachinis & vicini agri, an duo præcedentes non potuerunt appellari esse similiter ab urbibus, quas inhabitant, Paralo scilicet & Hiera, etsi ignotis apud alios? Neque enim Palmerius potuit metari cunctas Græciæ urbes, quarum plurimæ

mæ ne nominatæ quidem nobis sunt. Sed neque Ortelius unico illo Thucydidis loco fretus fuit, sed aperte Thucydidem & Stephanum ante se habuit, quum errat. Polyæni (nam & quod *Polienum* editur, ineo discimus elegantiam eorum, qui in hac urbe typos regunt) citatio ridicula est.

4. In v. Παρθυαία nihil video, nisi maculam famæ ejus, sub cujus titulo istud editur. Quis Geographus unquam dixit Parthiam esse cænosam? Quis Græcus est, qui nos docuit uspiam terram παραλίαν dici ac statui in mediterraneis, qualis erat Parthia? Si vel Polybii liber primus adhibeatur, & παραλία & παραλίας non reperientur, nisi in litoralibus, ad quæ non pervenit Parthia vere dicta. Quin imo an sic notabiliter servatam Græcam vocem, & vix in superstitibus Græciæ reliquiis inveniendam, sed ab uno hoc & admirabiliter docto Stephano usurpatam servatamque sustinebit nescio quis tam temere, tam audaciter, contra tot perveteres codices Mss. hic illic inspectos mutare, præsertim quum verissime & consensu omnium antiquorum conveniat Parthiæ? Αχαιΐδες est Parthia vallibusque & collibus distincta, & hinc etiam Ἀχαΐδες, locusque & ἔθνος alicubi colligens. An & Ἐλαϊτικὸν Laconicum dicitur ab Stephano aut alio παραλίδες? Certe tanto majores gratias debemus Stephano Byzantio, quanto inertius hanc vocem ignoravit, aut in copiosissimo isto thesauro saltem prætermisit Gallicus H. Stephanus. Atque hinc puto apparere, quantum illis etymologiis ex peregrinis & Chaldaicis vocibus sit fidendum.

5. Propterea nihil ad me, nihil ad Stephanum illa quæ sequuntur de Parnaso. Scilicet in hoc monte nascebatur gramen ovibus gratum, & non in mille aliis Græciæ, & multis per Bœotiam, qui tamen non sic appellati. Ego aliud didici de Græcorum antiquorum sententia vocis suæ Παρνασσὸς; & Bœotius senex Citharona meminerat pavisse suos greges.

6. In v. Παξίμαρις quod tentat in patre Aristoris, ut Jasus, non Echasus sit, non equidem satis erat, si in Palmerii Græcia legeremus. Quod ex Bocharto additur de Parnasia, utrum Pinedo est, an Holstenius, aut etiam Berkelius, qui id aut ut ignotum aut indictum præterierunt? De versu agemus, quum sciemus, unde sit sumptus.

7. In v. Παπαγράδης nihil dicitur, quod non ab hodiernis sit dictum mallies, ut ne legi quidem mereatur.

8. In v. Πέλαγος præbetur optime tertium specimen rationis eorum, qui curaverunt istam editionem. Eat lector & quærat *lib. 1 orac. Sibyll.* versum illum, & saraget plus satis. Quid autem aliud est illa ratio imperandi [Pro *Ἀναγλύπτου* lege *ἀναγλύπτου δὲ ἀδίτου*] Utrum id fit, ut constituantur versiculi istius pedes, an ut Græca lingua hoc incremento augeatur? Utramcunque dicas, est mera insultatio in abutenda vel charta ista vel lectoris diligentia; & felicior fuisset Stephanus, si ista fabarræ hujus particula mansisset Cadomi. Herodotum, ut Stephanus, Patumon vocare & Arabiæ adscribere quis priorum non novit? quis non notavit? quis non recte factum dicet?

9. In v. Πηγαὶ video primum scribi [dicit esse etiam hujus nominis portum Corinthi] Arqui in Græco est Κεγχρεαί, & certe in regione Corinthia fuerunt portus, qui non tangerent urbem: nisi tam docte volucrit loqui, ut urbis vocabulum pro regione acciperetur; quod certe ambiguum noluit Stephanus. Deinde lego illic *finum Sarronicum*. Estne ullus ex Geographis priscis, estne ullus hodiernus Geographiæ veteri attendens, qui in ea voce literam caninam iteraverit? Sed nunc id licet. Cæterum quid hæc sunt præ eo quod sequitur portum *alterum ad Crysæum, de quo Thucydides lib.* 2. An hi homines videri volunt, quos Thucydidem aut olim aut nunc in manus sumpsisse credat quisquam? an ego eos tam indebita laude mactem? Hæc & talia impingentur ab illis Palmerio, & a me exigent, ut ea evulgem? Certe manium tam incondite & impie maculatorum bonos omnes decet misereri, ego autem manus tam fœdas non abluo.

10. In v. Πλαταιὰ scilicet est aliquid grandis momenti, & quod ita salutem Stephani continet, ut nihil ad eam pertineat.

11. Perinde nimirum ac nota sequens confert aliquid notitiæ publicæ, quam adeo diu ante adjuverant ea in parte viri magni, quos & ipsi citant, & ab aliis citati ubique conspiciuntur.

12. Utique quod subiicitur in v. Πανορμ@-, nec ad Stephanum accedit, & poterunt videri non necessaria ei, qui vel legerit notata τὰ ἰδίωτα.

13. In v. Πίρνα quod dicit de origine ejus vocis, non erat mihi vel cuiquam, qui Bocharti scripta legimus, incognitum, nec tam utile, ut hic videremus.

14. In v. Πτελεὸν quid est quod huc adfert Bochartus, quod non etiam attulit jam Pinedo: immo quod non septuaginta annis fideliter notaverat Ortelius? etsi is editionem primam significet se non vidisse.

In v. Πολίεντα cerno animadversionem alicujus pretii, si quis lector supponi posset tam barbarus, ut verendum sit ne eo nomine urbem ad πρῶτον φίλον Istri vel Indi aut Rheni ponat: quod plane non videtur timuisse Stephanus bene de progressibus aliorum existimans; præsertim si jam ante audiverit esse urbem Ægypti.

16. In v. Πόλαγος quod notatur; nulla causa est, cur non supprimatur, quum varietatem inter Herodotum & Stephanum ad plenum notarint Pinedo & Holstenius ante Bochartum. In qua tamen re quid aliud illi tres nisi ostendunt se posse id perpetrare, ut citent apponantque Ortelii nomen, quum in eo aliquid arguendum putant se reperisse; sed quum fures volunt esse, Lavernæ litare & sedulo doctoris appellationem celare ament: nisi quod illi privatim annotant sibi; editoris universa culpa est. Non debebant talia edi.

17. In v. Πίνεος an quidquid istud est bona fide jejunum & perexiguum & minus certe, quam ut ei subscribantur duo nomina ingentia, debebat etiam chartæ mandari post Holsteniana tanto liquidiora & ampliora?

18. Et quæso quod tu ipse addis mox in v. Πίνουτα, nonne ubi legeris Holsteniana, de eo ita debes judicare? Immo an non fateris te subripuisse Ortelio, quum hic non notaverit aliud quam id ipsum tuum?

19. Quam magnam rem quia præstitisti tuo nomine, id quod notas in v. πλάνωσθ-, tibi dono; est enim totum tuum, non Bocharti, non Palmerii, &, ut ne celem, cui bono?

20. In v. Πτελέα an talia nunc rursum typos exercere oportebat, a quibus eadem ter ante chartis sunt insulta, ut liquet apud Pinedo, Holstenium, Vossium in notis ad Scylacem. Sed videlicet hoc jam novi excuditur, ut non ἐκ τῆς Μικρᾶς, quod manifeste innuunt verba Stephani; sed quia ad fontem (ut quidem prodidit unus Athenæus) erat conditum istud oppidum, ἐκ τῆς Μικρᾶς, quam ipse noster Stephanus nonnisi τὸν & τὴν agnoscat.

21. In v. Πτελέαν quid annotatur, quod non diu ante mundo obtulerunt Ortelius, Pinedo, Holstenius & omnis veritas? Cur autem Λαμψάκου legi oporteat, non Λαμψάκου, viderint Bochartus & Palmerius. An ratio illa sufficit, quia Λαμψάκου mentio facta est superius? arqui sic etiam Λίμυρα in Lycia memorat.

22. In v. Πτολεμαὶς ad Stephanum quidem non pertinentia facile video in gratiam τῶν Niphas & Calpham & Acco.

23. In v. Πτολεμαΐδιον adjuverat me diu Holstenius, ut ne Ortelii παρέργημα sequerer.

24. In v. Πτελεόν sunt priora quidem pervulgata; sed quemadmodum illuc referri debeat vel παροιμιόγραφον Æschyli, vel παροιμία Hesychii, dixerit is qui citat, quum sint nimis accessita.

25. In v. Πτελέα nihil est, ad quod non nauseet; adeo ab multis ingestum id quidquid est.

26. In v. Πτολεμαῖς quum sint aliena ab Stephano, qui potuit fieri, ut tam bene convenirent sententiæ Morini cum Pinedo de loco Ezechielis?

27. Mox cur citetur τῶν νέων@ Ἀρχαδίας, non Πόλυ, ignoro. Ut enim nota sunt, quæ notantur ex voce Νέα, utique hic singularem posuit auctor. Sed quod ex Palmerio additur Ἀγάθη legendum, unde quæso & quam-

rem? An credimus, quum Plinius æque ac Stephanus tribuatur in Arcadia esse, hæc Palmerio excidere potuisse, nisi aliud agenti? atque ideo res iniquæ gloriæ ejus est talia exscerpere.

28. In v. Μηδία quod de Micytho nunc debuit notitiæ hominum inculcari, an est ullius eorum omnium, qui Stephanum legisse se ostenderunt, ut aut ipse dixerit sibi incognitum, aut alius quisquam seponere debeat? Pinedo, Holstenius nonne id aperiunt fatentarque operose? nonne ex Mss. id ipsum ante eos margini suo adscripserat Salmasius? Et quæso cur illis placet ista ratio agendi, quum utique præveneratur iam omnes in eo publicando Casaubonus ad Strabonis paginam 253, quem in v. Πανδία noverat Bochartus allegare? hic quia nihil nisi consentire poterat, consultius putavit non inspicere scilicet, non advocare.

29. In v. Παφλαγία quod Stephano conducebat, ample extulit Holstenius, & ante eum doctrinam hac in parte suam Salmasius à Σταφυλαίῳ commiserat exemplari suo, ut nihil Palmerianis illis debere possimus.

30 In v. Πηγάι utique nimis ridiculum est, si ejus corruptelæ emendationem nobis aut Bochartus aut ejus nomine Morinus imputat, quum & tot alii ante eum fecerint; & ut pateat nihil aliud esse quam typorum lapsum, probat nimis perspicue Aldina editio, in qua rite legitur Πηγάι.

31, 32. In v. Πάγασαι & Πάγασα (sed Galli possunt Πάγασα scribere) quidem nihil est, quod ad Ἐθνικὰ Stephanum; & habeant licet Asiaticæ regiones sua sibi peculiaria: sed neque voces ἀπὸ τοῦ ἰδιώτου τοῦ μαγεῖ τῶν Περσῶν apud Magni Etymologici auctorem animadverto, neque Hebræum *Chasserim* intelligo ab illis Divis, quum Morinus scripserit *Chaserim*.

33. In v. Σαλλῆ debuit aliquid scribi, quum non nescium id esse ipse qui scribit, fateretur.

34. In v. Χάλδῳ quod citas ex Palmerio, non dubito quum is ad scripsit, habuisse ante oculos Ortelium in v. Persia. Causam videbis ipse & videbunt omnes. Sed plagam maximam meretur Palmerius, si is nos voluit inducere, ut scriberetur Μασσαγέται, vel tu, vel præfecti huic editioni.

35. In v. Σαμόθρᾳ adscripserat Bochartus exemplari suo, quæ infinitis locis apud alios legerat, non quæ ipse primus detegebat. Et utique ipse Ortelius in hoc eum antecessit, ut ingenue fatetur Holstenius.

36. In v. Σάμῳ nihil sit, quod insitam aliquam obscuritatem illustret; & satis erudiverat Rhesius, quem non dubitavit citare Holstenius. Sed & Arabica longe aliter scripta in chartula Berkelio missa, quam editur.

37. In v. Σάραπα est aliquid, fateor, singulare Bocharti. Nam & Σαραπίαν scribit, quum editiones Stephani syllabam primam notent. & quum ex similitudine vocis Μέμφις videatur colligi nomen urbis Σαραπίμφις, tum ex adjuncto altero ethnico apud Ægyptios vulgatum confirmatur. Idcirco utrumque agnosci ab eo jubebat varietas ἐθνικά. Nam Σαραπίμφις Σαραπίτης in Ægypto, ut ibidem Βερενίκη Βερενίκης apud nostrum, ut bene Berkelius, & vicinum Ῥακῶτις Ῥακώτης. Urbes enim Ægyptias in ις terminantes terminus finire sua ethnica vel in ιτης vel in ωτης.

38. In v. Σαπάδιον nihil ad Stephanum. Et unde sic in eo notando consenserunt duo eximii viri Holstenius & Bochartus ad Stephanum? quum ea pericope rectius referretur ad Ortelium thesauri Geographici scriptorem, non ad Stephanum τῶν ἐθνικῶν collectorem.

39. In v. Σαγαλάσσῳ quod notatur, nullus eorum qui Stephano commentarios dederunt, sibi non fatetur bene notum. Indos autem appellatos circa mare Rubrum & Arabicum habitantes, nonne toties Holstenius ostendit ad Martyrologium Romanum? non ante eum Vossius ad Melam pag. 42? non ante hos etiam Scaliger libro 7. de Emendat. temp. pag. 681? & nuperrime alii in eodem mustaceo gloriati.

40. In v. Σαλίνα an mutire talia fuerint operæ pretium post ea, quæ attulerunt Ortelius præcipue & Pinedo, judicet quicunque legerit eos: cetera præter illa quæ fuerunt ab illis dicta, nunc dicitur nihil.

41. In v. Σαλώνα non aliud profertur, nisi quod quilibet facile viderit, quodque ideo Pinedo æque ac Holstenius totum annotarunt, ne dicam de Ortelio ante istos subdubitante.

42. In v. Σιμωλία an mea, aut cujusquam hominis vel minimum referebat, ut sciremus etiam ab Bocharto (nam in charta Berkelio missa adscribitur Bocharto, quum in hac editione Palmerio: unde ut hoc innotescat ex vero, novam opinor exspectabimus editionem) observatum esse eam Herodoto dici Σιμωλίδα? quum id fortasse non modo nullus ex eis qui literis operam dederunt aut dant, ignoret, sed & palam ante indicaverit quoque Pinedo simul & Holstenius, immo ipse Vossius ad Scylacem, quem hic citat, & ante omnes Ortelius. Tantidem fuit illic audire Thucydidis scholiastæ appellatam Sermylida post Holstenium. Enimvero quod rideas est si inspexeris scholiasten Thucydidis, quem illic audis agere de Sermylis: scilicet multæ illæ sunt. Porro cur recoqueretur illa minutula ejus contra Mauricum, quum jam Valesiana isti imprudentiæ occurrisset, cui similem postea ediderunt ex Holstenio? Non erat hæc res dubia, ut hinc velut ab Minerva novus calculus adhuc exspectari deberet.

43. In v. Σκιάθῳ nonne fatuum est jam scribere (forte Δασκύλιον.) Utique sic olim scripserat Ferdin. Pintianus, sic ex eo Ortelius, sic Pinedo. Quid igitur velle putabimus Palmerium, ut ab Δασκύλιον veniat gentile Σκιαθίτης? nam id relinquit, & nomen urbis solum mutari vult. Agit tamen causam suam, dicitque (Id mendum ex Strabone corrupto flexit, qui in Illyride Sefarethios, de quibus tacent alii auctores, ponit. tacet autem Dasaretios) Alios auctores tacere dum dicit, mirifice fallitur. Ipse enim Stephanus testatur sic Hecatæum habere, & ex eo se reponere: neque id semel dicit, sed ut hic, ita infra in v. Χαιρώνεια, ut notatum. Unde autem novit Strabonem corruptum? an non ubique id contingit, ut in regione describenda scriptor alter taceat, quod alter maluit advertere? quod non apud Geographos, sed Historicos omnes contigit. Quid quæso tandem fiet literarum ordine apud Stephanum? Hinc indubitabili probatione confirmatur vera Stephani scriptura.

44. In v. Σκυμνήσια nihil Stephano opportunum & utile. An apud Constantinum male scribatur Σκυμνήσια, dubitari posset, quum hoc vocabulum sit, quod miras mutationes procedente tempore fuit passum.

45. In v. Σκηψάνδρῳ quæ dicuntur, potuit carere, quisquis contulerit Pinedo & Berkelium: certe ego cur vellem, nulla causa erat.

46. In v. Σίγγα nihil est ad Stephanum pertinens. Quod ad locum Æliani conducit, o beati Palmeriani manes! an hi homines nunc curare debuerunt, ut in manifesti furti suspicionem laberemini, dum a vobis volunt hodie publicare, quod ante annos ipsos quatuor & triginta de suo produxit Vossius in notis ad Melam pag. 138? Et ne sic quidem forsan est hæc cogitatio tanti, de quo alibi.

47. In v. Σίδῃ quid est, quod non chartæ illitum sæpius? Vide Ortelium, vide Pinedo, vide Holstenium. Crediderim chartam ipsam pudere, si meo interventu id accideret.

48. In v. Σκήπτιος ὁ καὶ nihil ad Stephanum: in quo tamen nescio an magis pateat erudita lectio, an terrima incuria hominum vix dico quorum, in his edendis, qui nobis citare possunt *Plutarchum in Timone*. Quærant in Gallia, hic locorum is non est.

49. In v. Σκῦρος vide & agnosce quam nihil dicatur, nisi quod in thesauro suo dixit Ortelius, quem tam industrie agnovit nominandum in nota sequente.

50. In v. Σκίλλους unde his editoribus citetur *Xenophon lib. 6. Hellen.* quo indice non memini vel ab ipso Xenophonte sua prolata esse, vel ab ullo viro docto usquam nominata. Cæterum quod mirabilius est, in hoc loco Palmerius se fatetur inspexisse Ortelium, immo citat, ubi scilicet observat eum sine ullo auctore putavisse rectum esse debere *Scyllaeus*, quia legit Σκιλλαῖος & similes casus. Sed ubi Ortelius in eadem prorsus perioche scribit (ἀνανδρία est apud Stobæum de Fortitudine) quod quidem jam unusquisque pote-

rat corrigere; ibi poterit scribere Palmerius magna amissione [magis adhuc corruptum ejus nomen apud Stob. serm. 7: ubi pro Σωσιάδου legitur Σωσιόβιος] His nempe verbis tranquillum non sollicitat Ortelium. At quid mereantur hi vel descriptores reliquiarum Palmerianarum, vel editores etiam? An sermo apud Stobæum de fortitudine est numero 7? an in Stobæo legitur Σωσιόβιος? Quid autem an Ortelius legit Σωσιόβιος? Immo ille scivit ibi circumflexo signo opus esse. Quid? an Ortelius legit *Scyllunt*? Immo ille legit *Scillus exulem*, & pro varietate ait *Scyllunt* Σωσίλου esse apud Plutarchum de exilio. Immo quomodo quilegit Σωσίλου, potest putare debere rectum esse *Scyllunt*? an etiam per casus litera ι primæ syllabæ mutatur in υ? Adeo omnia plena inepriarum & errorum Normanniæ placentium.

51. In v. Σόννα enimvero occurrit aliquid memorabile, cui & Bocharti & Palmerii, ne quis eorum sua maxima scilicet laude destitueretur, nomina simul deberent subscribi, ut illic vides. At vero ne litera quidem una erat, quæ nos hodie quidquam doceret, quum & Pinedo & Holstenius hæc ipsa occuparint, immo omnia ante eos plenissime monuerit Ortelius.

52. In v. Σίδων idem proferatur rursus sub nomine Palmerii, quod habent Ortelius & Holstenius, nisi quod Palmerio reddenda sit causa, quo auctore (nam & is modo in v. Σιδών hunc negabat in Ortelio) Acarnanenses edat, Latinis omnibus incognitos: ne dicam loquendi plebeitatem *e ditiore earum erat*. Quum in libro III. Thucydidis haberetur Σίδων, id non putarerunt illi necesse, ut annotarent, quum sit conveniens Stephano. Itaque unum ingens accipimus Palmerianum ex libro V ejusdem.

53. In v. Σίκυς potuisse aliquid in Græcis Latinisve afferri ab Bocharto non visum aliis forsan crederemus, & agnosceremus ignavos. Sed quæ sunt sedes ea, quæ nunc Bocharto adscribantur. Primo *unde solemissimus*. Id sane magnum, & dignum, quod Cl. Grævio & omnibus qui diu studuerunt, mirarur ab Morino & innotescat: nam ignorabant Secundum est *forte & Academ. scripsit enim magi Academus esse Clement. Alexand. lib. 1 Strom.* Atqui hoc est, quod habet Menagius loco citato ad Diog. Laertium, quam partem non videtur inde excerpsisse Bochartus, sed inter legendum hæc ipsius observationi occurrerunt. Cæterum quàm vaga sit hæc conjectura, ostendit ratio, qua in patrocinando utitur Menagius. [Scilicet scriptum fuerat apud Stephanum in Ακ compendiose pro in Ακάδεμ, ex quo postea imperiti librarii ἐν ἀκάδ fecerint] Quam calida calumnia innocentium librariorum? ex quibus unus forsan descripturus codicem deritum in posteriore vocis ejus parte, spatium caste reliquit literarum exolescentium, unde & Aldus in editione sua & alii servarunt. Quid quod hæc dicuntur, quum jam aperte testatus esset Salmasius Heidelbergæ integrius se vidisse exemplar, & ex eo fine conjecturæ periculo suppleverit? Multo vanius est tertium, ex quo nihil patet quam placuisse istis ire in varietates dubias, ignotas & ancipites: atque adeo totum ipsa vanitate vanius.

54. In v. Σκάφαι nihil scribitur, quo illustretur Stephanus; qui recte κάμαι ex Thucydide vocat, ut ostendit Pinedo & ante eum Ortelius, qui tunc etiam notavit Castellum. Nigrum donamus libenter Palmerio.

55. In v. Σκύθαι quod dicitur de ejus vocis origine, est immensa turba eorum, qui dixerunt idem, quod hic iteratur. In altero autem de origine nominis Cisiorum optime Bochartus citat Bochartum: non poterat ullum amiciorem.

56. In v. Σκάφαι certe accusari meruit Berkelius, aut ego, quod non produxerimus scriptiones tam arcanæ doctrinæ & nulli audiras. Nam primo illic videt ac pariter discit lector quod ignorarat, [Celeberrima Aristotelis natalibus.] Removerte invulgatam? Sequitur [& vel hoc nomine mereatur restitui Ptolemæo, apud quem pro ipsa legitur Σκάφαι lib. 5.] Ad id scribendum non potuit inductus fuisse Palmerius ab Ortelio, qui jam olim scribit STANTIRA *alterius Ptolemæi*. *Fallor*. An Bertius denique aut Mercator ignorarunt aut non notarunt?

57. In v. Σκαμανδρία an proditurus vel minimum quod non sibi quoque obvenisse monstrant alii. Utrum Pinedo est, qui difficultatem non vidit, & ex loco Strabonis auxilium non quæsivit? an Holstenius, qui leniorem quoque medicinam apposuit? *Ad Atthas* vero qui Latine dicatur, viderint.

58. In v. Σκέψις dormire in utramque aurem jam licet, quum intelligamus Ortelio, Pinedo, Holstenio rum bene convenire, & in eorundem verba simul ac sententiam discedere Palmerium. In MS. autem ad Berkelium nullo non est *ar Suidas*, sed *At Suidas*.

